www.e-rara.ch

Dictionarium Latinae linguae Ambrosii Calepini Bergomatis

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1544

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-1825

[C]

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

illic aceruatos cumulos suorum defunctorum ex pestilentia ussérant Galli. Cicero uerò lib.3. De legibus putat bustum appellari tumbam aut monumentũ. Pœnáq; fuit Solonis lege constituta, si quis bustum aut uiolasset aut deiecisset. Sueton in Cæs. Iudæi qui etiam noctibus continuis bustum frequentarunt. Cic. ad Att. Vnas uideo à te non esse reddi-tas, quas L. Quintius familiaris meus cum ferret, ad bustum Basilij uulneratus, & despoliatus est.

Bũtẽo, ex accipitrum genere auis est, quam Græci à numero testium φιόρχιν uocant, ὄρχις enim testiculus dicitur. Fertur Phemonoën Apollinis filiam huic aui nomen dedisse. Tradunt & historici Buteonem sedisse in naui Fabij ducis auspicio prospero. Vnde Fabia gens Buteonum cognomen adepta, ut ait Plinius lib.10. cap.8.

Bũthўsiãm, (βυθυσίαν) magnum sacrificiũ appellauere, qualis est hecatombe, & immolatio magnarum hostiarum. Sueton. in Nero. Gymnica inter Buthysiæ apparatum barbam primam posuit. Deducitur à βῦς καὶ θυσία. Plaut. Buthytas appellat sacerdotes.

Bũtũbãtã, ueteres usupauerunt pro eo quod nugatorium est, & nullius ualoris. Vnde & Germanis suum, Es ist nit einer butten uuert.

Bũtўrũm, (βύτυρον) pen. cor. bouis caseus. βῦς enim bos, τυρὸς caseus, quia ut plurimum (sicut scribit Plinius libro 28. ca. 9.) fit ex bubulo lacte: quanquam autem sit lactis natura, tamen iam pinguior & crassior & solidior materia est, quod aut frequenti agitatione aut concussione assidua cohibet in se atq; solidatur.

Bũxẽtã, loca buxis consita, (πυξών.) Martial. Non otiosis ordinata myrtetis, Viduáq; platano, tonsilíq; buxeto Ingrata lati spatia detinet campi.

Bũxẽũs. a. um. quod ex buxo est. (πύξινος) Martial. Et tres sunt tibi Maximine dentes: Sed planè piceíq; buxeíq.

Bũxũs uel Bũssũs, (πύξος) arbor exigua, semper uirens & tonsilis. Producit ex se uiscum & semen seu granum, quod cartegon dicunt. Buxum uel bussum materia ipsa: id est lignum. Nam in pleriſq; nominibus arbores sunt fœminini generis, fructus uerò & ligna neutri. Verg. Dant arbuta syluæ, Cruentáq; myrta, & cærea pruna, uolubile buxum. Quandoq; tamen buxus dicitur pro ligno. Vergilius li.9. Buxosq; uocat Berecyntia mater. Ex buxo fiunt tibiæ multiforatiles & pectines ad capillos explicandos, & pyxides ad usus plurimos. Vnde buxolum, Græce pyxis.

B ANTE Y.

Bўrsã, (βύρσα) corium ac tergus. Vergil. Mercatíq; solum facti de nomine byrsam, Taurino quantum posset circundare tergo. Quo nomine etiam dicta est arx in media Carthagine. À Byrsa corio fit byrseus, pro coriario.

Bўssũs, (βύσσος) genus lini subtilissimi. Item lana conchæ adhærens, colore luteo ac perlucido. Plin. li. 9. cap. 1. Ex hoc fiunt preciosissimæ uestes, byssinæ appellatæ. Et byssinum eiusmodi color appellatur, qui aliquando dicitur byssus: hoc fit si cocco tinctum Tyrio tingatur. Multa sunt genera byssi. Vide Philostratum qui ait, Et byssum ex quadam arbore nasci, quæ altitudine populos æquat, foliis autem salicibus æquiparatur. Quam cum uidisset Apollonius grauisus est, quòd fusco amictui, quem gestabat, non dissimilis admodum esset. Byssum autem dicunt in Aegyptum ex India deferri, quòd illa in pleriſq; sacris utantur Aegyptij.

C ANTE A.



Litera muta est, quæ ante n, sequente uocali in eadem syllaba ponitur, sed profertur sub uoce g, ob cognationem literarum, ut Cnidius, Cneus. Transit etiam per compositiones & deriuationes in g, ut quadringenti pro quadrincenti. In ſ, ut parco, parsi. In x, ut, duco, duxi, noceo, noxa.

Cãbãllũs, equus. ἵππος. Lucilius libro secundo: Succussator tetri, tardíq; caballi. Var. in Parm. Alius caballum in arboris ramo humli alligatum reliquit. Seneca Epist. 87. Ó quantum erat seculi decus imperatorium, triumphalem censoriumq; super omnia. hoc est, Catonem uno caballo esse contentum. Hinc caballinus. a. um. Perſ. Nec fonte labra prolui caballino.

Cãcãbo. as. pen. cor proprie est uocis perdicum. (κακκαβύζειν, τιτιβύζειν.) Ouid. Cacabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anser.

Cãcãbũs (κίβις, κάκκαβος) pen. cor. nomen à sono tractũ, quem supra ignem positus facit: à nostris dicitur olla, in qua pulmentarium coquimus. Plin. lib. 23. cap. 6. Succus in cacabo nouo coquitur mellis crassitudine. Paulus Iureconsul. Inter ahenum, quod supra focum pendet, & cacabum non multum interest. Nam hoc pulmentarium coquitur, in illo aqua ad potandum calescit. Apit. Capita porrorum simul elixabis in cacabo nouo, ut aqua ad tertiam deferueat. Antiqui enim calidam & frigidam in cœnis adhibuere.

Cãcãtũrio, cacare desidero. κοάω καὶ χεσιτιῶ. Martialis, Cænaturit, non cacaturit.

Cãchẽxiã, (καχεξία) species est phthisis, quasi malus corporis habitus, quo alimenta corrumpuntur: quod fit cum lõgo morbo uitiata corpora, etiamsi illo uacant, refectionem tamen non accipiunt. Tamen apud Aristot. aliud significat.

Cãcẽphãtõn, (κακόφατον) uel Cacophaton, (κακόφατον) dicitur, cùm mala locutio, uel mala consonantia. Fit autem, cum particulam m sequitur n: ut, Numerũ cum nauibus æquat. Item cum sequens dictio duas habet syllabas præcedentibus similes: ut Ó fortunatam natam me consule Romam. Huic contraria est euphonia, (εὐφωνία.)

Cãchinnõr. aris. depon. & Cachinno. as. neut. pro immoderate rideo, καχάζω. Cic. 5. Verr. Ridere conuiuæ, cachinnari ipse Apronius: nisi fortè existimatis eum in uino ac luxu non risisse, qui nunc in periculo ac exitio suo risum tenere nõ possit. Lucre. li. 4. Quàm famulæ multæ fugitant, furtimq; cachinnant. Dicitur & de sono uehementiore. Accius: Sæua sonando crepitu clangentes cachinnant.

Cãchinnũs, solutus risus. καχασμὸς. à sono risus fictum uocabulum. Iuuen. Sed facilis cuiuis rigidi censura cachinni. Perſ. Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos. Hinc Seneca præcipit, ut risus sit sine cachinno, uox sine clamore. Apud antiquos non de risu tantum dicitur, sed & de sono uehementiore. Catul. Procedunt, leuiterq; sonant clangore cachinni.

Cachinnatio. onis, immoderatus risus. Cic. Tusc. 2. Si ridere concessum est, uituperetur cachinnatio.

Cãcĭã, (κακία) Cicero uitiositatem interpretari mauult quàm malitiam, cum uitiositas nomen sit generalius ad omnia uitia pertinens, malitia specialius. Apud ueteres malitia inter adiaphora connumerabatur, quasi sit & bona & mala, ut dolus bonus & malus. Vnde apud Plautum dicitur cum laude, Te ciuem summa omni malitia.

Cãco. as. uentris onus depono, excerno, χέω. Martial. Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro, Basse bibis uitro, ca-

» rius ergo cacat. Conicaco, cacando fædo, καϝαπλάω
Căcŏbăsĭlĕă, (κακοβασιλεία) malum regnum.
Cacoblepa, non rectè dicitur, sed catoblepas de quo infrà.
Căcŏchўlă, (κακόχυλα καὶ κακόχυμα) dicuntur illa quæ malum succum habent: quibus contraria sunt euchyla, εὔχυλα.
Căcŏēthĕs, (κακόηθες) generis neutri, malus mos, dictio tetrasyllaba. κακὸν malum: ethos, mos. Iuuen. pro ambitione sumpsisse uidetur per translationem, quæ cum semel animo insederit, non facile amoueri potest. Tenet (inquit) insanabile multos Scribendi cacoëthes. Hermol. in Cast. Bud. in Pand. Polit. Misc. cap. 49. Est quoq; cacoëthe uitium curatu difficilimum, cum hulcus quidem pressum est, sed quæ circa sunt intenduntur, & intumescunt, ut inquit Celsus. Pl. Sesama trita in uino ulceribus, quæ cacoëthe uocant, resi-
Căcŏlŏgŭs, (κακολόγος) pen cor. maledicus. (stit.
Căcŏlŏgĭă (κακολογία) maledictio.
Căcŏs, (κακὸς) modò malus, modò deformis, modò timidus dicitur. Et barbara est dictio, ut ait Theod. Gaza lib. 5. Iliad.
Căcōstŏmăchŏs, qui malum ac debilitatum stomachum habet: hoc est uentriculum. os enim uentriculi (qui stomachus dicitur) pro ipso uentriculo sumi solet. Cic. ad Tiro. De medico & tu bene existimari scribis, & ego sic audio: sed planè curationes eius non probo: ius enim dandum tibi non fuit, cum κακοστόμαχος esses.
Căcŏsўnthĕtŏn, (κακοσύνθετον) mala seu deformis compositio, ut apud Verg. Versáq; iuuencûm Terga fatigamus hasta.
Căcōzēlŭs, (κακόζηλος) ineptus imitator, pen. prod.
Căcŭlă, (ἀκόλουθος) pen. cor. militis seruus, fustibus clauisq; ligneis armatus ad tutelam dominorum. Plaut. Video cacu-
lam militarem. Dicitur ἀπὸ τοῦ κάλω. id est, à lignis.
Căcūmĕn, pen. prod. uertex. summitas cuiusq; rei. κορυφὴ. ut cacumina montium, cacumina arborum. Cacuminare, acu
» tum reddere. Ouid. 3. Meta. Dat spatium collo, summasq;
» cacuminat aures. De Actæone loquitur in ceruum mutato.
Hinc cacuminatus. a. um. adiectiuum. Plin. li. 10. ca. 52. Auium oua ex calore fragilia, serpentium ex frigore lenta, piscium ex liquore mollia, aquatilium rotunda, reliqua ferè fastigia cacuminata.
Cădăuĕr, pen. prod. à cadendo. nam (ut inquit Hieron.) ab eo quòd post mortem ceciderit, cadauer dicitur. Et proprie de corporibus mortuis. τὸ νεκρὸν, ἢ ὁ νεκρὸς. Cæsar 7. Bel. Gal. Quid hominum millibus octoginta uno loco interfectis, propinquis, consanguineisq; nostris animi fore existimatis, si pe »
nè in ipsis cadaueribus prælio decertare cogentur? Quamuis & de oppidis ad solum deductis quandoq; dicatur. Ser. Sulp. Ciceroni: Tot oppidorum cadauera proiecta iacent. Seruius etiam à carendo deducit. Hinc cadauerinus. a. um. pen. prod. ut cadauerini nidores, Augusti.
Cădiscŭs, uasculum quo suffragia colliguntur. Græce καδίσκος, diminutiuum à cadus.
Cădiuŭs, pen. prod. quod per se cecidit. ἀυτοκάλωτον. unde cadiua poma dicuntur, quæ non manu collecta, sed sua sponte in terram cecidere: & cadiua folia, quæ per se ex arboribus cadunt. Plin. Colligi mala post æquinoctium autumnale, cadiua separari stramentis, storijs, pales' ue sterni.
Cădmītēs, (λαδμίτης) gemma quam cæruleæ interdum bullæ cingunt.
Cădo. is. (πίπτω) cecidi, casum: proprie significat corruere, uel præcipitari, uel labi. Augusti. super Io. Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, uæ misero mihi, quia casurus sum. Ponitur autem cum datiuo. Plautus, Menæ. Quid clamas? quin taces? Quot eras annos gnatus, quom te pater à patria auehit? Men. Septuennis: nam tum dentes mihi cadebant primulum: Neq; patrem unquã post illa uidi. Plin. li. 16. ca. 22. Cadunt plurimis autumno de foliis, quæ maxime illo tempore arbores amittunt. Cum præ
positione ab. Plin. lib. 10. cap. 38. de auibus, Impingi putes aliquas, aut rursus ab alto cadere has, illas salire. Cic. per aduerbium dixit, Magnum tamen periculum non adibit, alte enim cadere non potest. Cum præpositione de. Cic. De Fato, Si Daphitæ fatum fuit de equo cadere atq; ita perire, ex hoc ne equo, qui cum equus non esset, nomen habebat alio num? Cum præpositione ex. Plin. lib. 17. cap. 20. Perfringi solum debet supra ex Nouemb. mense in Februarium: quo solutæ sponte cadunt ex arbore, atq; subnascuntur. Habet hoc uerbum multas egregias & uenustas translationes locutionesq;. Terent. Adel. Laudarier te audit libenter, facio te apud illum deum: Virtutes narro. Ctes. meas? Sy. tuas, homini ilico lacrumæ cadunt, Quasi puero. Verg. Eglo. 1.
» Et iam summa procul uillarũ culmina fumant, Maioresq;
» cadunt altis de montibus umbræ. Idem: Cadit & Ripheus iustissimus unus. pro occidit, moritur. Item cadere commode, opportune, optate: pro euenire, contingere. Cadere in suspicionem, in cogitationem, in deliberationem, in offensionem: pro incidere, uenire. Cadere caussa, uel à caussa: pro amittere litem. Cadere formula: pro rem ipsam per formulas non recte explicare. Cadere animo, cadere oculos, uultus, uerba &c. pro frangi, debilitari, opprimi, perire. Et Cicero in Orat. Quòd uerba melius in syllabas longiores cadunt: pro terminant, desinunt, Idem ad Atticum, Accedit illud, si maneo, & illum comitatum optimorum & clarissimorum ciuium desero, cadendum in unius potestatem: pro uenire, redigi, poni. Idem: Sed certe à te mihi omnia semper honesta & iucunda ceciderunt: pro euenerunt. Huius composita sunt, accido, decido, excido, incido, intercido, occido, concido, procido, recido, & succido, quæ habent pen. cor. Deriuatiua sunt, casa, caso. as. & casito, de quibus infrà.
Cāduceus & Caduceum, uirga Mercurij erat, qua pax significabatur. κηρύκειον. Nam quia Mercurius orationis Deus est, & Deorum nuntius (ut gentilium more loquamur) merito à dijs mittebatur, ut dissidentium animos oratione sedaret. De caduceo, & cur exteræ gentes caduceũ in pace tradenda circundata anguium effigie fecerint, uide Plin. lib. 29. cap. 3. Liuius ab Vrbe 8. Ipsum, sed in deditionem consulis, caduceum præferentis permisisse. Hinc caduceatores, (κήρυκες) dicuntur legati pacem petentes: à caduceo quem manu gestabant. Cato: Caduceatori nemo homo nocet. Et caduceum ipsum Apollo inuenit, eoq; Mercurium donauit, à quo ipse lyra donatus erat. ∧
Cădūcŏr. eris. præcipitor. Var. Et frigido nymbo aqua iacta caducimur.
Cădūcŭs. a. um. pen. prod. non solum momentaneum significat, quod facile cadat, sed quod cadere faciat, πλάσιμον: unde caducus morbus, quòd facile cadat. Firmicus lib. 7. Si luna in horoscopo fuerit inuenta, stultos, lentos, fatuos & caducos efficiet. Plin. lib. 17. In drupis quoq; quæ maturescentes tunc sunt præcipuè caducæ, id riguis magis euenit, etiã si non ceciderint, fastidiendis. Quandoq; caducus mortuus
» dicitur. Verg. lib. 6. Hinc multum fleti ad superos, belloq;
» caduci Dardanidæ. Caduca hæreditas dicitur, cum hæredes ceciderunt: & caducarij, qui huiusmodi hæreditatem accipiunt. Caducum, quod sub aliqua conditione legatum
» est. Iuuenal. Legatum omne capis, nec non & dulce caducum. Caduca auspicia ueteres dicebant, cum aliquid in templo excidit, ueluti de manu uirgæ. Caducæ literæ apud Plin. sunt quasi γράμματα ἀνακάλωτα: Scabritia (inquit libro 13. cap. 12.) leuigatur dente, conchá ue: sed literæ caducæ fiunt, id est fugaces & fugientes, ut Cicero loquitur. ἀνεξέλεγκτα. Bud. in Epist.
Cădŭlæ, guttæ quæ de carne pingui cadunt dum assatur.
Cădūrcŭm, tentoriũ siue culcitra qua merces teguntur: à Cadurcis (καδούρκοι) Galliæ populis, ut inquit Plin. apud quos
linũ

∧ Ouid. li. 4. Fast. Tantaq; iussa adire sumptis caducifer alis. Quid. in Ibin. Vltores rapti sint terpr caduceator rapti
Ouid lib. 4 Fast. ~~Tantaq; iussus adire~~ sumptis ~~caducifer alis~~.

» lini præstantia palmam obtinet in culcitris. Iuuenal. Institor hybernæ tegetis niueiq; cadurci. Sunt qui putent esse in stitam, quæ supra lectũ obtenditur, quæ tegit undiq;: & cum corpus Christi, aut sancti alicuius uiri ossa per urbem comportantur, cadurco: id est, superne, quod plureis sustinent, » operiunt. Iuuen. Violato pœna cadurco.

Cădŭs, (κάδος) uas uinarium quo unum conditur, ut uult » Acron: cuius prima corripitur. Martial. In q; Vaticanis » condita musta cadis. Continet urnas duas, uel ut aliqui uolunt, tres cum dimidia. Primi in alpibus rustici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt.

Cæcĭgĕni, apud Lucretium, qui cæci geniti sunt. τυφλογενῆτ.

Cæcĭlĭă, genus serpentis cæci. ἀπὸ τυφλίνας ὄφεις. Colum. lib. 7. Est & magnorum animalium noxium uirus. Nam & uipera & cæcilia sæpe, cum in pascuo bos improuidè supercubuerit, lacessita onere morsum imprimit.

Cæco. as, cæcum facio, τυφλῶ: cuius composita sunt, excæco, quod est ualde seu perfecte cæco. Plin. Vt cum lauatur, si oculos attingat excæcet. Obcæco, de quo infrà.

Cæcatus. a. um. Ci. de Cla. orat. Rabida & celeritate cæcata oratio. Et aliquis cæcatus uitij. Cic. Tusc.

Cæcŭlto. as. obtusam faciem habeo, & quasi cæco similis sum· ἀμβλυώτ]ω. Festus, Cæcultare est cæcos imitari. Plau. Num nam mihi oculi cæcultant: est ne hic noster Hermio?

Cæcŭm uallum, in quo præacuti pali affixi herbis uel frondibus occluntur. Item cæcum intestinum, quod à dextra parte incipiens in sinisteriorem peruiũ & longum est. Ideoq; dicitur cæcum, quia id quod peruium est lateq; fusum ac seminatum, ab utraq; parte huc atq; illuc est uolutum.

Cæcŭs, quasi oculis captus, uel quasi oculis concisus, uel oculis carens. τυφλός. Et cæcus dicitur insidiosus, occultè malus, latens, tacitus, qui uideri non potest. ἐνδομυχῶν. Colum. lib. 1. Ex quibus sæpe contrahuntur cæci morbi, quorum causas ne medici quidem perspicere queunt. Sic dicimus » cæcam noctem, in qua non uidemus. Verg. Cæca regens filo uestigia. Et locus cæcus dicitur, in quo non uidemus.

Cæca fossa, cæci aditus, qui sunt obsepti. Transfertur & ad animum unde cæci dicuntur improuidi. Hinc cæcitas, tam animi quàm corporis orbitas. Cæculus, diminutiuum est.

Cæcūtĭo. is. parum uideo, τυφλ]ω: & cæcutiens, quasi semicæcus. Var. Vtrum oculi mihi cæcutiunt, an ego uidi seruos in armis contra dominos? Hiero. ad Paulin. Vt rarus sit, qui non earum cæcutiat lectione.

Cædes, mors ferro aut alia ui illata, præsertim ab eo qui occidere aut ferire uolebat. φόνος. Plin. lib. 14. cap. 13. Inuenimus inter exempla: Mecenij uxorem, quòd uinum bibisset è dolio, interfectam fuste à marito, eumq; cædis à Romulo absolutum. Inde dicimus aliquem commisisse cædem. Huius diminutiuum est cædicula.

Cædo. is. cæcidi, cæsum. (κόπτω) pen. prod. uerbum actiuum, cuius passiuum est cædor, & est flagellare, percutere, ferire, uerberare. Terent. Verberibus te cæsum in pistrinum Daue dedam. Item excidere. Cicero, Aut eius partes quasi membra » quædam cædenda. Item occidere. Vergilius, Cæduntur uigiles. Per translationem uerò ponitur quandoq; pro immolare, ut apud eundem, Cædunt binas de more bidentes.

Item pro frangere. Cicero, Cædere ianuam saxis, instare ferro. Et apud eundem ad Qu. Fra. Cædi testibus, est testium multitudine urgeri, premi, conuinci. Huius composita sunt, abscido, concido, circuncido. (περιαιρῶμαι) decido, excido, incido, intercido, occido, præcido, recido, & succido, quorum penul. producitur. At Cedo sine diphthongo, (χωρίω) cessi præteritum, & supinum cessum facit, multaq; significat. Nam quandoq; cedere significat abire, & locum uictori dare. ἄιω. Cicero, Cui quidem exercitus nostri imperatores cesserunt. Quandoq; discedere, euitare atque subtrahere. Plautus Cedamus imbri. Hinc cedere iræ, (ὑπ]άδω τῇ ὀυμῷ) dicimus dare locum iræ, & quasi ab ira discedere. Cedere bonis, discedere à bonis, & quicquid nostrum erat tradere creditori. ἐκχωρῶ τ ὄντων. Cedere iuri discedere à iure, ius quod habemus alteri tradere, quod & de iure cedere dicimus. Et cedere, est in ius alicuius uenire: ut cedunt mihi ea bona. id est, in ius meum ueniunt. Et cum accusatiuo mediante in. Hieronym. super Matthæ. Ita fiebat ut oblatio liberorum sub occasione templi & Dei, in sacerdotũ lucra cederet. Rursus cedere ponitur pro dare. Ennius, Salue te optima corpora, cedite manus uestras, measq; accipite.

Pro concedere, obsequi, non repugnare. πείθαρχῶ.

» Vergil. Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso.

Pro succedere, seu in sortem contingere. Idem, Cesserit Ausonio si sors uictoria Turno. Pro incedere. Plaut. Aul. In hostem absolutus cedas. Inuenitur & imperatiuũ Cedo, dic, φέρε δὴ, ἄπι: nec habet aliam personam nisi tantũ Cedite pluraliter, habetq; primam correptam. Terenti. in And. Cedo cuium puerum? Lactan. lib. 3. Cedò igitur quid didicerit. Cicero in Cato. Cedò qui uestram rempub. tantam amisistis. id est, dic. Terent. in Phorm. posuit pro da: Quin tu mihi argentum cedò. Phor. Imò uxori tu cedò. Cedere diem, (χωρεῖν τὴν ἡμέραν) inquit Vlpianus, significat incipere deberi pecuniam: sicut uenire diem, significat eum diem uenisse, quo pecunia peti possit. Huius uerbi composita sunt, abscedo, accedo, concedo, decedo, discedo, excedo, incedo, intercedo, præcedo, procedo, recedo (ἀφίσαμαι) retrocedo, secedo & succedo: quæ habent penul. prod.

Cædŭă sylua, (κεκοσμημένη ὕλη) quæ relinquitur, ut ex ea ligna cædantur. Plin. lib. 13. cap. 4. Cæduæ palmarum syluæ.

Cælĕbs, (ἄγαμος, ἄπόσιος) generis communis, qui nunquam duxit uxorem, seu qui eam amisit. dictus cælebs (ut inquit Hieron.) quòd cælo dignam uitam agat, qui coitu careat. August. Cælebs qui non habet uxorem, uel quæ non habet maritum, qualia sunt numina in cælo, quæ absq; coniuge sunt, si agapetas non attendamus. Hic accipiunt cælibes nõ tam pro uxore carentibus quàm pro castis & omni Venere abstinentibus: sed proprie dicitur cælebs, qui uxorem non habet, etiam si concubinas habeat. Nam cælebs & maritus relatiua sunt. Quint. Nam clarus an obscurus, magistratus an priuatus, ciuis an peregrinus, liber an seruus, maritus an cælebs, parens liberorum an orbus sit. Ci. De legib. Cælibus esse prohibento. Dicimus tamen thorum cælibem, & uitam » cælibem actam in cælibatu. Oui. Quæ si non fuerat, cælebs te uita deceret. Hinc cælibatus. us. (ἀγαμία) pro uita quæ agitur sine uxore. Martial. Constituit Mercurius pellere cælibatum. Sueton. Verum amissa uxore Lepida duobusq; ex ea liberis, mansit in cælibatu.

Cælĕstĭs, (οὐράνιος) quod è cælo est, unde cælestia numina, & cælestia auguria, quæ è cælo fiunt, cum uel fulminat, uel tonat deus: & Cælestis arcus, Plin. 12. cap. 24.

Cælĭbăris hasta dicebatur, qua caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris occisi stetisset, ut sicut illa coniũcta fuerat cum corpore gladiatoris, sic cum uiro noua nupta sit copulata. Festus.

Cælĭcŏlă, (οὐρανίων) qui uel quæ cælum habitat. Verg. 1. » Aneid. Me si cælicolæ uoluissent ducere uitam.

Cælĭcŭs. a. um. idem est quod cælestis, ut cælica regna.

Cælĭtĕs, (οὐράνιοι) dij cælestes, qui in æthere sphæraq; superioris ambitu usq; ad solarem circulum demeant: qui & apathes dicuntur, quoniam non eos ut nos mortalium curarum uota solicitant. Cic. 2. de Diuin. Ego deûm genus esse semper dixi, & dicam cælitum. Idem in Som. Scip. Et grates, inquit, tibi ago summe sol, uobisq; reliqui cælites.

Cælĭtŭs, (οὐρανόθεν) pen. cor. aduerbium, significat è cælo: sicut diui-

diuinitus à deo. Hieron. Tandem cælitus inspiratus præcisam morsu linguam in osculantis se faciem expuit.

Cælo.as. sculpo. γλύφω, γρινύω, ζρινύμαλα. Cic. 1. de Diuin. Hanc speciem Praxiteles cælauit argento, & noster expressit Archias uersibus. Verg. Cælatáq; in auro Fortia facta uirûm.

À quo cælata uasa dicuntur, quæ ueteres ancæsa uocabant, quòd circuncædendo fiant, & cælum ipsum quo cælantur. Plin. lib. 33. construxit hoc uerbũ instar eorum quæ precium signant. L. Crassus (inquit) orator duos scyphos Mentoris artificis manu cælatos sestertijs centum, confessus est tamen nunquam se his uti propter uerecundiam ausum.

Cælātūrā, est quæ auro, argento, ære, ferro opera efficit. Plin. lib. 19. cap. 4. Superq; pistrinarum operibus & cælaturis uiuere. Idem lib. 35. cap. 12. Qui plasticen matrem statuariæ, sculpturæq; & cælaturæ esse dixit.

Cāllo. is. per duplex ll, frango, siue cædo: quo uerbo nõ utimur nisi in compositione. Eius composita sunt, excællo, pro extollor & supero. Antecællo, percutio, euerto. Procællo eiusdem significati, à quo procella. Recællo, reclinor, humilis fio. Interdum actiuè ponitur pro reclino. Var. Alius teneram abietem solus recællit. Alij Cællo sine diphthongo scribunt.

Cælsŭs, à cællo, id est, altus & sublimis, ὑψηλὸς: à quo fiunt excælsus & præcælsus, in quibus præpositiones habent uim augendi. Excelsitas. Cic. Etenim magis est secundum naturam excælsitas animi & magnitudo. Quidam tamen hoc nomen sine diphthongo scribunt.

Cælŭm, (τόρυς, γλυφεῖον) instrumentum quo utuntur argentarij dum uasa sculpunt: ut est illud, Cælo fabricata Myronis.

Et cælum uocatur quod alio modo dicitur mundus (κόσμος, οὐρανὸς) cuius circunflexu cuncta tegũtur, & stellis splendet: à cælo sculpo, eò quòd sit cælatum: hoc est, sideribus sculptum siue signatum. Vnde quos summis laudibus celebrari intelligimus, in cælum ferri, & in cælo esse dicimus, (ὑπερνεφοκωμεῖν) & de cælo detrahi: id est, de summo honoris gradu deturbari. Et sic cum æ diph. scribitur. Amb. lib. Hexa. Cælum dicitur quasi impressa stellarum lumina, uelut signa habeat, tanquam cælatum appellatur: sicut argentum quod signis eminentibus refulget cælatum dicimus. Varro à cauo deriuat. κοῖλον enim concauum dicunt, quia scilicet id necessariò in sculptura exigitur. Et sic cum œ diphthongo scribi debet. Quidam sine diphthongo scribunt à celando contrario nomine quòd apertum sit. Sciendum est autem, quòd philosophi omnes, nouem cælos esse dixerunt, quorũ septem à planetis appellauere: octauum, siderium, seu stellatũ: nonum uerò, cum nescirent cuius conditionis esset, uocauerunt primum mobile: cum secundum sanctorũ sententias dicatur cælum aqueum crystallinum ue, non à frigiditate, sed transparentia. Decimum q; affirmant esse cælum illud, quod empyreum appellant, quasi igneum, nõ à calore, sed à splendore, in quo angeli & beatorum constitutæ contemplationi inhærẽt animæ: idq; immobile esse dicunt. idem doctores sancti. Sunt igitur decem cæli, scilicet cælum empyreum, cælũ crystallinum, primum mobile, cælum stellatum, cælum Saturni, cælum Iouis, cælum Martis, cælum Solis, cælum Veneris, cælum Mercurij, & cælum Lunæ. Si quis hanc materiam uidere cupit diffusius, Aegidiũ Romanum cõment. secundi libri sententiarum, dist. 2. perlegat. Interdum cælum sumitur pro aëre. Verg. Maria ac terras cælumq; profundum. Idem Georg. 1. Et uarium cæli prædicere morem. Vbi Seruius, Cæli: id est, aëris. Lucret. In hoc cælo, qui dicitur aër. Plin. li. 2. Et hoc cælũ appellauere maiores quod alio nomine aëra. Hinc grandines sunt & pruinæ, hymbres, procellæ, turbines uentorũ: hoc regnum supra lunam, pura omnia, ac diuturnæ lucis plena. August. Huic autem cælo, in quo sunt luminaria, ita uicinus est aër, ut & ipse cæli nomen acceperit, non solũ sermone cõmuni, secundũ quem dicimus, serenũ uel nubilũ cælum, sed etiam nostrarũ ipsarum consuetudine scripturarũ, cum dicuntur uolatilia cæli, cum aues in hoc aëre uolare manifestum sit. Aristoteles accipit cælũ pro octaua sphæra: quandoq; pro corpore quinto: quandoq; pro toto uniuerso. Dicitur præterea cælum palatum oris. οὐρανίσκος. Plin. Cerebrum uiscerum excellentissimũ est proximumq; cælo capitis, sine cruore, sine sordibus.

Cæmentārĭi, dicuntur cæmentorum, hoc est ædificiorum, quæ ex lapidibus sunt, structores, quos fabros murarios appellant. λιθοτόμοι.

Cæmentĭtĭus. a. um. quod ex cæmento est, ut parietes cæmentitij. Vitru. lib. 2. cap. 8. Itaq; pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitijs altitudines extructæ.

Cæmentŭm, (κονία: ὑψ & quoq; non alienũ uidetur) à cædo, ut quidam putant. Sunt enim cæmenta, omnis rudior materia quæ ædificia cõsurgunt: proprie cæsi lapides apti ad ædificandum, exciso monte aliquo uel effosso. Fodinas quoq; rusticí Campaniæ cæmentarias appellant. Liu. Nec erat difficile murum subruere, quòd cæmenta non calce durata erãt, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere. Colum. libro. 9. Sub porticibus quadratæ haræ cæmentis uel etiam latercullis extruuntur. Aliquando ponitur pro ipso opere: id est ædificio, quod structo lapide erigitur. Plinius Pallidus lapis in cæmento raro utilis, licet enim contra iniurias fortis, ad structuram tamen infidelis est, nisi multa suffrenatione deuinctus. Interpres utitur, in Biblijs pro aqua, calce sabuloq; fermentata: Habuerunt lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento.

Cænŏs, (καινὸς) nouus.

Cæpĕ, generis neutri, & indeclinabile, à capitis magnitudine dicitur, unde & primam diph. uocalem accepit. Plin. li. 19. cap. 6. Ergo omnibus annis separatim semen cæpe caussa seritur, separatim cæpe seminis. Dicitur & cæpa, cæpæ. Ouidius: Cædenda est hortis eruta cæpa meis. Inuenitur etiã secundum Priscian. cæpitius & cæpitium. Cæparum plura sunt genera, nobilissima Ascalonia, ab oppido Iudææ. Nam (ut refert Strabo lib. 16.) Ascalonensium regio præcipue fert cæpas. Colum. Pompeiam uel Ascaloniam cæpam eligito, & componito in fidelia. Cæpa oculos mordet. unde à Græcis nomen impositum κρόμμυον, quasi pupillam oculũ comprimi cogeret, sicut scribit Aristot. in Problem. Vnde lachrymosa dicitur à Columella.

Cæpŭlă, diminutiuum à cæpa. Pal. Hoc Mense cæpulas seris.

Cæră, (κηρὸς) licet à Græco nomen habeat, (κηρίον enim Græci fauum dicunt, quod absq; diphth. scribitur) tamen Apuleio teste, consuetudo conuertit ι in æ diph. Quidam etiam à careo deducunt, eo quòd mellis perfusione careat. unde etiam primam diphth. uocalem assumpsisse dicitur. Est autem cæra quæ fit expressis fauis. Plin. lib. 21. capite 14. Cæra fit expressis fauis, sed ante purificatis aqua, & triduo in teneabris siccatis, quarto die liquatis igni in uouo fictili. Cæra aliquando pingere solebant: quapropter & tabellæ ita pictæ
» cæræ uocabantur. Ouid. Perlege dispositas generosa per
» atria cæras. À cæra etiam fiebant pugillares, in quibus scribere mos erat: unde & pro epistolis, & pro pugillaribus
» ponitur quandoq;. Iuuen. Nonne libet medio cæras implere capaceis Quadriuio? Quandoq; pro cærata tabula. κήρωμα. unde dicitur in prima cæra, & in secunda cæra, ima cæra, & extrema cæra. Nam Romani testamenta scribebant in tabulis cæratis. Sueton. in Cæs. Quin. Pedium ex quadrante hæredem instituit, reliquos in ima cæra. id est, ultima parte tabulæ testamentariæ. Hinc syncærum & procærum. Cæra optima est, quæ Punica uocatur omnium candidissima, proximaq; maximè fulua.

Cæro. as. cæra tego, cæram impono. Columella lib. 12. cap. 50.

Sexta

Sexta quoq; oliuitate dolia cærari oportere antiqui dixere. Plautus in Asin. Nec cærata adeo tabula. Hius compositum incæro. Iuuen. Genua incærare deorum.

Cærifico.as. cæram facere: & de apibus dicitur. Plin. lib. 9. cap. 38. Cum cærificauere, fluxos habent succos. Quædam tamen exemplaria legunt, fœtificauere.

Cærārius, qui cæras tractat, & ex cæra aliquid conficit. Cice. 5. Ver. Ex omni pecunia, quam aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant: primum prospectatione & collybo, deinde pro nescio quo cærario.

Cærātum, uidetur esse, sicut uulgò appellatur, quod uulneribus superponi solet. Constat ex rebus siccioribus, & igni appositum mollescit, sed appositum corpori durescit, & pertinacius hæret. Dictum à cæra, quæ ferè omnibus cæratis adhiberi solet. Plin. lib. 13. ca. 22. Faciemq; inuadunt ignes sacri, ob id cærato prius illimunt. Martial. libro 11. Labra pingui delibuta cærato. Quidam cærotum appellant, à Græco κήρωτον.

Cærātūrā.æ: (κήρωσις) ipsa cæratio. Colum. lib. 12. cap. 50. Vetera non crediderim, propter olei succum cæraturam pati.

Cærēmōniæ, (θρησκεία, τελετὴ) pen. cor. uel ab oppido Cærete, uel à carendo dicti sunt. Nam urbe à Gallis capta, cũ uestales uirgines simulachra deorum ex hostibus erepta traducerent, in oppidum Cærete potissimum conuenere, ubi benigne fuerunt hospitio susceptæ, donec à Gallis ciuitas per Camillum liberata fuit. In cuius beneficij memoriam Romani præstiterunt, ut omnis diuinus cultus Cæremoniæ, à Cærete diceretur. Liuius lib. 5. scribit L. Albinum de plebe unum, uirgines, sacerdotes, sacráq; plaustro Cære inuexisse: unde cæremonijs sit enatum nomen. Dicitur & cæremonia. æ. singulariter. Cæsar 7. belli Gal. Quòd more eorum grauissima cæremonia continetur.

Cærĕus. a. um. quod ex cæra est, κηρινὸς: ut imago cærea. Sumitur quandoq; pro molli ac facili. Horat. Cæreus in uitiũ flecti, mõitoribus asper. Idem, Cærea Telephi laudat brachia. Quandoq; pro pingui. Acci. Pinguem turturem cæreamq; ficedulam: à cæræ uidelicet colore. Quandoq; pro uncto. Mart. Cærea si pendet lumbis & trita lacerna.

Cærĕus, funale. κηρός. Mar. Hic tibi nocturnos præstabit cæreus igneis. Huius diminutiuum est cæreolus. Hieron. Magnum honorem præbent huiusmodi homines beatissimis martyribus, quos putant de uilissimis cæreolis illustrandos.

Cærĭcās, (ὡρεικὰ, usitatius tamen χρονικὰ) Græci dicunt horas temporales, quæ & uulgares. nam apud ueteres solaria in horas tam noctis quàm diei temporales, non æquinoctiales diuisa præponebantur. Ita singuli dies, noctesq; horis continebantur duodecim. Et quod sequens est, meridiem hora diei sexta designabat.

Cærinthē. es. genus herbæ, mellis cum cæra misti saporem habens. Vergil. lib. 4. Georg. Et cærinthe ignobile gramen. Habet folium candidũ, incuruũ: cubitalis, capite concauo, cuius florum auidæ sunt apes. à cærea deriuatur. Dicitur & cerinthus apũ cibus κήρινθος. & à Dioscoride cæranthem. Ab Aristotele, Erithace seu rithace. Vulgò eam uocare solent carbinam, in Hetruria & Liguria credo, quia flatu Africa nascatur, quem (ut inquit Vitru.) Carbam, nautæ Carbinum cognominant. Fit quidem nigrior à uentis. Melius absq; diphthongo: uide infrà.

Cærinus, uide infrà Cerinus sine diphthongo.

Cærĭum, (ψωρίον) uel Cæris, genus ulceris quòd faui similitudinem habeat. Plin. lib. 20. ca. 2. Radix sanat ulcera concreta in modum faui, quem cæreon uocant. Idem lib. 23. cap. 7. Cum melle item & foliis cæria sanant, & canis morsus.

Cærŏfĕrārĭi, (ἀκόλουθοι & κηροφόροι) dicti sunt à deportandis cæreis in sacris

Cærŏfĕrārĭum, instrumentum quo cæreus fixus cõtinetur. In Decretis Can. dist. 23. Acolythus accipiat cæroferarium cum cæreo, ut sciat se ad accendenda lumina mancipari.

Cærōmă, & Cærōmătŭm, (πάττ. Cel. lib. 4. cap. 26.) à cæra fit, significatq; oleum, cœnumq; quibus permixtis ungebantur athletæ cum essent certaturi: cui si sudor accedebat, νοῦς Θεός uocabatur ab ijs qui nimis Attici uideri uolunt, ut inquit Galenus. inde Iuuen. Cæromatico collo dixit, non quòd cæroto simile sit, sed Græcum est κήρωμα. τος. significatq; apud Græcos tabulam cæratam, in qua scribi esset solitum. Hæc insperso ἀφὴ dicebatur. Martialis, Et flauescit haphe. Nam ea insperso perfusa obluctantium corpora quodam modo flauescebãt, lepras patientibus similia. fiebatq; ex oleo terráq;, nec ex omni terra, sed ex quibusdam eius generibus, quibus robustiora fieri corpora, & ad tolerandos æstus, atq; algores firmiora arbitrabantur: ut erat Albida quædam terra pertenuis ex Albano agro, & rubrica, & Baianus puluis. Adhibebatur quippe oleum tum ad agilitatem præstandam ut corpora lubrica fierent, tum quòd natura olei est, tepefacere membra, & contra algores munire. Terra uerò ad indurandos magnos artus, & aduersus æstum firmandos adiungebatur. Stat. de Palæst. Posiquam oleo gauisa cutis petit æquor uterq; Procursu medium, atq; hausta uestitur arena,

Tum madidos artus alterno puluere siccant,
Collaq; demersere humeris, & brachia latè
Vasta tenent. Ponitur & pro loco, in quo palæstritæ ungebantur. (κονιστήριον, Vitruuius.) Plinius, Idem palæstras athletarum imaginibus & cæromata sua exornant.

Cærōsŭs. a. um. quod habet admixtam cæram. κηρώδης. unde mel cærosum dicitur nondum depuratum. Plinius Liquore ueluti mellis cærosi.

Cærŭlĕŭs, idem quod cæreus. Propert. Cæruleus cucumis tumidoq; cucurbita uentre. Cæruleus color, uiridis cum nigro, & subniger, sicut mare: qui Græco uerbo à Latinis dicitur glaucus: & Gellius sentit eundem esse cæsium. Hunc Venetum quoq; colorem, & Thalassicum, & ferrugineum, & cyaneum appellari ab eruditis inuenimus. Dictus cæruleus quasi cæluleus à cæli colore. Dicitur & cumatilis color, quod Græcè κύματα fluctus uocant. Alij deducunt à cæra, de quo in dictione Cæreus.

Cæruleum arena est, cuius tria sunt genera, Aegyptium, Scyticum, & Cyprium. Postea probatum est Atticum, marmorosum: & scyricum siue pressum. uide Plin. lib. 35.

Cærŭlŭs. a. um. penul. cor. Catul. Cærula uertentes abiegnis æquora palmis. Et apud Verg. Cærula freta. lib. 10. Aen.

Cæsă, Gallicum telum. Varr. Qui gladijs cincti sine scutis cũ binis cæsis essent. Hæc & gæsa dicuntur Gallica lingua: unde & uiros fortes Galli gæsos uocant. Ver. lib. 7. Alpina coruscant Gæsa manu. Et cæsa, particulæ orationis quæ Græci κόμματα uocant, differuntq; à membris, quæ Græci dicunt κῶλα. Membrum enim est pars orationis ex pluribus uerbis absolutè aliquid significans, hoc modo: Et si uereor iudices ne turpe sit pro fortissimo uiro dicere incipientem timere. Cæsum autem pars orationis est, nondum ex duobus aut pluribus uerbis quicquam absolutè significans, hoc modo: Etsi uereor Iudices ne turpe sit. Aliquando tamen cæsa oratio dicitur, cum non efficiuntur membra ex connexione uerborum, sed singula uerba aliquid significantia proferuntur, hoc modo: Quis est ille? Gellius, armiger Catilinæ, stipator tui corporis, concitator tabernariorum, latrator fori. Eadem incisa dicuntur. De hoc etiam in comma.

Cæsar, uide in proprijs.

Cæsărĕŭs. a. um. & Cæsarinus. a. um. ut milites Cæsariani.

Cæsăriēs, coma. (κόμη, λόφος) à crebra cæsione, ideoq; propriè uirorum est. Vnde Cæsariati comati dicuntur. Plautus, Cæsariatus miles.

Cæsim, aduerbium, significat cædendo, siue per incisionem gla

dij: ἐκ καταφορᾶς, κοπικῶς, τμήδην: sicut punctim (ἐκ διαλύψεως) pungendo. Liuius 2. bel. Pun. Hispano punctim magis quàm cæsim assueto petere hostem. Col. lib. 5. Maior autem pars operis in uineam ductim potius, quàm cæsim facienda est. id est uno ictu. Hinc ductim significat cum mora.

Cæsio, uerbale, à cædo cædis, pro cæsura. Colum. libro 4. cap. 33. & post quinquennium cæsa, more salicti recreatur, atque in palum formata ferè usque in alteram cæsionem perennat.

Cæsĭtĭum, linteolus erat purus & candidus: dictus quòd cædendo ad candorem perueniret: uel quòd oras circunciſas haberet. Plautus in Epid. Linteolum cæsitium.

Cæsĭus color, (γλαυκὸς) qui ſpeciem cœli habet. unde oculus cæsius dictus quaſi cælius: hoc eſt cyanei coloris. Græcè γλαυκώπις ab oculis noctuarum. γλαῦξ enim noctua dicitur. Vnde à noſtris glaucus dicitur. Hinc glauci equi, qui fe lineis oculis ſunt: uulgò glaucioli uocantur. Alij cæſium intelligunt lentiginoſum, alij cæruleum. Terent. in Eunu. Rufam' ne illam uirginem cæſiam? Et in Hecyra, Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius. Vbi Don. Cæſij, glaucis oculis, quaſi felis oculos habens.

Cæsōnes, pen. prod. qui cæſo matris utero nati ſunt. Plinius lib. 7. cap. 9. Primuſq; Cæſarum, à cæſo matris utero dictus: qua de cauſa & Cæſones dicti.

Cæsum, cæſi, pars orationis nondum ex duobus, aut ex pluribus uerbis quicquam abſolute ſignificans, hoc modo: Et ſi uereor iudices, ne turpe ſit. Interdum tamen cæſam dicimus orationem, cum non efficiuntur membra ex connexione uerborum, ſed ſingula uerba aliquid ſignificantia proferuntur.

Cæsus, participium à cædo: ut cæſis copijs. Cicero ad Brutum libro 10. cæſis uiclimis. & Atticum, cæſæ arbores.

Calametum. Colum li. 4. cap. 27. ſic deinde ordinata uineta feſtinabimus emendare, ſarmentiſq; & calametis liberare.

Cæsuliæ, dicti ſunt qui cæſios oculos habent. Feſtus.

Cæspĕs, generis maſculini à cædo ſit, & ſignificat terram cum herba auulſam, ſeu in modum lateris cæſam: uel dicitur frutex reciſus ac truncatus, quòd pedem cædat. βῶλος. » Es cæſpite agger caſtrenſis ſit. Lucanus Stetit aggere fulti Cæſpitis intrepidus. Circunciditur autem ferramentis contineturq; herbarum radicibus terrarum. Docet Vegetius libro 3. qua altitudine ac latitudine cæſpes circuncidi debeat. Hinc cæſpititius. a. um. quod ſit ex cæſpitibus. Vnde tribunal cæſpititium uocatur, ſuggeſtum ex cæſpitibus factum. Plaui. Vopiſ. Deinde concurſus ad Cæſpititium tribunal. Et aræ cæſpititiæ dictæ ſunt. Iuli. Capito. Centum aræ uno in loco ceſpititiæ extruuntur. Vide Ceſpes.

Cæspĭto. as. (παράφορον βαδίζω) pen. cor. pede aliquid percutio, quo quaſi ruere cogar: ut ſit cæſpitare quaſi cæſpitem offendere, uel in cæſpitem ferri. παράφορον βαδίζω. Vnde cæſpitatores equi, qui ſæpe in cæſpitem, uel lapidem, aut aliquid huiuſmodi impingunt.

Cæstrŭm, inſtrumentum quo ebur cauatur. Plinius libro 35. cap. 11. Inencauſtice pingendi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat: cæra, & in ebore cæſtro. id eſt uiriculo, donec claſſes pingi cœpere.

Cæsūră, proprie inciſura. διαιρετή. Plinius libro 17. Ante calendas Martias creſcit ad brumam uſque, deſinitq; cum durescere incipit hoc ſignum, quod tempeſtiuam habet cæſurã. Et cæſura à cadenda uoce, quæ definitur, quod ſit decora terminatio uocum in medio uerſuum notata. Hæc quadrifariam diuiditur, alia penthemimeris dicitur, ſiue ſemiquinaria: alia hephthemimeris ſiue ſemiſeptinaria: tertia trochaica quarta bucolica. Penthemimeris eſt, cum poſt duos primos pedes ſuperans ſyllaba inuenitur, quæ dictionem terminet: ut, Arma uirumq; cano: & Italiam fato. habet enim ex quinque dimidium. Hephthemimeris eſt, cum poſt tres pedes ſimiliter ſyllaba inuenitur: ut, Arma uirumq; cano Troiæ. continet enim ſeptenarij medietatem. Trochaica eſt, cum poſt duos pedes trochæus partem orationis perficit: ut, Nil noſtri miſerere. Bucolica, cum poſt quatuor pedes ſyllaba ſuperat in partem orationis deſinens, ut inuenitur trochæus partem orationis terminans: ut, Omnia uincit amor, & nos cedamus amori.

Cæsūrātim. ἐυτόμως. ſignificat ſuccinctè, breuiter, per cæſuræ commata. Sido. Claudiano, Tota de illo dicto ſic cæſuratim ſuccincta, quàm profluens.

Cæsūrātum uas, appellatur cæſim orificatum.

Cæstŭs. us. (ωνγμὴ) genus clauæ pilas plumbeas loris bubulis appenſas habens, quo Darethen & Entellum pugnaſſe legimus. Vergil. lib. 5. Sin crudo fidit pugnam committere cæſtu. Et à cædendo ſit cæſtus. Ceſtus uerò ceſti, ſine diphthongo ſumitur pro cingulo, quo uxor à marito cingebatur in fide martjali, & eſt fœminini generis, quamuis & maſculini reperiatur: à uarijs punctis ſic dictus. κεντᾶν enim pungere eſt & picturare. Vnde cingulum illud Veneris, quo ipſa Martem, & Iuno Iouem conciliabat, à poëtis ceſtus, (κεστὸς) dicitur. Mart. Vt Martis reuocetur amor ſummiq; tonantis, A te Iuno petō ceſton, & ipſa Venus. Sed & lorum, aut opus interpunctum, acu ue pictum. & Veneris item ornamentum, & in commune fœminarum, ceſton Græci uocant. Proinde Celſus Aphricanus, contra quem ſcripſit Origen. 24 libros ædidit, quos à rerũ uarietate Ceſtus appellauit. Hinc inceſtus, & ceſtillus diminutiuum. Homerus multa in lib. 3. Iliados, & Euſtathius.

Cæterŭs, cætera, cæterum, ex Græco κοινὸς ἕτερος, id eſt & alius. Cato de re Ruſt. cap. 22. Cæteris ornatus domi, Pompeijs emptus eſt. Terent. in Hecy. Quàm fortunatus cæteris ſum rebus. Cic. 4. Acad. Cætera ſeries deinde ſequetur. Idem 6. Verr. Argentum illi cæterum purum appoſuerat. Cætera doctus, figurata locutio, deriuata à Græcis. Cic. 1. de Natura Deor. Non ſolum enim poëta ſuauis, uerumetiam cætera » doctus, ſapiensq; traditur. Mart. Viſceribus bonus, cætera uile ſapit. id eſt quantum ad cætera. Hinc

Cæterō, aduerbium. Plin. lib. 10. cap. 58. Palumbes fœmina incubat poſt meridiana in matutinum, cæterò mas. hoc eſt, quod reliquum eſt temporis. Cæteroquin, pro alioquin. Cic. in Orat. Adhibet quidem hic ſubtilis: quem niſi quod ſolum cæteroquin recte quidem uocant Atticum.

Cæterum (μενοῦν) coniunctio ſiue aduerbium, proſed, ſiue id quod dicere ſolemus, quod reliquum eſt. Cætera etiam quando aduerbialiter (τἄλλα) capitur pro deinceps: ut, Cetera parce puer bello.

Călă. æ. Seruius, Calas dicebant maiores noſtri fuſtes, quos portabant ſerui ſequentes dominos ad prælium. unde etiam calones dicebantur. Nam conſuetudo erat militis Romani, ut ipſe ſibi arma portaret, & uallum: uallum autem dicebãt calas. Luci. Scinde calam, ut caleas. id eſt ſcinde lignum & focũ accende, ut te calefacias. Calo. onis, primam producit: ſed κάλον, ideſt lignum apud Græcos uidetur corripiendum.

Călabră, pen. cor. dicebatur curia ubi tantum ratio ſacrorum gerebatur. Macrob. Et ipſi curiæ, ad quam uocabantur, Calabræ nomen datum eſt. (ris.

Căladrĭus & Caladrion, (ὁ καλάδριος Ariſt.) auis eſt albi colo-

Călămă. æ. penult. cor. generis fœminini: haſta eſt, ſiue ſpica ipſius frumenti. Dicta ἀπὸ κάλου, quod eſt lignum, ἀπὸ τοῦ καύσεως ſic appellatum. Suidas.

Călămārĭum, theca, id eſt repoſitoriũ calamorum. καλαμοθήκη.

Călămīnthă. æ. (καλαμίνθη) ſeu Calamenthe. es. herba nota, quam Ariſtotrles ſcribit in mentam commeare, hanc Latinè nepetam quidam dici putant. uulgò Krus müntz. Dioſcorides libro 3. cap. 41.

Călămiſtrŭm,

Călămīſtrŭm, (καλαμὶς. ἰδ&. generale eſt καλαμιστρον) acus maior, qua calefacta & adhibita, criſpantur capilli. Cice. poſt Redi. Non te illius unguentorum odor, non uini anhelitus, non frons calamiſtri notata ueſtigijs, in eam cognitionem adducebat? Vnde calamiſtratus puer (καλαμιστὸς) pro criſpulo cirratóq;, qui annulatos capillos habet. Cice. ibidem, Cur in heluationibus huius calamiſtrati ſaluatoris tam eximia uirtus tandiu ceſſauit? Plau. in Aſin. Quiſnã iſthuc tibi accredat cinæde calamiſtrate? Varro refert calamiſtrum parari ob ornatum, quòd calefactum in cinere capillos ornet. Qui autem calamiſtrum adminiſtrat, à cinere cinerarius, & ciniflo uocatur.

Călămītæ (καλαμίται) ranæ minimæ ſunt & uiridiſsimæ, & à quibuſdam Dryopetæ uocantur: ſic dictæ quòd inter calamos uerſentur.

Călămītās. tis. grando quod comminuat calamos, hoc eſt culmos, & ſegetes. Terent. in Eunu. Ipſa egreditur noſtri fundi calamitas. Sed translatio in hoc exemplo eſt, quemadmodum & cum pro miſeria accipitur, ſiue ærumna. συμφορά. unde calamitoſum dicimus malis ac calamitatibus prægrauatum (ὁ ἰſυφός.) Cicero, & honoris ampliſsimi puto eſſe & accuſare improbos, & miſeros calamitoſoſq; defendere.

Călămītēs, gemma: à calamo. Plin. lib. 37. cap. 10.

Călămochnŭs, genus arundinis in Italia naſcens, Latinè adarca appellatum. Naſcitur circa arundines tenues, ubi ſpuma aquæ dulcis ac marinæ ſe miſcent.

Călămŭs, (ὁ κάλαμ&. s.) pen. cor. arundo magis minuta, habens internodia longa & recta, ex qua ſagittæ apud diuerſas gentes fiebant. Verg. Quum Daphnidis arcum Freſas gentes fiebant. Verg. Quum Daphnidis arcum Fregiſti, & calamos. Plin. lib. 16. Calamis populi orientis bella conficiunt. Eſt & calamus quo ſcribi ſolet. Martialis, Dat chartis calamos habiles Memphitica tellus, Texantur reliqua tecta palude tibi. Item calamus dicitur concauus fiſtulis accommodatus, quem ſyringa uocant. Eſt & calamus auleticus, qui tibijs utilis eſt. Vergilius, Nec calamis ſolum æquiparas, ſed uoce magiſtrum. Et calamus uirga, cui hamus filo longo ligatur ad capiendos piſces: ſimiliter uirga ad capiendas aues uiſco illinita. Martial. Galbula decipitur calamis & retibus ales. Aliquando accipitur pro ſtipula & pro quacunq; re tereti ac fiſtuloſa ad ſimilitudinem arundinis. Vnde arborum quoque ac uitium calamos dicimus: id eſt, teretes particulas & uirgas ad ſerendum in terra aptas. Plinius, Qui ſi longius efferantur pomorum calami, rapis infixos optime cuſtodire ſuccum arbitrantur. Item accipitur pro arbore aromatica, à ſimilitudine calami uſualis, ſimulans guſtu caſiam. κάλαμ& ἀρωματικὸς. uel μυρῳψικός. Gignitur in India multis modis geniculatus, fuluus, flagrans ſpiritus ſuauitatem, qui quum frangitur, in multas ſit parteis ſciſsibilis. Eſt etiam calamus menſura ſex cubitorum & palmi.

Călăntică, (ταινία) tegmen muliebre quod capiti innectitur. Cicero in Clod. Tu'ne, cum uincirentur pedes faſcijs, cum calanticam capiti accommodares?

Calaſaſtri, pueri dicebantur canoram uocem habentes, inquit Vitruuius, qui à regibus ad hoc munus quæri ſolebant. legendũ cataſthli. Mart. Cum tibi Niliacus portet Cryſtalla Cataſthlus. lib. 12. epigrammate 75. Vide Georgij Merulæ annotationes ſuper eum locum.

Calaſſis, tunicæ genus, quod græci καλῶπισον dicunt. Alij dicunt nodum eſſe tunicæ muliebris, quo connexa circa cerui cem tunica ſummittitur. Feſtus.

Călătă comitia, in dictione Comitium

Călăthŭs, pen. cor. (κάλαθος & ταλάρ&) ab aliquibus qualus & quaſillus: ab aliquibus fiſcella, uas uimineum, ſecundum Porphyrionem, in quo mulieres penſa uel tramã recondunt. Iuxta quas ſignificationes ait Verg. in Alexi, Tibi lilia plenis Ecce ferunt Nymphæ calathis. Item ciſtella. Ouidi. li. 4. Faſt. Hæc implet calathos lento de uimine nexos, Hæc gremium, laxos degrauat illa ſinus. Accipitur interdum pro calice ad ſacrificium apto. Ver. Vina nouum fundam calathis Aruiſia nectar. Seruius ait eſſe uas æneum, in quo lac uel recens caſeus diſtrahitur.

Călātōrēs, (κλήτορες) dicebantur ſerui, à καλεῖν, quod eſt uocare: qui ſemper uocabantur ob neceſsitatem ſeruitutis.

Calbei, arimillæ dicebantur, quibus triumphantes utebantur, & quibus ob uirtutes milites donabantur. Feſt.

Călcānĕŭs, & Calcaneum, utroq; modo dicitur, pro parte poſteriore pedis imi. πτέρνα. Vergilius Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant.

Călcăr, ferreus ſtimulus ad urgendos equos. πλῆκτρον, κέντρον: ſic dictum, quòd ad calcem alligetur. Ouid. Non opus eſt celeri ſubdere calcar equo.

Călcārĭă fornax, in qua calx coquitur, καμινος ἀσβέστου: ſicut ſulphuraria, in qua ſulphur. Plin. lib. 17. cap. 9. Nuper repertum, oleas gaudere maximè cinere è calcarijs fornacibus. Eſt autem adiectiuum calcarius. a. um. Calcarius uerò ſubſtantiuè, qui præeſt fornaci calcariæ. Cato de re Ruſt. Calcarius ligna conficit ad fornacem.

Călcātă ædificia, dicuntur calce contecta: quæ & loricationẽ & tectoriam appellant, & præcipuè ſi leue politum'ue fuerit ut ſuperinduci poſsit peniculis uel albarium, uel pictura, ad uenuſtandam ſtructuram. Græci τριβεγωμένα appellant.

Călcātōrĭŭm, locus ubi calx coquitur. Pallad. Quòd ſi cupis locum ſuum deputabimus: is locus ad calcatorij ſimilitudinem, podijs breuibus, & teſtaceo pauimento ſolidetur.

Călcĭāmĕn & Călcĭāmēntŭm pro ipſo calceo, ὑπόδημα. Plin. lib. 19. Hinc calceamina & paſtorum ueſtis. Cice. 5. Tuſc. Mihi amictui eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra.

Călcĕārĭŭm, idem quod calceus aut aliud quoduis quo pes tegitur, ὑπόδημα. Vlpian. titulo de alimentis legatis, Diarijs uel cibarijs relictis, neq; habitationem, neque ueſtiarium, neque calcearium deberi palàm eſt.

Călcĕātŭs. us. idem quod calceamen. Plin. Itaq; longo itinere ſine calciatu atteruntur pedes.

Călcĕŏlārĭŭs, qui calceos conficit. ὑποδηματοποιός. Plautus in Aul. Propolæ, linteones, calceolarij.

Călcĕŏlŭs, diminut. à calceus. Cic. 1. de nat. Deor. Cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis.

Călcĕŭs, à calce: pedis indumentum, quod fit ex pellibus animalium: καλτίκιον appellat Cic. lib. 1. ar. ueteris: Si multus erit in calceis puluis ex itinere. Plautus in Truc. Iam quos capiam calceos.

Călcĭo, & Calceo. as. (ὑποδέω) rarò uſos autores inueni, ſemel cum accuſatiuo eius rei, qua quis calciatur apud Plinium lib. 36. reperi, ſed pro impono dictum eſt: Arceſilaum quoque magnificat Varro, cuius ſe marmoream habuiſſe leænam tradit, aligeroſq; ludentes cum ea Cupidines, quorum alij religatam tenerent, alij è cornu cogerent bibere, alij calciarent ſoccos, omnes ex uno lapide. Ablatiuo autem libro 7. Nos quoque uidimus Athanatum nomine prodigioſæ oſtentationis, quinquagenariũ thorace plumbeo indutum, cothurnisq; quingentorum pondo calciatum per ſcenam ingredi. Gellius, Die feriato tunicis & lacernis indutos & gallicis calciatos. Huius compoſitum eſt, Excalcio Suetonius in Vitel. Pro maximo munere à Meſſallina petijt, ut pedes præberet ſibi excalciandos.

Călcitro. as. pen. cor. pede percutio. λακτίζω. Plin. lib. 30. ca. 16. Mulos non calcitrare cum uinum biberint. Hinc calcitrones dicti ſunt equi, qui calcibus infeſtant. Gel. Equus mordax & calcitro. Huius compoſitum eſt recalcitro.

Călcitrōsŭs, qui ſæpe calcibus ferit, λακτιστής. Colum. lib. 2.

Iuuencum q̃ reſte tractum, calcitroſum q̃ eum reddit.

Cālco.as. propriè ſignificat pede comprimere. πατέω. Plin. lib.11 cap.4. Tertium ex his genus pateton, calcatis ſimile. Idem, Ita ferratis uectibus calcari ſolent, parietes q̃ ſimiliter. Quod ad animum transfertur: ut calcauit paſsiones. Compoſita ſunt, conculco, inculco & proculco.

Cālcŭlo.as. rationem facio. ψηφίζομαι. unde calculator, à calculis, id eſt lapidibus minutis, quos antiqui in manu tenentes, numeros componebant.

Cālcŭlŭs, lapis breuis terræ admiſtus: ſic dictus quòd ſine moleſtia ſiũ breuitate calcetur. Græcè ψηφίς. Verg. Tenuis »ubi argilla, & dumoſis calculus aruis. Ouid. Per quas nu»merabilis altè Calculus omnis erat. Et calculus, lapillus in corpore, ex quo aſperrimus cruciatus gignitur. λιθίασις. qui autem eo morbo laborant, calculoſi dicuntur, à Græcis (λιθιακοί, λιθιῶντες) Plin.li.21. Vtuntur ad alopecias, lithanicos, opiſthotonicos. Item calculus (ψῆφος) dicitur, quem latronem ſeu latrunculum antiqui appellauerunt, iu»niores ſcacum uocant. Mart. Hic mihi biſſeno numeratur »teſſara puncto, Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit. Quoniam autem calculis facere rationem ſolemus, calculus pro ratione ponitur. Cicero, Ita q̃ tibi concedo, ut ſi te alicuius dati pœnitet, ad calculum reducas. Rurſus calculus minima pars ponderis dicitur: & culter lapideus, quo Eſaiæ prophetæ labia mundata fuere.

Cāldārĭæ, cellæ ſunt in quibus calida lauamur.

Cāldārĭŭm, ahenum quo aqua calida hauritur: uel in quo aqua igni admouetur. λέβης, ὑπολέβης.

Caldor.oris. calor, à calendo. Varro libro 1. de re Ruſtica capite 41. Aſticus quòd denſa materia non eſt, & ideo ſequitur caldorem.

Cālefăcio & Calfacio, calidum reddo. θερμαίνω. Plinius libro 21. Chryſocomæ radix calfacit & ſtringit. Hinc excalfacio: à quo excalfactorius. a.um. θερμαντικός. Idem, Excalfactorias habet uires. Concalfacio, incendo. ζωπυρθερμαίνω. Cicero, Et ait idem quum brachium concalfecerit, tum ſolere pugnare.

Cālefio, (θέρμομαι) habet ſignificationem paſsiuam illatam: ut, Hic calefit igni: à quo concalfio, & excalfio.

Cālēndæ, (καλάνδαι, Plutarchus.) primus dies menſis: à καλέω uoco. tunc enim pontifex calato, id eſt uocato populo, quot dies à Calendis ad Nonas ſupereſſent, pronunciabat. Confluere autem Nonarum die in urbem populares oportebat, ut addiſcerent quid eo menſe in diuinis humanis q̃ rebus »facto opus eſſet. Martial. Natales mihi Martiæ calendæ. Hinc Nonas quidam dictas putant, quaſi nouæ initium obſeruationis. uel quod ab eo die ad Idus nouem putentur dies: ſicut apud Thuſcos Nonæ plures habebantur, quòd in nono quoq; die regem ſuum ſalutarent, & de ſuis conſulerent negotijs. Sciendum cum dico tertio Calendas, certum ſemper diem me ſignificare. Ad tertium uerò Calendas, etiam incertum: ut, qui eſt circiter tertium Calendas.

Cālēndārĭs.re. quod ad Calendas pertinet: ut, Iuno calendaris.

Cālēndārĭŭs.a.um. idem eſt: ut, Calendarius liber, ἀπογραφή, ἐφημερίς.

Cālĕo.les.lui. per ſimplex l, ferueo, calidus ſum. θέρομαι. Plautus in Rud. Os tibi calet. Lactant. lib. de Opifi. Qui autem ignem putauerunt, hoc uſi ſunt argumento, quòd præſente anima corpus caleat, recedente frigeſcat. In quo oſtenditur primitiui & deriuatiui diuerſa ſignificatio: ut caleat, intelligatur, calidum ſit: frigeſcat, frigidum fiat. Compoſita ſunt, concaleo & incaleo. Caletur, impersonale à caleo.

Cālĕſco, calidus fio. θερμαίνομαι, à quo concaleſco & incaleſco.

Caliculus diminutiuum à calix. Plin. lib. 9. cap. 30. & Cato ca. 102. Vinum qui uolet experiri duraturũ ſit, nec ne, polentam grandem dimidiũ acetabuli in caliculum nouũ indito.

Cālĭdŭs. a. um. à calore fit, & modo feruentem ſignificat» θερμόν. Vergilius, Voluitur ille uomens calidum de pectore flumen. Modò ferocem, inconſultum. Pacuuius, Caue ſis, ne nimis calidè loquaris, & turbam concites. Modò uelocem. Varro: Quum hæc dixiſſet, ecce calidis pedibus quidam nauicularis irrumpit in curiam. Dicitur & cal»dus per ſyncopam. Martialis, Frigida non deerit, non deerit calda petenti. Sunt tamen qui differentiam faciant inter calidum & Caldum: ut ſit calidum ſponte nullo extrinſecus calorem ſuggerente: ut, Ignis eſt ſpiritus noſter qui corpus animat: caldum uerò aliunde, quo modo locutus eſt Pædian. Corpus nudum caldatum, ſicut in lecto erat poſitum, ut uulnera uideri poſſent, in forum detulit. Sed confunditur apud authores.

Cālīgă, (καλίγα) pen. cor. tegumentum tibiarum: cuius diminutiuum eſt caligula. Plin. lib. 7. cap. 42. Quanquam Maſſurius author eſt, bis in triumpho ductum. Cicero, Mulionem caſtrenſem ſuffarraneum fuiſſe: plurimi iuuentam inopem in caliga militari toleraſſe. A caliga fit caligatus, »ut miles caligatus. Iuuen. Veniam caligatus in agros.

Cālīgārĭŭs. a. um. ut caligarius clauus. Plinius lib. 10. cap. 18. In quibus piſces omnibus annis Vergiliarum ortu exiſtunt ſquamis conſpicui crebris atq̃ præacutis, clauorum caligariorum effigie. Idem lib. 34. cap. 14. Aliud breuitate ſola placet, clauis q̃ caligarijs. Dicitur & caligaris & hoc caligare. Plin. lib. 22. cap. 22. Si enim caligaris clauus, ſi ferri uel chalybis aliqua rubigo, &c.

Cālīgo, pen. prod. umbra eſt de ſpiſsitudine aëris effecta. ζόφος. »quoniam aëris calore gignatur. Verg. 4. Aen. Quis gloa»bus ô ciues caligine uoluitur atra? Hinc caligioſus. a. um. pro obſcuro dicitur. γνοφώδης.

Cālīgo.as. cæcutio. ἀμβλυώπω. Plin. lib. 20. ca. 22. Inungunt quoq; ſcabras genas, aut caligantes oculos cum melle.

Cālim ueteres pro clàm uſurparunt.

Cālix, (κύλιξ) genus poculi quo bibimus, quòd eo calidam bibebant. nam & calidam & frigidam conuiuijs ueteres adhibebant. Plaut. in Cap. Aulas, calices q̃ omnes confregit, niſi quæ modiales erant. Quando q̃ ponitur pro maiori uaſe. Cic. lib. Tuſc. Quid? huic calix mulſi impingendus eſt, ut plorare deſinat. Quando q̃ pro uaſe in quo legumina & ho»lera coquuntur. Ouid. li. 5. Faſt. Stant calices, minor inde holus alter habebat. Var. Calix, à caldo, quod in ea calida puls apponebatur. Græci quoq; accipiunt calicem pro galero & umbraculo fœminarum, ut inquit Iulius Pollux.

Callais, gemma eſt uiride pallens. Plin. lib. 37. cap. 8.

Cāllĕo.les.lui. propriè callouſus ſum, ſiue callum facio. τυλῶμαι. Plaut. Pſeu. Neq̃ ego homines magis aſinos unquam uidi, ita plagis coſtæ callent: quos dum ferias, tibi plus noceas. Transfertur & ad animũ. Idem, Occalluit animus. Cicero. Sulpitio, At qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam debet. Interdum callere eſt perfectè ſcire, (ἐπίστασθαι) quòd ſicut pes uel manus ex longo labore callum facit, ita mens longa experientia facit habitum quendam rerum, in quibus uerſatur. Et ſic neutrum tranſitiuum eſt: ut Perſi»us, Dicenda tacendáq; calles. Et illud Horatij, Legiti»mum q̃ ſonum digitis callemus & aure. Huius compoſitum eſt, occalleo: à quo occalleſco. Plaut. in Aſin. Qui latera conteram tua quæ occalluere plagis. Vide Calliſcere.

Cāllĭblĕphărŏn, (καλλιβλέφαρον) medicamen accommodatum uitijs oculorum, præſertim cum palpebræ cohæreſcunt, & ulcera oculorum male curata ſunt. Plini lib. 23. cap. 4.

Cāllĭdŭs, (παν̃ρος) per duplex ll, aſtutus: differt q̃ à uerſuto, quòd callidus ſit ille (ut ſcribit Cic.) cuius animus uſu, ut manus opera, concalluit: uerſutus, cuius mens celeriter uerſetur. Cicero. 4. Acad. Ego enim ut agitator callidus priùs quàm ad finem ueniam, equos ſuſtinebo. Hinc calliditas, aſtutia.

uia. Cice.1.Off. Scientia quæ est remota ab iustitia, callidi-tas potius, quàm sapientia est appellanda.

Cāllīgŏnŏn, (καλλίγονον) herba est quam nonnulli sanguinariam dicunt: à multitudine seminis & densitate fruticis sic dicta. Plinius lib.27.cap.32.

Cāllĭmŭs, lapis, de quo Plinius lib.36.cap.12.

Cāllĭŏnўmŭs, genus piscis, cuius fel cicatrices sanat. Plinius lib.32.cap.7.

Cāllis, uia callo perdurata. τρίβος. Verg. libro 8. Rara per » occultas ducebat semita calles. Idem 4. Aen. Prædamq; » per herbas Conuectant calle angusto.

Cāllisc ĕrĕ, est callum fieri. ἀποτυλοῦσθαι. Cato, Aures nobis callescunt ad iniurias, id est occalluerunt. Nonius. Vsitatius callescere.

Cāllistrŭtĭæ, (ψυλλάεια) ficorum omnium frigidissimæ. Plinius lib.15.cap.18.

Callitrichum, herbam dicunt, quòd pulchros facit crines: nam in uino cocta cum semine apij, adiecto oleo copiose, & fluere capillum prohibet, & crispum densumq; facit. Plinius lib.25.cap.11.

Cāllitrīx, herba quæ decocta in aqua, humidis ulceribus prodest. Plinius lib.25.cap.14.

Cāllŏs. (κάλλος) pulchritudo, honestas.

Cāllŭs, in mesc. genere: & Callum. li. utroq; modo dicitur: & est cutis labore uiæ pedibus, aut alio opere in manibus, parte ue alia corporis densior facta, cuiusmodi est in suis rostro, ceruice bouis, animalium plantis pedum, duritia illa, quæ in manibus, ex labore nascitur. Plautus in Persa, Plus calleo, quàm aprugnum callum callet. Est autem callum aprugnum caro apri callosior, ob id saporis iucundioris. Et in Capt. Quanta sumini absumendo, quanta callo calamitas. Vnde callum obducere, per metaphoram. Et

Cāllōsŭs. a. um. adiectiuum. Colum. lib.3.cap.1. Humido loco sciet non recte mandari fructus, teneri, & amplioris acini, sed callosi & angusti.

Cālŏn. καλὸν. bonum, siue pulchrum, siue honestum: & Calon nomen statuarij. κάλων. ac lignum dicitur ξύλον.

Cālōnēs, calcei ex ligno: quo etiam nomine serui militum castra sequentes dicuntur, qui clauas ligneas & fustes gerebant, uel qui militibus ligna subministrabant. σκωροφόροι.

» Horat. Hunc perminxerunt calones atque caballi. Quidam tamen calones à calando deriuant, quòd ad ministerium aduocarentur, alij à calendis, quòd calendarum die cibaria caperent pro toto mense.

Cālŏphāntă, (καλοφάντης) derisor. Plautus in Cur. Calophantam ac sycophantam.

Cālŏpŏdĭŏn, (καλοπόδιον) calciamenti ligneī genus est, quod alio nomine dicitur soccum, & per diminutionem soccul um.

Cālŏpŭs, (καλόπης) animal Syriæ, iuxta Euphratem habitans, austerum ac uelox, cornibus longis, quibus arbores deijcere fertur.

Cālŏr & Cālĭdĭtās, idem significant: à calendo. θέρμη, ἀλίη. Plaut. in Mil. Nam mihi nimius calor comburebat guttu-rem. Dicitur & Caldor. Varro, Olea lecta si nimium diu fuerit in aceruis, caldore fraescit, & oleum fœtidum fit.

Calorices, gemma est herbacei coloris.

Cālōrificŭs. a. um. quod calorem facit. θερμοποιὸς. sicut à frigore, frigorificus.

Cālŏtechnŭs, (καλότεχνος) bonus artifex: cuius contrarium est cacotechnus, (κακότεχνος) malus artifex.

Cālpăr, (κάλπη) dolium. Var. lib.1. De uita Populi Romani, Quia antequam nomen dolij prolatum esset, id genus uasorum calpar diceretur. Festus docet esse genus uasis fictilis, seu uinum nouum quod ex dolio demittitur sacrificij caussa antequam degustetur.

Cālthă, (κάλθη) herba nascens in segetibus flore purpureo, uel potius uiola, coloris albi. Plin. lib.21.cap.6.

Cālthŭlă. læ. uestis, à caltha uiola coloris albi. Plaut. Induviatam, patagiatam, calthulam ac crocotulam.

Cāluă. æ. (ῥᾳνίον) dicitur os capitis, ubi capilli esse consueuere. Mart. Psilothro faciemq; lauas, & dropace caluam.

Cāluārĭă, (τὸ βρέγμα) totum caput & carne nudum: & tam de brutis, quàm de hominibus dicitur. Palladius, Equæ caluaria, sed non uirginis, intra ortum ponenda est, uel potius asinæ. Et caluariæ, loca sepulturæ publica, (πολυάνδρεια) seu loca ubi decollabantur homines damnati. Caper tamen caluam appellat.

Cāluāstĕr, à calueo, siue à caluus. ἀναφαλαντίας.

Cāluātă uinea, (φαλάκρα) apud Catonem & Plin. significatur, in qua uites quidem sint, uerum paucæ raræq;, ut in caluitio capilli. Plin. lib.17.cap.22. Cato de re Rust. cap.33.

Cāluĕo. es. caluus sum. φαλακράω. Plin. lib.11.cap.37. Et quædam animalium naturaliter caluent, sicut struthiocameli, & corui aquatici. Hinc componitur recalueo, (ἀναστόμωμαι) quod est rursus in caluitiem reuertor.

Cāluēscĕrĕ, est caluum fieri. φαλακρῶμαι. Plin. lib.11. Proprium hic caluescere omnibus annis cum seritur rapa. Dicitur & de agris. Colum. lib.5. Propter mures atq; talpas sæpe nouella castanea caluescunt. id est rarescunt.

Cāluinarius porcus, qui cibo permixto ex colluuie hyeme nutritur.

Cāluĭtĭes, & caluitium, defluuium capillorum à capite, seu locus quo capillorum defluuium est. φαλάκρα, φαλακρότης. Sueto nius, Caluitij uerò deformitatem iniquissimè ferebat, sæpe obtrectatorum iocis obnoxiam expertus. ideo deficientem capillum reuocare à uertice consueuerat.

Cālūmnĭă, uexatio alicuius in litibus per fraudem, & frustrationem. Alij ponunt malitiosam interpretationem: Nonius malitiosam & mendacem infamationem. Græci διαβολὴν uocant. Cicero, Existunt sæpe iniuriæ, calumnia quadam, & nimis callida, atque malitiosa iuris interpretatione. Hieronymus, Calumnia est, cum iustis hominibus crimen impietatis obijcitur.

Cālūmnĭātŏr, qui calumniam facit. συκοφάντης. id est qui falsum crimen obijcit. Vnde in lege 12. tabularum: Calumniator idem patiatur quod reus, si conuictus fuerit.

Cālūmnĭŏr, significat per fraudem & subdolam rationem causa uincendi in litibus, mendacijs alios uexo: uel falsa crimina intendo. διαβάλλω, συκοφαντέω.

Cālūmnĭōsŭs, qui calumniam inferre solet. συκοφαντικός. Augustinus, Nemo illi calumniosus tendicula uerborum requirit.

Cāluo. as. caluum facio. φαλακρόω. à quo decaluo & recaluo. Primum significat ualde caluo: secundum, ab anteriore capitis parte caluo.

Cāluo. uis. decipio, frustror. καταβωβίζομαι. cuius passiuum est caluor: tractum à caluis militibus, qui omnibus solent esse frustratui. Inuenitur etiã caluor deponens. Plaut. in Cas. Nam ubi domi sola sum, sopor manus caluitur. id est decipit.

Cāluŭs, dicitur à cuius capite capilli defluxerunt, siue qui sine capillis natus est. φαλακρός. Vnde Plinius libro 1. docet esse gentes naturaliter caluas, quales Myconij, qui capillo carentes gignuntur.

Cālx, pro calceaneo extrema pedis parte ponitur, qui & pes imus appellatur. πτέρνα, σφυρόν. Vergilius, Calcemq; terit iam calce Diores. Vnde & pro fine metaphoricè ponitur: ut, A uertice ad calcem. Cicero, Quoniam sumus ab ipsa calce eius interpellatione reuocati. Aliquando pro ictu calcis, & percussione pedum, (κάκφορον) plagaq;. Terent. in Phor. Nam quæ insciti a est, aduorsum stimulos calces. Iuuenal. Aut dic, aut accipe calcem. Et tam pro calceaneo, quàm percussione, modo masculino, modo fœminino genere usurpari solet. Silius, Iam compos uoti ferrata calce cruentat cornipedem. Verg. Cornipedemq; citum ferrato cal-

ce fatigat, à calcando: id est, nitendo dictus calx.

Călx, (ἄσβεστος, ὑ) fœminini generis seu calces, lapis coctus: sic dictus quòd in ædificijs calcetur. nam ita lapides simul astringit, ut calcari uideantur. Palladius. Calx quæ erit ex spisso & duro saxo, structuris conuenit: ex fistuloso uero aut molliore lapide, tectorijs adhibetur utilius. Fit autem de albo, spisso & duriore saxo: coquitur fornace calcearia. Plinius libro 36. capite 23.

Călyptră. æ. (καλύπτρα) genus uestimenti, quo mulieres capita tegebant: à καλύπτω tego.

Călyx, (κάλυξ) significat folliculum quo fructus arborum cooperitur: à καλύπτω, cooperio. Ponitur et pro operimento et tectorio linteo. Plin. lib. 12. cap. 6. Sed unde uestes lineas faciunt, folijs moro similis, calyce pomi cynorhodo.

Cămĕrīnă. καμαίπιτυς. herba pessimi odoris, quæ concussa nauseam facit. unde Prouerbium, Caue moueas camerinam.

Cămbĭo. is. pſi. commuto. apud antiquos uerò cambire accipitur pro pugnare, iter inchoare, flectere: à quo campso. as. quod est iter flecto.

Camelopardalis, quære in c aspirato, etsi non rectè aspiretur, ut & camelus.

Cămēlus. li. notum est animal: de quo multa apud Plinium & Liuium 7. bell. Maced. Vide infrà Chamelus. Hinc camelinus. a. um. ut, Lac camelinum. Plin. lib. 28. cap. 9. Dulcissimum ab hominis camelinum, efficacissimum ex asinis.

Cămĕră, (καμάρα) pen. cor. à nostris testudo seu fornix dicitur: & ipsa pars superior, scilicet tectum deuexum & incuruum solarium, à forma testudinis, quasi camuræ: id est curuæ ut inquit Seruius. Camurus enim latinè curuus dicitur. Papin. in Syl. Effulgent cameræ, uario fastigia uitro Inspecies, animosq; nitent. Ver. lib. 3. Georg. Camuris hirtæ sub cornibus aures. Cameræ igitur tecta incuruata, fornicata. Cicero ad Qu. frat. Cameras quasdam non probaui, mutariq; iussi. Et camuri, boues à curuatione. Plin. lib. 19. Velocitas pernix leui umbra cameras & pergulas operientes.

Cămĕrārĕ, cameram facere. καμαρῶσαι. id est, fornicem & testudinem, à quo concamero. Plinius lib. 24. Dinocrates architectus Alexandri Arsinoës templum concamerare inchoauerat. Inde concamerata loca, dicimus testudinea: hoc est quæ fornicibus constant. Camerata uehicula, quæ Græci καμπτὰ uocant, qualia sunt pensilia quibus matronæ gestantur: qualia etiam hodie fiunt corio contecta. Bud.

Cămĕrārĭus, adiect. Plinius loquens de cucurbitis lib. 19. cap. 5. Inde hæc duo prima genera, camerarium & plebeium: quod humi repit camerarium, genus cucurbitæ uocat, quod in pergulas arrepit in hortis, non quod humi serpit.

Cămillŭs (κάμιλλος) propriè puer ingenuus, qui flamini diali ad sacrificia ministrabat. Antiqui enim Camillos & camillas uocabant ministros & ministras impuberes in sacris. Vide Camura. Item genus quoddam uasis camillum dicebant, quod opertum in nuptijs ferebant: alio nomine cumera uocatur. Camillus item paruum caminum significat.

Cămīnātă loca. sunt quæ & concaminata diximus.

Cămīnŭs, (κάμινος) pen. prod. Latinè fornax dicitur. Verg. lib. 3. Ruptis flammam expirare caminis. Est etiam structura quæ fumum excipit. Cicero ad Att. Luculento camino utendum censeo.

Cammarus, piscis marinus, ex specie malacostracorum, & mollem testam habentium. Est autem uelut quædam cancrorum species, quam Veneti uocant digambari, duabus literis mutatis.

Cămpānă, instrumentum notũ ad pulsandum idoneũ. κώδων. à quo campanula. Hierony. ad Eusto. Quousq; campanula in claustro pulsabitur. Malleus campanæ dicitur rhopalum, (ῥόπαλον) & etiam instrumentum quo pulsatur ostium.

Cămpārĭŭs, custos camporum. ἀγροφύλαξ.

Cămpē, (καμπὴ) uermis genus hortensis herbas & arborum frondes infestans, à uerbo Græco κάμπτω, quod est flectere. Colu. lib. 10. Nec solum teneras audens erodere frondes Implicitus conchæ limax, hirsutaq; campe. Hinc Hippocampæ, qui & equi appellantur, à flexu caudarum.

Cămpēstrĭă, loca plana, πεδιναὶ χωρίαι: à campo deductum nomen. Sic campestres operarij dicebantur ij, qui in campo Martio seruilem operam candidatò impertiebantur. Et campestria dicuntur genitalium succinctoria, eò quòd ludentes in campo uestibus omnibus exuebantur, & nudi ludebant solis campestribus tecti uirilia. περιζώματα. Horat. Penula solstitio campestre niualibus auris. Vnde qui ita succincti sunt, campestratos uulgus appellat. Vide in bracca.

Cămpsōrēs, dicuntur uulgò collibistæ ac trapezitæ.

Cămpŭs, est grande atque amplum spatium terræ planæ, ut plateæ, areæq; πεδίον. Cæs. 3. bel. Ciu. Sed cum esset interbina castra campus, circiter millium passuum sex Domitius castris Scipionis aciem suam subiecit. Dictus campus à capiendo, quòd animalium seu rerum multitudinem facilè capiat: seu quòd ueteres ex agro tantum plano capiebant fructus. Solet tamen accipi pro qualibet re, in qua quis studium habeat. Cicero 4. Acad. Cum sit enim campus, in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias, et in Stoicorum dumeta cogimus? Et latissimum dicendi campum alio loco dixit Cicero, pro ubertate materiæ quam uocant. Campus lapideus. λιθινὸν πεδίον. erat campus in quo congressus est Hercules cum Albione & Bergio Neptuni filijs, qui cum deficientibus telis in discrimen uenisset, orasse dicitur patrem, ut sibi tela ministraret, & statim imbre lapideo adiutus est. hinc campo nomen inditum est.

Cămūră. camuræ, penultima producta, uasis genus quod opertum in nuptijs ferebant, in quo erant nubentis utensilia. Festus. Vide Camillus.

Cămŭrŭs. a. um. curuus. Vide Camera.

Cămŭs, genus uinculi. λημὸς, ἕλμος. Plautus in Cass. posuit profune, quo damnati alligantur furcæ, cum ait, Camum & furcam feras. Item equorum retinaculum, frenum & mulicbre ornamentum. Significat etiam contextum figuræ coni, quod instar calculi iudices iaciebant in cadum. Est & genus tibiæ, pabuli, & lilij, & quædam herba. Item mechanicum instrumentum igniferum.

Cănālicŏlæ. pen. cor. forenses homines pauperes: dicti quòd circa canales fori consisterent.

Cănālicŭlă, diminutiuum: parua canalis. (σωλωδέστερον.)

Cănălĭcŭlātŭs. a. um. quod est in canalis modum factum. σωληνωτὸς. Plinius lib. 19. Quibusdam angusta & canalicula lata, ut cumino: paucis foliacea & lata, ut atriplici.

Cănălicŭlŭs, diminutiuum à canalis in masc. genere. Col. lib. 9. Largiore cibo celerius pinguescit, semper tamen etiam canaliculi milio repleti apponuntur.

Cănālis, (σωλὴν) à canna fit, una litera detracta tam masculini quàm fœm. gen. est. Est autem canalis lignum ad cannæ similitudinem cauatum, à quo aqua deducitur. Festus, Canales per quos aqua cõfluit in uijs lapide stratis. Ver. Currentem ilignis potare canalibus undam. Dicitur & hoc canale. Stat. li. 1. Syl. Flumina demerso trahit intemerata canali.

Cănālĭtĭŭm, aurum dicitur in puteis effosum, quod uenarum canales per saxa uagatur huc atq; illuc, & per latera puteorum. Plin. lib. 33. cap. 4. Quod puteis foditur, canalitium uocant: alij canalienſe, marmoris glareæ inhærens.

Cănārĭŭs. a. um. quod ad canem pertinet. κυνικός. ut lappa canaria, quæ canibus adhæret. Plin. lib. 18. Augurium canarium. Legitur & apud Ateium Capitonem, Canario sacrificio pro frugibus deprecandæ sæuitiæ causa sideris caniculæ.

Cănātim, aduerb. significat ad similitudinem canis. κυνιδόν.

Cănātĭŭs,

Cānātĭŭs, ab Apuleio dicitur in Flor. pro clara seu præconis uoce. Canatius, inquit, lunam dabo, ut per omnes prouincias uat. Sed hoc à canando: id est calando uidetur dictum. Nam Varro scribit consuetudinis fuisse, ut classicus in arce circumq; muros canatum iret.

Cāncellārĭi, dicuntur scribæ, ἀρχιγραμματεῖς. qua dictione usus est Flauius Vopiscus, scribens à Carino imperatore factum esse præfectum urbis unum ex cancellarijs suis.

Cāncellātim, ad similitudinem cancelli. δίκλω κιγκλίδων.

Cāncelli, ligna inter se modicis interuallis in transuersum instar retis inuicem annexa, quibus scenæ & tribunalia atq; feneſtræ muniri solent, quos præterire non licet. Græcè κιγκλίδες, δρώφακτοι. Et apud priscos ferè semper fuerunt ærei, quorum multi extant per basilicas distributi ad lignorum similitudinem fabrefacti, quorum lineolæ alterinsecus in quincuncem superpositæ foramina linquunt, quibus cum aër aspectusq; admittatur, prohibetur accessus, seruatq; usus eiusmodi clausura uineis pro ualuis foribusq; apponi. Cicero in Quint. Ab his cancellis quibus me circunscripsi declinauero. Sunt & cancelli loca cancellatim, hoc est tessellatim facta transuersarijs lignis, accommoda sessui. Ouidius, Cancellis primos imposuisse pedes. In sacris literis cancelli uocantur specilla foraminibus plena, et transuersim plagulis feneſtrata, quas uulgus zelotypias uocitat. Vnde in Prouerbijs, De feneſtra domus meæ per cancellos perspexi iuuenem. Hos cancellos delitiosos Cicero libro 1. de perfecto genere dicendi appellat transennas, ab oculorum uidelicet & foraminum transitu: ait enim, Quasi per transennam prætereuntes strictim aspicimus. Dicitur etiam cutis cancellis distincta, qualis est elephantorum, quasi tessellatim conquadrata, & in modum capsularum facta. Inde cancellata cutis, (κανκελλατὸν χρῶμα) dicta est à Plin. lib. 8. cap. 9. Prætereà cancellus potest esse diminut. à cancer, κρίνιον.

Cāncello. as. concido, dilanio, dispungo, erado, deleo. κανκελλόω. Nam sicut ex transuerso dicuntur ligna in cancellis, ita delendis scripturis transuerso calamo notæ lineæq; atramentariæ. Iureconsult. tit. de his quæ in testamento delentur, Cancellabat quis testamentum uel induxerat.

Cāncĕr. cri. dicitur & de pisce, & de signo cœli qui etiam Carcinus. καρκίνος. appellatur. Luc. libro 9. Par geminis Chiron, & idem quod Carcinus ardens. Ideo autem cancri in sideribus à gentibus dicti sunt, eo quòd in illud signum mense Iunio sol dum uenerit, retrograditur in modum cancri, longioresq; dies faciat. Et in utroq; significatu est generis masculini. Ferunt hunc cancrum à Iunone missum fuisse Lernæum, qui ex Lerna palude exijt, & dum Herculis pedem momordit pugnantis contra Hydram, ab eodem occisus, in sidus translatum fuerunt. Cancer uerò canceris. καρκίνωμα, καρκινος. neut. gen. morbus est. Ouid. Vtq; malũ latè solet immedicabile cancer Serpere, & illæsas uitiatis addere parteis. Nascitur hic morbus ferè in omnibus corporis partibus, sed maximè in mamillis mulierum, quæ non purgantur menstruo naturali. Legitur & cancer. cri. gen. masc. pro morbo, ut apud Cat. de re Rust. Eadem brassica uulnera putrida, cancrosq; purgabit, sanosq; faciet. Dictus cancer à cancri rubore seu similitudine. nam sicut illi pedes, ita huic uenæ protensæ, ex utraq; parte cernuntur. Suid. Item cancri cancelli dicuntur, (καγκλιδοι.) Vnde Apul. uocat cancros orci, pro faucibus & tenacibus stationibus.

Caneris, dicebatur pilula in medicina urendi uim habens. melius Canchrys.

Cāndefăcio, candidum facio. λευκαίνω. Plautus in Must. Vna opera ebur atramento candefacere postules. Hinc excandefacio, incendo, inflammo. Varro lib. 3. de re Rust. Cœnæ collegiorum excandefaciunt annonam Marcelli. Aliquando etiam candefacere est candentem, hoc est ignitum reddere, ἐμπυείλειν. Et excandefacere, ira ualde inflammare, (θυμῷ) & excandefactus, præter modum iratus.

Cāndēlă, (λύχνος, λυχνὸς) à candore luminis dicitur: hinc candelabrum, (λυχνεῖον, λυχνία, λυχνιὰν) in quo candelæ figuntur. Sunt autem candelæ quacunq; constent materia, scirpis tæda, sæuo, cera. Var. Candelabra à candela. in his enim funiculi ardentes figebantur. Mart. de candelabro Corinthio, Nomina candelæ nobis antiqua dederunt, Non norat parcos uncta lucerna patres.

Cāndĕo. es. ui. ignitus sum. κάθω, λαμπρύμαι. Cic. Off. li. 1. Candente carbone sibi adurebat capillum. Et candere significat candidum esse. λευκὸν εἶναι. Verg. lib. 4. Candentis uaccæ media inter cornua fundit. A candeo fit candesco, quod est ignitus fio. πυρῶμαι. Composita, excandeo & incandeo: à quibus excandesco, & incandesco proprie uehementer incendor, inflammorq;. Transferuntur etiã ad iram. θυμῶδη. quod ea est uelut ignis animam incendens, & uultum hominis quodam candore perfundens: uel, quia ut sol quanto candidior, tanto ardentior, ita animus dũ ira concitatus est, inflammatus, incensus, & excandescens dicitur, ut tanta mentis commotio significetur. Cælius Ciceroni, Id postquam rescijt, excanduit, & me causam inimicitiarum quærere clamitauit: id est ira uehementer incensus est. Cato de re Rust. Nam si sub tecto coquas, cum bitumen & sulphur additum est, excandescet. id est incendetur & inflammabitur. Hinc excandescentia quæ est, ut Cic. lib. Tusc. inquit, ira nascens, & sine modo existens. θύμωσις. Ex quo constat flammam ignis candidam esse. De incandesco Ouid. Metam. li. 7. Non secus exarsit quàm cum balearica plumbum Funda iacit, uolat, incandescit eundo, Et quos non habuit, sub nubibus inuenit ignes. Est & recandeo: à quo recandesco, quod est rursus candesco. Ouid. li. 1. Metam. Ergo ubi diluuio tellus lutulenta recenti, Solibus ætherijs, altoq; recanduit æstu.

Cāndĭco, pen. cor. candorem habeo, siue dealbo, album facio (λευκαίνω.) Plin. lib. 8. Insigne ei in dextro latere candicans macula. Idem, Cuius radice utuntur ad candicandos capillos. Hinc candicantia. æ. pro albedine. λευκασμός. Plin. lib. 37. Fictitiæ sacrificationis candicantiam fugiunt.

Candidatus, qui luce quadam nitente fusus est. λευκοφόρος. Vnde Lactan. immortalitate nos ueluti candidatos esse, eleganter dixit. Candidati etiam dicebantur, qui alicuius magistratus aut dignitatis petitione uersabantur. οἱ παραγγέλλοντες τὰς ἀρχὰς, οἱ ἀξιούμενοι. à tunica candida, quam per id tempus induebant, siue ad denotandũ integritatem, quòd solus hic color syncerus ac purus & minime inquinatus est: siue ut perspici ab omnibus posset eos pecuniam non habere, qua ciues corrumperent. Ire aũt candidati per comitia solebant, suadendo, rogando, submittendo se omnibus, & nudato etiam corpore cicatrices ostendendo. Inde per translationem aliarum quoq; rerum petitores candidati dicuntur: sicut à Quintiliano candidatus eloquentiæ: & à Plinio in Paneg. candidatus gloriæ & immortalitatis: à Hieron. candidatus fidei. Ex quibus ostenditur candidatus construi cum genitiuo: ut sit candidatus consulatus, præturæ, quæsturæ, qui petit consulatum, præturam, quæsturam.

Cāndido. as. candidum facio. παλαίω. Pomp. Vestem lixiuio cadidans.

Cāndidŭs. a. um. quod ex luce ita nitet, eumq; colorem habet, qualis est flamma ignis, (πυρὸς, κάθω.) licet aduerbium candide pro benignè, & durè sumatur. κεχρωμένως. Cælius Ciceroni: Cauendum tibi erit, ne parum simpliciter & candide posuisse inimicitias uidearis. Horat. Albi nostrorũ sermonum candide lector. Interdum candidus ponitur pro felicè tractum à Thracibus, qui diem fortunatum, albo: aduersum nigro lapillo designarunt. Catul. Fulsere uerè candidi tibi. Hor. lib. Serm. Hunccine solem Tam nigrum esse mihi? id

est,tristem & exitiosum. Differt tamen candidus ab albo: quòd candidus est, qui quadam incensa luce perfusus est: albus,qui pallori uicinus est.

Cãndidŭlŭs.a.um.diminutiuum. Cice.5.Tuscul. Candiduli dentes,uenusti oculi,color suauis.

Cãndifico.as.candidum facio.λευκόω. Næuius:Poliens sese, & succis herbarum candificans cutem.

Cãndŏr.oris.ipse splendor, ut candor est lucis æternæ.λευκότης,λεύκωμα. Plautus in Men.O solem,uides, statim ut occæcatus est, pro huius corporis candoribus. Plinius libro 12.cap.14.Thus probatur candore.Dicitur & per metaphoram candor animi à Cicerone multis in locis, pro syncerita te, & puritate animi.

Candosoccus,gallica uox. Col.lib.5.cap.4.

Canentas,capitis ornamenta ueteres dixere.

Cãnĕo.es.ui.canum fieri & album, πολιοῦσθαι: ut canent herbæ, hoc est albescunt matutino rore aspersæ. Verg.3.Georg.
» Luciferi primo cum sydere frigida rura Carpamus dum
» mane nouum, dum gramina canent. Idem.2.Georg.Et glauca canentia fronde salicta. À quo

Cãnĕsco.is.canum fieri,ac senescere,ac defloreſcere. Cice.1. de legib.Quercus huic loco non deerit quæ Mariana dicatur: eaq; (ut ait Scæuola) de fratris mei Mario, canescet seculis innumerabilibus.Idem De clar.orat.Cumq; ipsa oratio iam nostra canesceret,haberetq; suam quandam maturitatem,& quasi senectutem.

Cãnēphŏrã,(κανηφόροι)pen.cor.uirgo dicitur quæ more Attico sacra in cistulis reposita capite sustinebat, κάνα enim Græci dicunt, quæ nos canistra, & per diminutionem canistella. Cic.in 6.Verrinarum: Habe canephoras, deorum simulachra restitue.

Cãngrænã,(γάγγραινα) pen.pro.ob diphthongum,species morbi alia à cancro,quæ (ut ait Plin.)sanari potest.In hoc cancer et cangræna conueniunt, quòd utrunq; carnem exedit. Nascitur cangræna non in omnibus partibus corporis sicut cancer,sed in prominentibus membris:id est,inter ungues,et alas & inguina.Sunt etiã qui dicant cangrænam esse,quando unum membrum aptum est ut putrefiat:Sphacelus,quando est putrefactum,sed non habet omnes partes putrefactionis:Esthiomenus,quando habet omnes gradus putrefactionis.Vide Gangræna,rectius aũt per g,malè per c scribitur.

Cănĭcă,furfur.πάλις. Vnde canicaceum,furfureum dicimus. Pacuuius:Qui apud te quasi seruus est canicaceum panem.

Cănĭcĕps,genus animalis faciem caninã habens.κυνοκέφαλος

Cănĭcŭlă,(σείριος) dimin.à cane,cum est fœminini generis.Accipitur & prosigno cœlesti.Colu.lib.10.Cumq; peracto solstitio usque ad ortum caniculæ,qui ferè dies triginta sunt. Hinc caniculares dies,αἱ ἀμφὶ τὸν σείριον ἡμέραι.Est præterea canicula ludi genus,quod & canis dicitur,in quem conuerso talo deponebatur,ab eo qui iactauerat,numus unus, aut quantum inter se pacti fuerant,sine aliquo lucro:idcirco damnosa canicula uocabatur.Persius: Damnosa canicula quantum Raderet,angustæ collo non fallier orcæ.Canicula item genus piscis marini. Plin.lib.32.cap.11.

Cănĭcŭlŭs,catulus, à quo catellus, diminutiua sunt à canis, generis masculini.κυνάριον,κυνίδιον.

Cănīnŭs.a.um.quod est ex cane.κυνικός. Plin.Sanguine canino nihil contra toxica præstantius est. Vnde canini dentes,post primores.de quo in dictione Dentes. Et caninum prandium,abstemium, in quo nihil uini potatur,quoniam canis uinum non bibit: Canina cœna, idem. Plaut.in Cass. Hâc ibo,caninam cœnam spero meliorem fore.

Cănis,(κύων) generis communis,animal latrabile:piscis marinus:& ludi talaris signum,quod cum unum duntaxat punctum continebat, ideo damnosus erat.Propertius: Semper
» damnosi subsiluere canes. Canis animal à canendo dicitur, quòd nocte in custodia, & in uenando signum uoce det. Terent.Phorm.Introijt in ædes ater alienus canis. De hoc Colum.lib.7.cap.12.Quis hominum clarius, aut tanta uocĩferatione bestiam uel furem prædicat, quàm ille latratu? quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri potest uigilantior? quis denique ultor aut uindex constantior? De genere autem & natura canum uide Plin.lib.10.cap.63.

Cănistrŭm,& Canister,fiscella, cista uiminea. Vergilius,
» Cereremq; canistris Expediunt. Pall. Salignis canistros fieri debere uirgultis,quia genus hoc oleum dicitur adiuuare. Græcè κάναστρον,a in i mutata:cuius diminutiuum est canistellum & canistellus,κανάειον,κανίσκιον.

Cănĭcĭēs,& Cānĭtūdo,pro ipsa albedine.πολιότης. Plinius, Et ipsa iam canicie uenerabilis.

Cănnă,(κάννα,λόνας) arundo,licet minor sit,& maior calamo. Col.lib.5.De arundineto: Ea est autem senectus,cum uel exaruit situ,& inertia plurium annorum,uel ita densatum est ut gracilis & cannæ similis arundo prodeat.Et canna,uas in quo ferebatur oleum.Colum.Vrcei,quibus oleum progeritur:cannæ, tegetes quibus oliua excipitur. Strabo scribit in Africa ad cubitos quinos longas, crassitudine uero digiti minoris cannas nasci.Quare mirum non uidetur, si in eis Romam comportatum oleum sit.

Cănnăbis,(κάνναβις) pen.cor.herba est,ex qua fiunt chordæ.
» Persius:Tun' mare transilias? tibi torta cannabe fulto
» Cœna sit in transtro? Dicitur & cannabum. Palladius: Hoc tempore cannabum seris.Hinc cannabaceus.a.um & Cannabinus.a.um.(καννάβινος) quod est ex cannabe. Col.lib.7.Cannabinisq; funibus cornua iuuencorum ligato.

Cănnētŭm,ubi cannarum copia est.καννών. Pallad. Lilieta, canneta ponenda sunt.

Cănnĭtĭæ,dicuntur cameræ in agrestibus ædificijs ex cannis constructæ,(καλάμιναι,καμάραι) ut est apud Pallad.

Cănnĭtĭŭm,canna,arundo. Aug.super Psalm. Nostis quemadmodum sibi faciunt de cannitijs sagittas infantes.

Căno.is.cecini,cantum,& canitum (ᾄδω) sed eius composita faciunt præteritũ in ui,diuisas syllabas,significatq; proprie canere uoce modulari. Plin.li.10.ca.29.Merula canit æstate,hyeme balbutit. Cic.4.Aca.Cum cornix cecinerit.Hinc canere poëtæ dicuntur, quoniam uersus rhythmica ratione compositos cantando pronunciare consueuerunt. Ver.Arma uirumq; cano. Canere etiam is dicitur,qui non tantum ore,sed qui fides organáue pulsat,aut qui tibias inflat.Canere receptui,significat post conflictum milites à pugna esse reuocandos,recipiendosq; in tutum, quod fit cantu tubarum & clangore:sicut canit bellicum, cum initur conflictus, & milites in pugnam prodeunt.Sed quia ueteres laudare & uaticinari uersibus solebant,factum est ut canere pro laudare
» capiatur. Ver.Regemq; canebant.Et pro uaticinari. Idem
» Ipsa canas oro. Et pro prædicare,& cum quodam,ut exau
» diri possit,canore proferre. Marti.Quicquid fama canit,
» donat arena tibi. Huius uerbi composita sunt, accino,quod est ad aliquid uel iuxtà cano.προσάδω,προσαυλῶ,ἐπαυλῶ.Cõcino,simul cano. Intercino,inter agendum cano. Occino,siue occano,(κατᾴδω) conuitium facio. Percino,canendo perseuero. Procino,canendo profero. Præcino,prædico,prædiuino,& antè cano. Recino,rursus cano. Horat.libro Carm. Quem deum cuius recinit iocosa Nomen imago. Interdum significat in contrarium cano. Idem lib.
» 1.Carm.Nunc ego mitibus Mutare quæro tristia,dum mihi
» Fias recantatis amica Opprobrijs. Est & succino,quod est summissa uoce cano.Et omnia habent pen.cor.

Canon,(κανὼν) Latinè regula.à quo canonicus.a.um. quod est regulare.Augu.li.2.de Ciuit.Quam solis obscurationem non ex canonico siderum cursu accidisse satis ostendunt.Et

canon,

canon, interior scuti locus quo brachia immittunt.

Cănŏnizo.as.regulo, ad regulam examino.

Cănŏr, (μέλος) cantus, & elegantia quædam, ac consonantia. » Ouidi.5.Metam. Nec tamen ille canor mulcendas natus

Cănōrŭs.a.um.adiect.quasi sonorus. Plaut. (ad aureis in Pœn. Canora hic uoce tinnire temperent. Cic. De Senect. Omnino canorum illud in uoce splendescit. Verg.6. » Aen. Threicia fretus cithara, fidibusq; canoris.

Cănōrōsŭs.a.um.idem. λιγυρός. Gell. Collectam coactamq; uocem, & magis claros canorosos q; sonitus facit.

Cāntă, pro cantata ueteres usi sunt.

Cānthărĭās gemmæ species, quæ scarabeorŭ effigiē habet: quippe Græci κανθαρίδας uocant scarabeos. Plin.li.37.cap.11.

Cānthărĭs.idis. (κανθαρίς.) uel Cantharida.æ. uermis terrenus, uiridis, auri colore superlucens: & nascitur in summitate ramorum fraxini & oliuæ: cuius succus in uenas ingressus ut uenenum interimit, & humano corpori applicitus ue » sicas plenas humore facit. Ouidius, Cantharidum succos dante parente bibat.

Cānthărŭs, (κάνθαρος) pen.cor. poculum quod Baccho tribuitur, sicut scyphus Herculi: à cantharo, quod erat nauigij genus. Plin.libro 33.cap.11.C. Marius post uictoriam Cimbricam cantharis potasse Liberi patris exemplo traditur. Ver. Et grauis attrita pendebat cantharus ansa Vlp. » scribit cantharos esse per quos aquæ saliunt. Et cantharus animal est, cuius fœmina non inuenitur. Plin.lib.32.cap. 11. Col.lib.8. Nam & alecula modo capta, & cantharus, exiguusq; gobio. Et cantharus Latinè scarabeus dicitur paruus, frumenta erodens. Plin.lib.18.cap.17.

Cānthĕrĭŭm, (κανθήλιον) uehiculi genus, de quo Senec. Epist. 87. M. Cato Censorinus cantherio uehebatur Aethiopico.

Cantherĭŭs, genus iugi in uinea. uulgò gheld. de quo Colum. lib.4.cap.12. Hinc cantheriatus. a.um. Col.lib.5. Quæ pedamnibus adnixæ singulis iugis imponuntur, eas rustici cantheriatas appellant.

Cānthĕrĭŭs, equus, cui testes amputati sunt, qui ideo sit mansuetior. κανθήλιος. Varro, Et ideo quòd semine carent ij, cantherij appellantur. distat ab equo sicut capus à gallo. Et cantherij sunt, qui à rusticis ferè nominantur caballi, quia ipsos equos cantherios uocamus, qui subijci solēt à fabris materiarijs, dum moles arborum secant. Hinc cantherinus. a.um. adiectiuum. Plaut. in Menæ. Certè hæc mulier cantherino ritu astans somniat. Solent enim equi stantes somniare, authore Plinio, lib.10.cap.ult. Cantherinum hordeum. Col.lib.2.ca.9. Proximus est his frumenti usus hordei, quod rustici hexasticum, quidam etiam cantherinum appellant.

Cantherinum lapathum Latini rumicem appellant. Plinius lib.20.cap.21. Item cantherij tigna dicuntur. Vitruuius lib.5. Et cantherij prominentes ad extremam suggrundinationem, supra cantherios templa.

Cānthēs, organorum fistulæ.

Cānthŭs, (κανθός) ferrum quo rotæ extremitates uinciuntur » Pers. Vertentem sese frustra sectabere canthum. Canthos etiam Græci angulos oculorŭ uocant, seu palpebrarŭ pilum.

Canticum, propriè est elegans & lasciuus cantus. ᾠδή. Quintilianus, Sit poëtæ lectio cum suauitate quadam grauis, & non quidem prosæ similis, quia carmen est, et se poëtæ canere testantur, non tamen in canticum dissoluta.

Cāntilēnă, cantici compositio. μελῳδία. Cicero 1.de Orat. Neq; ex scholis cantilenam requirunt.

Cāntio, idem quod cantus. ᾆσμα. Plaut. in Sticho, Lepidam & suauem aliquam cantionem occipito. Hinc cantiuncula, diminut. ᾀσμάτιον. Cice.5.de Fin. Vidit Homer. probari fabulam non posse, si cantiunculis tātus uir irretitus tenetur.

Cāntĭto.as. penultima correpta frequentatiuum à frequentatiuo formatum. Augustinus, Quales poëtarum nostrorum carminibus cantitantur.

Cantor, & cantrix, uerbalia, quī uel quæ cantus exercet.

Cānto.as. frequentatiuum à cano. ᾄδω. Plin.lib.11.cap.16 Mares cantant in utroque genere. Terentius in Eunu. Cantatum prouocemus. Plautus in Epi. Conducta ueni, » ut cantarem fidibus seni. Item cantare, pro incantare. Vergilius, Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Vbi Seruius, Cantando, dum ei incantatur. Nam gerundiuus modus ab omni uerbo similiter procreatur: unde modò cantando à passiuo ait, cum suprà ab actiuo dixerit, Cantando tu illum? Cantare item pro celebrare, tollere laudibus. Cic. ad Att. Nam ut scis, iam pridem istum canto Cæsarem. Ab hoc uerbo fiūt cantatio, ᾠδή: cantatus: cantator, ᾠδός, μουσουργός: et cantatrix, ψάλτρια. Composita mutant a in e, ut accento.as. unde accentus: cōcento, à quo cōcentus: occento, & succento. Excanto uero, & incanto, & recanto seruant a.

Cāntŭs.us à cano, est inflexio uocis, & pro cantione cuiuscunque rei dicitur. μέλος. Vergil. Cantusq; dedere.

Cānŭs, a.um. cui candent, siue albent capilli præ senectute. πολιός. Plaut. in Asin. Cano capite te cuculum uxor exlustris rapit. Idem in Bacch. Cano capite, atq; alba barba. Refertur & ad alia: ut cani montes, albi ex niue. Cana fides. » Vergilius.1.Aen. Cana fides & Vesta: ubi Nonius canam fidem ueterem, & antiquam interpretatur. Cana ueritas. Varro, in Eudæ. Et ecce de improuiso ad nos accedit cana ueritas Atticæ philosophiæ alumna.

Cānī.orum. substantiuè, pluraliter tantum: capilli albi in capitibus senum. Cic De Senect. Non cani, non rugæ repentè authoritatem afferre possunt.

Căpāx.ācis. omnis generis, quod capit seu continet, aut continere potest. δεκτικός, δεκτός. Plin.lib.10.cap.33. Hirundines utero capaci. Idem lib.12.cap.1. Capax quindecim conuiuarum triclinium. Cicero in Orat. Tamen non semper implet aures meas: ita sunt auidæ, & capaces, & semper aliquid immensum infinitumq; desiderant.

Căpācĭtās.tatis. locus qui capere & continere potest. Cicero 1.Tus. Vtrŭ capacitatem aliquā in animo putamus esse, quo tanquam in aliquo uase, ea quæ meminimus, infundantur?

Căpēdo.inis. spatiosum aliquid, & rei alicuius capax. ἀφυχωεία. Cic. in Para. Minus ne gratas dijs immortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, quàm delicatas aliorum pateras arbitramur? Capeduncula, diminutiuum. Cic.3. de Nat. Deo. Docebo meliora me didicisse de colendis dijs immortalibus iure pontificio, & more maiorum, capeduculis, quas Numa nobis reliquit. ubi uidetur posuisse prouasi uel armario traditionum Numæ.

Căpĕr, mas inter capras castratus. τράγος. Martial. Dum iugulas hircum factus es ipse caper. nam Vergilius improprie » caprum pro hirco posuit, cum dixit: Vir gregis ipse caper. Sicut etiam improprie brutum animal uirum appellauit. Ponitur tamen quandoq; pro masculo caprarum, & aries pro masculo ouium dum sunt adulti, nec tamen coierunt. Nam qui minores sunt inter capras, hœdi, inter oues agni dicuntur. Et qui post Calendas Augusti concepti sunt, uocantur socordes. Dicitur caper siue capra à carpendis uirgultis. Rodit enim omne uirgultum, & in primis uites, propter quod Baccho immolari caper solebat.

Căpĕro.as. pen.cor. frontem rugis contraho, & asperitatem uultus ostendo, συνάγω τὸ ὄφρυον: quod à crispis caprorum frontibus, uel à cornuum caprinorum similitudine tractum est. Vnde & caperatum (συνηλαμένον) rugosum dicitur. Plaut. Quid illud est, quòd illi caperat frons seueritudine?

Căpĕsso, capessis, capessi, capessum, secundum Diomedem: uel capessiui, capessitum, secundum Priscianum uerbum actiuum. nam dicimus capesso, capessor: & significat capio, siue ad capiendū eo. ἁρπάζομαι, ἁπτόμαι, ἐπιβάλλω ἀντιλαμβάνομαι.

ἀντιλαμβάνομαι. Sal.li.2.hist.Diuersa,uti solet rebus perditis,capessiuit. Liu.li.1.Ergo ut segregaret pugnam,capessit fugam. Similiter Apul. Dum simul illi & gratias agerem & dona capesserem. Verg.pro exequendum suscipio,Mihi iussa capessere fas est.Plaut.in Asin.pro immitto, Quò magis te in altum capessis,tam æstus te in portum referet. Idem in Amphit.pro recipio dixit,Nunc pergam hera imperium exequi,& me domum capessam.

Căpĭdŭlŭm,idem quod capitium.

Căpillāmēntă,quandoq; capilli dicuntur.τειχόματα. Apul. lib.2.de Asin.Tanta est capillamenti dignitas, ut quamuis auro,ueste,gemmis,omniq; cætero mundo exornata mulier incedat,tamen nisi capillum distinxerit,ornata non possit uideri. Plin.li.21.Herba croci est folio angusto penè in capillamenti modum. Transfertur quoq; ad herbas & arbores. Col.li.5.Qui non solum in eo errabant quòd primi anni capillamenta seminum intecta patiebantur,&c.

Căpillārĕ,est capillos facere τειχόω. Plin.Polythrix in uiride capillatur,sed defluuia comarum facere dicitur. Vnde capillatus.a.um.quod criues longiores habet.τειχώτός. Cicero:Capillatior solito.

Căpillātĭă uela,dicuntur uela cilicina.

Căpillītĭŭm,idem quod capillamentum.κόμη.sic enim à capillo capillitium dicitur,ut à famulo famulitium,à satellite satellitium.Capillitium flauum, Apul.

Căpillōtĕnŭs,penultima correpta significat usque ad capillos. μέχρι τῶν τειχῶν.

Căpillŭs, quasi capitis pilus : quamuis & pro omni pilo sumatur.θείξ. Ouid.Quot sunt mentula,quos habet capillos. Gel.capillum pro hœdino pilo posuit,cum ait,Nam si ouiũ lacte hœdi aut caprarum agni alerentur, constat fermè in his lanam duriorem,in illis capillum gigni teneriorem.

Capillus Veneris, (ἀδίαντος) herba sic dicta quod delapsos post alopeciam capillos recreat : siue quòd capillorum fluores coërceat.

Căpĭo.is.(λαμβάνω) cepi,captum,significat accipio. Verg.li.4.Georg.Cape sacra manu,cape robora pastor.Sed differunt,quia capere est cum affectu: accipere cum quis non sic accipit ut habeat. Ideo ut Vlpia. scribit,non uidetur quis capere quod est restituturus. Et capere est sponte uel non sponte,accipere tantum sponte. Vnde dicimus cepi labores, cepi molestiam,cepi uel suscepi inimicitias: accepi calamitatem,cladem,contumeliam,uulnus. Val.Max. Vt non coactus ensem accipere,sed sua sponte sumere uideretur.Habet interdum reciprocum usum,ut idem sit : cepi uoluptatem,& cepit me uoluptas:cepisti dolorem, cepit te dolor, ὀδώδη σε ἄλγος. Quandoq; significat facere. Terent.Non si capiundos mihi sciam inimicos homines omnes. Quandoq; delectare (τέρπω) inescare, irretire,ex translatione ferarum uenatusq;. Hora.in Serm.Te coniunx aliena capit meretricula Dauum. Quandoq; propitiari.Lucret.lib.2.Nec bene promeritis capitur,nec tangitur ira. Quandoq; decipere πλανάω.Verg.Captiq; dolis,lachrymisq; coacti. Quandoq; eligere,αἱρέω. Teren.in Hecy. Cum illum gnatũ cepimus. Quandoq; perpeti,ut apud eundem in Heaut. Dum abs te absum,omnes mihi labores quos cepi,fuere leues. Quandoque tenere.χωρέω.ut in Eun.Dij boni quid turbæ? ædes nostræ uix capient. Quandoq; detinere,occupare, (κατέχομαι.) Cic.Nauem quandam piratarum præda onustum cepere. Var.Quid hic uenator non capit? Hinc uincli,captiui dicuntur,quod non sui iuris sint,sed in potestatem aliorum redacti.αἰχμάλωτοί. Quoniam aũt qui ita capti sunt,non sunt amplius sui iuris,sed libertate priuati,ideo captos quandoq; pro priuatis siue impeditis accipimus. Mente capti amentes,hoc est,qui mentis compotes non sunt. Capti oculis,qui officio oculorum priuati sunt. Aliquando capere est amore accendere:unde capti,amantes dicuntur.Lucil.Ne aspectu & forma capiare aliena. In summa hoc uerbum sua habet significata pro diuersitate rerum cum quibus iungitur : ut, Capere manu,est comprehendere:capere oculis,uidere : capere auribus,audire:capere mente,intelligere : capere consilio,eligere:capere astu uel dolis,decipere : capere cantu aut uoluptate,delectare. Verg. Carmine quo captæ. Capere consilium,est deliberare. (συμβουλὴν λαμβάνω.) Cic.Cum autem consilium hoc princeps cepisset.Capere rationem,est modum inuenire.μέθοδον εὑρεῖν. Plaut. Rationem cepi, ut & amanti obsequerer, & patrem non offenderem. Huius uerbi composita sunt,accipio,à quo præaccipio,concipio decipio,excipio,incipio,intercipio, percipio, præcipio, recipio,suscipio & usucapio.quæ ci syllabam correptam habent. Deriuata sunt quæ sequuntur,auceps,forceps,princeps.

Căpis.idis.poculi genus à capiendo:cuius dimin.est capidula.

Căpīstĕrĭŭm, genus uasis rustici, quod tamen (ut Georgius Merula inquit) scaphisterium, (σκαφίς) melius dicitur.Colum.lib.2.cap.9.Quicquid exteretur,capisterio expurgandum erit:& semper quod propter magnitudinem ac pondus in imo subsederit,ad semen reseruandum.

Căpistro.as.capistrum impono.κημόω. Plin.li.18.cap.19. Si inter arbores uitesq; aretur,fiscellis capistrari boues oportet,ne germinum tenera decerpant.

Căpistrŭm,capitis uinculum,quod equis, & huiusmodi animalibus adhiberi solet ne fugiant.κημός. Martia.Paret purpureis aper capistris.Col.lib.5.uitibus attribuit,cum inquit: Quare cum ad summum palum recta uitis extenta est,capistro constringitur,ne fœtu grauata subsidat, curuetur q.

Et capistrum dicitur,quod circa os brutorum inuoluitur,ne cibos decerpant.

Căpĭtālĕ, & per apocopen Capital,dicitur facinus quod capitis pœna luitur.ἀνήκεστον κακόν. Plau.in Men.Tametsi capital fecerit,facilè asseruabis.Nonius docet capital esse capitis periculũ: Varro uerò fasciolam,qua capillos nectimus.

Căpĭtālis homo non solum proscelesto,qui est dignus puniri capite,ὁ ἐγκλήτης τιμωρίας ἄξιος, sed etiam qui promptus ad cædem.φονικός. Cice.Trebat.Tres uiros uites censeo, audio capitales esse. Capitalis oratio, ὀλέθριος λόγος. Cice.li.1. Off. Capitalis oratio est ad æquationem bonorũ pertinens.

Capitalis ira ab Horatio dicitur pro mortifera. Capitale odium, (ἔχθρα μίσος) & capitalis morbus,quod caput & uitam hominis petant. Capitalis locus dicebatur,ubi si quid uiolatum erat,capite uiolatoris expiabatur. Capitale pactum,capitale uitium:id est,propter quod debeat quis ad pœnam capitis peti.

Căpĭtātŭs.a.um.quod in caput latius crescit.κεφαλωτός. unde capitatum porrum. Col.lib.12.Cultus autem porri capitati assidua sarritio & stercoratio est. Item capitata uinea ab eodem dicitur,sicut & brachiata.

Căpĭtĕ censi,dicebantur eiusmodi qui in plebe Romana perquam pauco aut nullo ære censebantur, τὸ θητικὸν τιμᾶσθαι, à censione capitum,quòd solis capitibus censerentur, quibus proletarij nomen impositum, à munere officioq; prolis edendæ,quòd cum re familiari parua minus possent Rempiuuare,sobolis tamen gignendæ copia ciuitatẽ frequentarent.

Căpĭtellŭm,(κεφαλίς,κεφαλίον) diminutiuum est à capitulum quod modo significat paruum caput, id est crassiorem summitatem cuiuscunq; rei.κεφάλαιον. Plin.Inde ramuli assurgunt sua capitella gerentes. Item capitellum dicitur epistylium:id est caput columnarum. nam (βάσις) inferior pars est.hoc & capitulum uocatur.

Căpĭtĭŭm,capitis tegmen, κάλυμμα ἢ κεφαλῆς, à capite, uel à capio,quòd capiat:id est comprehendat pectus.Var.de uitâ Po.Rom.Tunicas nec capitia,nec strophia.

Căpĭtis diminutio, (κατασάρωσις ἐναλλαγὴ) est prioris status permutatio:

permutatio: cuius tria sunt genera (ut scribit. Paul.) maxima, minima, media. Tria enim sunt quæ habemus, libertatem, ciuitatem, familiam. Igitur cum hæc omnia amittimus, maximam esse capitis diminutionem, ut est deportatio: cum uerò amittimus ciuitatem, & libertatem retinemus, mediam esse capitis diminutionem, ut est in colonias Latinas transportatio: cum libertas & ciuitas retinetur, familia tantum mutatur, minimam esse capitis diminutionem constat, uelut est adoptatio.

Căpĭtōnēs, (ἀτέραμνοι) dicuntur duri, qui nunquam de sua sententia immutantur, ut apud Plautum in Persa Dicitur & capito, qui magnum habet caput. Cic. 1. de Nat. Deor. Redeo ad deos, ecquos insigni nota strabones, aut petulos esse arbitramur, ecquos næuum habere, ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis? Est item capito piscis apud Catonem de re Rust. cap. 158.

Căpĭtōsŭs. a. um. quod magnum caput habet. Interdum dicitur quod est duri capitis, qui & ceruicosus appellatur.

Căpĭtŭlo. as. capitulum appono. unde capitulum dicitur, quod ueluti capitulum quoddam in summo habet. Plinius, Folia bouis linguæ similia, minora, subcandida, & in cacumine capitulata. Est etiam capitulare, (κεφαλαιοῦν) per capita distinguere. Et capitulata dicuntur scripta, quæ per capita distincta sunt. Vnde & recapitulare, (ἀνακεφαλαιοῦσθαι) est breuiter quæ dicta sunt per capita recensere.

Căpĭtŭlŭm, dimin. significat paruum caput. Plaut. Meum capitulum, meus ocellus. Terent. O lepidum capitulum. Aliquando dicitur initium sententiæ, quòd principia sententiarum per metaphoram etiam capita uocantur. Item capitulum dicitur caput columnarũ. κιονόκρανον. Plin. lib. 36. Proximũ columnis spiræ subditæ, & capitulata addita.

Căpitulatim, aduerbium, per capita. Plinius libro 2. cap. 12. capitulatim attingam.

Căpnĭās, (καπνίας) gemma est stellata, ueluti fumo infecta, & ueluti croco refulgens. Plin. lib. 37. cap. 9. Vide capnos.

Căpnŏs, (καπνὸς) fumus. Hinc ἄκαπνα, dicta sunt ligna sicca, quæ sine fumo ardent. Et uinum capnias, (οἶνος καπνίας) hoc est fumosum. Capnos etiam, siue capnion herba est, quæ & fumus terræ uocatur. nascitur in segete hordeacea, quæ lachrimas ut fumus prouocat. Plinius lib. 16. cap. 7. & lib. 25. cap. 13.

Căppă, (κάππα) nomen literæ Græce, pro qua Latini utuntur c. Quo nomine Græci (ut Suidas docet) cum malum hominem uolunt prouerbio signare, unum cappa: cum peiorem, duo: cum pessimum, tria habere cappa dixerunt, uolentes eum intelligi esse Cretensem, Cilica, Cappadoca: qui singularis fuisse improbitatis existimantur.

Căppăris, (κάππαρις) pen. cor. in Solomone: fruticis genus est in oriente, simile lentisco, calidæ & siccæ uirtutis. Nascitur præcipuè in parietinis, hoc est muris ueteribus, & spleneticis prodest: feritur quoq; in locis siccis, area circum effossa, structis undiq; aut ex natura ripis, aut ex artificio lapidũ, ut luxiriari permittatur. Colum. Capparis & tristes inulæ, ferulæq; minaces. Dicitur & Căppăr. Pall. Hoc mense menta, & pastinaca, thymum, & origanum, & cappar.

Căpră, (αἴξ) quasi carpa quòd uirgulta carpat: uel quòd captet aspera: uel à crurum crepitu. Vnde et crepas eas antiqui uocabant. Var. de ling. Lat. Capra, carpa: à quo scriptum, omnicarpæ capræ. Idem de re Rust. li. 2. ca. 3. Studiose enim de agrestibus fruticibus pascuntur, atq; in locis cultis uirgulta carpunt: itaq; à carpendo capræ nominatæ.

Căpĕllă. æ. diminutiuum à capra. κίμαρος & Colum. lib. 7. ca. 6. Anniculæ, uel bimæ capellæ (nam utraq; ætas parum edit) submitti hœdum non oportet. Vergilius, Tityre pascentes à flumine reijce capellas.

Căprārĭŭs, custos, exercitatorq; caprarum. αἰγώλος. Varro 2. de re Rust. ca. 3. Is enim cum in suburbano haberet agrum iugerûm mille, & à caprario quodam, qui adduxit capellas ad urbem, denarios sibi in dies singulos dare audisset, &c. Col. libro 3. cap. 10.

Căprĕă, (ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι: id est, à uidendo.) pen. cor. animal syluestre, non solum uidens seu perspiciens acerrimè, sed & alijs uisum præbens. Asserũt enim medici huic animali intra uiscera humorem quendam inesse, qui caliginẽ depellat oculorũ, & obtusiores quoscq; uisus exacuat. Mart. Pendentem summa capreã de rupe uidebis: Casuram speres, decipit illa canes. Caprearum genera uide apud Plin. Est & caprea uitis, dicta (ut inquit Varro) quòd pariat capreolum.

Căprĕŏlŭs, animal syluestre, diminutiuum à capreus. Verg. Præterea duo nec mihi tuta ualle reperti Capreoli. Est & capreolus coliculus intortus in uitibus ut cincinnus. is enim uites capit. Vnde à capiendo capreolus est dictus. Græci hunc ἕλικα, nostri etiam pampinum & clauiculam appellant. Et capreolus (ut lib. 12. Colu. author est) genus est bicornis ferramenti. Colum. li. 11. cap. 3. Vere deinde prius quàm cœperit germinare, capreolis (quod genus bicornis ferramenti est) terra commouetur. (αἰγῶν).

Căprĕŭs. a. um. quod ex capro siue capra est, ut pellis caprea.

Capricornus, animal montanum, (ἀιγόκερως)

Căprificātĭo, (ὀρινασμὸς, συκασμὸς) à Plinio uocatur in arboribus, quoties illarum cortex per uer cultello finditur, ut commodius prorumpant arbores atq; crescant, similitudine caprifici, quæ ruptis muris intumescens exit. Sunt tamen qui eam scarificationem magis appellandam censeant. Plinius libro 15. cap. 19.

Căprificŭs, pen. prod. à carpendo, quòd parietes ac muros carpat. ἐρινεός. Martia. Marmoria Messalæ scindit caprificus. Est enim è syluestris ficus genere, nullo unquam tempore maturescens: quæ ferè ruptis saxis solet erumpere. Terentius in Adelph. Illic etiam ubi caprificus magna est. Caprifici etiam, seu Caprificiales, appellati sunt caniculares dies, quod eo ferè tempore liberi simul atq; ancillæ sub arbore caprifico sacra faciebant.

Caprificor. aris. Pallad. Mense Iunio, circa solstitium caprificandæ sunt arbores fici, id est, suspendendi grossi ex caprifico, lino, uelut ferro pertusi. Plin. lib. 16. cap. 27.

Căprĭgĕnŭs. a. um. pen. cor. quod est ex caprarum genere. αἰγογενής. Plaut. in Epid. Caprigenum hominum non placet mihi, neq; pantherinum genus.

Caprīlĕ, (αἰγῶν) pen. prod. locus ubi capræ seruantur: sicut ouile ubi oues.

Caprīllŭs. a. um. idem quod caprinus, αἰγεῖος, sicut ab oue ouillus: ut stercus caprillum & ouillum.

Căprĭmūlgī, aues sunt merulæ aspectu, aliquanto grandiores, fures nocturni, interdiu non uidentur, nec ipsi uident: intrant pastorum stabula, caprarumq; uberibus propter succum lactis aduolant, qua iniuria emoriuntur ubera. Hos Aristot. à caprarum mammis αἰγοθήλας uocat. Plin. lib. 10. cap. 40.

Caprīnŭs. a. um. idẽ quod capreus, αἰγεῖος ut caprinũ seuum.

Căprŏnĕæ, iubæ seu comæ in fronte deuexæ, quasi à capite pronæ. προκόμιον. Lucilius libro 7. Satyra. Aptari caput, atq; comas fluitare caproneas Altas, frontibus immissas, ut mos fuit illis. Hæ alio nomine dicuntur antiæ, & anteuentuli, & propenduli.

Caprūncŭlŭm. uas fictile, sic dictum quod capax sit.

Căpsă, ciista & repositorium, à capio, quòd res in se reconditas capiat: uel à κάμπτω, quod est curuo. Cuius diminutiuum est capsula: à quo capsella. Plin. lib. 30. cap. 11. Stellionem inclusum capsulis subijciunt capiti.

Căpsăcēs. pen. cor. lecythus oleiq; uas. Cyprianus lib. 2. Epist. Fideli a fratris nõ deficiet, & capsaces olei non minuetur.

Căpsārĭŭs, qui mercedis gratia seruanda in balneis uestimenta suscipit

Verg. Eglogu 2. Florentem Cytisum sequitur lasciua capella.

ſuſcipit, cuſtos capſarum. Item capſarius, qui portat libros. Suetonius in Nero. Conſtat quoſdam cum pædagogis & capſariis uno prandio pariter necatos.

Căpsis, antiqui dicebant pro eo, quod eſt capeſſis uis: ſicut Soles, pro ſi audes.

Căpsŭs, carruca undiq; tecta.

Captator uide in capto.

Captatio, uerbale, à capto: eſt uenatio, & ueluti honorum captio, quam prænenſionem Cicero uocat. Plini. lib. 20. cap. 14. Et paulo ante Iulium uindicem aſſertorem illum à Nerone libertatis captione teſtamenti ſic lenocinatum.

Căptĭo, ipſe actus capiendi, ſeu decipiendi, ſeu id per quod quis capitur, (ἀπάγωγή.) Huius diminutiuum eſt captiuncula. Gellius, Quid autem legis iſtius propugnatores in illa captiuncula facient, in qua hæc eſſe neceſſum eſt?

Căptĭōsŭs. a. um. quod capit: ſeu decipit, & dolis plenum eſt. ἀγρευτικός. Gellius. Non eſſe captioſis quæſtionibus reſpondendum. Captioſe, aduerbium. Cic. 4. Acad. Sic me, inquit, antè ſuſtinebo, nec diutius captioſe interrogăti reſpondebo.

Căptīuŭs, dicitur quaſi capite diminutus, qui ingenuitatis fortuna excidit, cũ non ſui iuris ſit, ſed in aliorũ poteſtatẽ redactus. αἰχμαλωτός. Cic. 3. Tuſc. Nec ſi aliquot annis pòſt idem ille liber captiuus miſſus eſſet, uulneribus ſolum mederetur. Hinc captiuo. as. quod eſt captiuum facio. ἀπαγωγίω, αἰχμαλωτίζω. Captiuitas, ipſa detentio. αἰχμαλωσία. Græci autem αἰχμαλωτὸς αἰχμῇ, quaſi cuſpide, aut ferro captus.

Căpto. as. (θρασύνω) frequentatiuum: à quo captito, aliud frequentatiuum, licet non ſignificent capere, ſed blanditijs, illecebris, & huiuſmodi aliquid uenari: ut, Hic obſequendo captat auram popularem. Marti. Capto tuam, pudet heu, ſed capto maximè cœnam: Tu captas alias, iam ſumus ergo pares. Hinc captator, uenator. θηρευτής. & captatio, uenatio. θήρα. Cice. Captator ille popularis auræ. Aliquando captare eſt capere, decipere, θηρᾶν ἁρπᾶν. Martial. Si captare feras aucupis arte placet. Cice. Captatio, calliditas, inſidiæ, fraus.

Căptūră, idem quod captio. ἄγρα, λῆψις. Plinius lib. 19. cap. 1. Ad piſcium & alitum capturam. Idem lib. 10. cap. 40. Plastea capita caprarum morſu corripiens, donec capturam extorqueat. Accipitur & pro quæſtu. Sueto. in Calig. Exgerulorum diurnis quæſtibus pars octaua, ex capturis proſtitutarum, quantum quæq; uno concubitu mereret.

Căptŭs. a. um. (ἁνὴρ) uide in dictione Capio.

Căptŭs. us. ſors intelligitur. Terentius in Adelph. Præterea, ut captus eſt ſeruorum non malus. hoc eſt, ut ſe habet ſeruorum conditio, ſicut exponit Donatus. Aliquando captus, deceptio, (ἀπάγωγή) cuius diminutiuum eſt captiuncula, quæ & captio dicitur. Item perceptio, (κατάληψις) quod homo capere poteſt. Seneca. Quod captu quidem difficile eſt: ſed facile memoria retinetur. Vnde & pro capaci ponitur quandoq;. Cic. lib. 2. Tuſc. Græci homines non ſatis animoſi ſed prudentes, ut eſt captus hominũ. quaſi diceret, tam prudentes quàm capax prudentiæ eſt hominum natura. Apuleius dixit, ſupra captum cogitationis: pro eo quod eſt, ſuprà quàm quiſpiam cogitatione capere & complecti poſſit. Item delectatio. Cice. Non poſſum abduci, & ſuſcipere è pecunia captum.

Căpŭlă, uas uinarium, quo ueteres utebantur, quòd facile capi poſſet. Varro: Capis, & minores capulæ à capiendo nominantur, quòd anſatæ ſint. Vel à Græco, quòd calpim & calpium, digitatos, anſatoſq; crateras, erythris fingi ſolitos Philemon & Pamphilus ſcripſere.

Căpŭlāris ſenex, id eſt, capulo intimus uel morti contiguus, & mox capulo efferendus. τυμβογόφων. Reum item capularem dicebant, quòd capulo dignus eſſet.

Căpŭlātŏr, qui capulis oleum deplet. Colum. lib. 12. cap. 50.

Căpŭlo. as. are. Cato de re Ruſt. cap. 67. Ligna in torcularione cedant, oleum frequenter capulet.

Căpŭlŭm, nodi genus in fune quo indomita iumenta capiũtur.

Căpŭlŭs & capulum, dicitur quicquid rem aliquam intra ſe capit. λαβή. Colum. li. 5. Nec enim canterius editior eſſe debet pedali altitudine, ut ſi qui teneri adhuc pampini, capulis ſuis prolixius illigent. Vnde & id quo mortui efferuntur capulus dicitur, & ſarcophagum, quòd corpora capiat. νεκροφορον. Et capulus, manubrium gladij, quòd manu capiatur. κώπη. Verg. Capulo tenus abdidit enſem. Suetoni. in Calig. Veniam (inquit) ueniam, & hic mecum, capulum gladij crebro uerberans quo cinctus erat.

Căpŭs, & Capo. Varro 3. de re Ruſt. Villaticæ gallinæ mares galli, capi ſeminares, quòd ſunt caſtrati. Idem. Ex gallo gallinaceo caſtrato fit capus.

Căpŭt, dicitur totum illud quod collo ſuſtentatur: inde dictum quòd ab eo initium capiunt ſenſus & nerui. In ſummo enim à natura collocatum eſt, ut in quo futurum erat, ut tota uis animantis reſideret. Alij ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, quod eſt caput, uel ἀπὸ τῆς κάρας, eiuſdem ſignificationis. Terent. in Adelphis, Colaphis tuber eſt totum caput. Partes capitis diſtinguuntur. nã eminentior pars uertex appellatur. Tum corona capitis diuiditur in frontem anteriorem, & occiput poſteriorem partem: media uero ſunt tempora, quibus aures inhærent. Alĩ quando caput dicitur origo & principium. Verg. O Latĩj caput horum & cauſſa malorum. Aliquando pro uita ponitur. Nam maximè uita indicatur, unde ſenſus omnes: ut, capitis res eſt. id eſt, de uita periculum eſt. Plaut. in Trinum. Ei nimirum crederem, cui ſi capitis res ſiet, numum nunquam credam plumbeum. Aliquando pro ſumma prima in pecunia, à qua fœnus aut alius quæſtus ſit, ueluti reĩ principium. Sed etiam ſortem, (ἀρχαῖον) dicunt. Et caput, initia parua in libris, quod capitulum apud uulgares dicitur. Gellius. Quod in capite ſuperiore à Critolio ſcriptum eſſe diximus. Caput facere dicitur de ſuppurationibus, cum apoſtemata franguntur. Plin. de furunculis, Remedio ſunt quæ diximus folia trita cum polenta, ſi non caput fecerint.

Cărăbŭs, (κάραβος) ſiue Caramus, pen. cor. genus piſcis, cancri ſcilicet. Plinius libro 9. capite 31.

Cărbăsŭs, (κάρβασος) penul. cor. (gen. fœm. ſecundum Priſcianum. gen. maſcul. ſecundum Phocam. Probus & Caper dicunt eſſe maſculini & fœminini in ſingul. neut. uero in plurali) genus lini eſt miræ tenuitatis, in Hiſpania primum repertum, ut ſcribit Plinius libro 19. capite 1. Ex carbaſo fiebant uela nauium, quæ & ipſa carbaſa, (ἀρμυῖα) dicuntur. Cicero de ſupplic. Taberna Carbaſeis intenta uelis. Verg. Et auræ Vela uocant, tumidoq; inflatur carbaſus Auſtro. Carbaſinis ueſtibus Indi & Arabes corpora uelant, quæ ſunt auro purpuráq; diſtinctæ, ait Curtius. Nonius docet carbaſum eſſe pallium, quo fœminæ amiciuntur opulentiæ cauſa, ut ſerico, aut tenui lino. Vergil. 8. Aenei. Eum tenuis glauco uelabat amictu Carbaſus.

Cărbătĭnæ, (καρβατίναι) ſeu Carbaſinæ, & Carpatinæ, crepidæ. Vide infrà in dictione Carpatinæ. Ariſtot. li. 2. de animalibus ſcribit camelos calciari carbatinis, ne ſcilicet in exercitu longiore itinere fatiſcant.

Cărbo, (ἄνθραξ) dicitur cum extincta fuerit pruna. Perſ. Illa prius creta, mox hæc carbone notaſti. id eſt, nigro & extincto. Aliquando dicitur carbo, cum eſt ignitus. Plin. lib. 18. Et cum cinis in foco concreſcit, & cum carbo uehementer perlucet.

Cărbōnărĭŭs, qui carbones conficit. Plaut. in Caſs. Sine modò rus eueniat, remittam ad te uirum Cum furca in urbem tanquam carbonarium. Eſt & adiectiuum carbonarius. a. um: ut fornax carbonaria. Carbonarium negotium exercere, Plin. De uiris illuſtr.

Cărbūncŭlārĕ-

Cārbūncŭlārĕ, eſt carbunculum pati. Plin.lib.23. Succus eorum carbunculantibus circa oculos, hulceribus excreſcentibus & puſtulis efficax. Et carbunculare, (ἀνθρακῶσθαι) eſt more carbonum fieri. Idem.libro 12. Verum & his ſua iniuria eſt, atq; cœli intemperie carbunculantur, fiuntq; ſemina caſſa & inania.

Cārbūncŭlŭs, dimin. paruus carbo. ἄνθραξ. Plau.in Moſt. Amburetur miſero ei corculum, ut carbunculus. Eſt etiam carbunculus tuber ſeu uitium, ex inflammatione prouenies: à candenti carbone dictus propter inflammationem. Eius hæ notæ ſunt, rubor eſt, ſuperq; eum non minimum puſtulæ eminent, maximè nigræ, interdum ſubliuidæ, aut pallidæ. In his ſanies eſſe uidetur, infrà color eſt niger, ipſum corpus aridũ & durius quàm naturaliter oportet. Præterea carbunculus uitium eſt in uitibus atq; arboribus, cum quodam quaſi uredinis carbone uuæ & fructus uruntur. σφακελισμός. Terra enim ſole perferuet, ita ut radices ſatorum comburat. Solet id accidere uuis tertio & ſexto Idus Auguſti, ſub decretorio illo ſidere, quod Canicula appellant. Plin. Sic affligit & uitem carbunculus, quæ terra ita uocatur. Eſt & carbunculus gemma propter colorem, quòd ſit ignitus ut carbo, cuius fulgor nec nocte uincitur, adeò ut flãmas ad oculos uibret. Gignitur in Libya apud Troglodytas. Pli.li.37.ca.7. Principatum habent carbunculi, à ſimilitudine ignium appellati, cum ipſi non ſentiãt ignes. Vnde & à quibuſdam carbunculi dicuntur apyraſtæ. Sumitur quandoq; carbunculus pro terra, ubi teſſellæ lapideæ & nigræ reperiuntur. Palladius, In Ianuario menſe carbunculus, niſi ſtercoretur, macras uineas reddit. Plinius lib.16. Maximeq; ſabulum humidum, aut carbunculum, aut trophaceam formam.

Cārcĕr, (δεσμωτήριον, φυλακή.) locus in quo ſeruantur noxij, uel undecunq; quis exire prohibetur, quaſi coarcer: à coërcendo, ut docet Varro: quòd uincti in eo cuſtoditi prohibentur exire. Liuius lib.1. Carcer ad terrorem increſcentis audaciæ, media urbe, imminens foro ædificatur. Cic.7. Verr. Cur carcer ædificatus? cur tot ſupplicia in improbos more maiorum conſtituta? Vnde & in circo, unde emittebantur equi, carceres (βαλβίδες, ἀφετηρία) ſunt appellati, quòd coërceantur equi, ne inde exeant, antequam magiſtratus ſignũ miſerit. Et licet quidam dicant in ſingulari tantum ſignificare cuſtodiam publicam, in plurali currentium equorum repagula, uel funes qui equis ad metam currere uolentibus, opponuntur. Cic. tamen utrunq; indifferenter poſuit. Nam in Catone ſic inquit, Nec uerò uelim quaſi decurſo ſpatio, ad carceres à calce reuocari. Et li.4. ad Her. Quaſi ſi quis ad Olympiacum curſum uenerit, & ſteterit ut emittatur, impudentesq; illos dicat eſſe, qui currere cœperint: ipſe intra carcerem ſtet. Carceres tamen interdum pro furibus ſeu captiuis (δεσμῶται) poni ſolent.

Cārcĕrārĭŭs. a.um. quod ad carcerem pertinet. εἱρκτικός. Pla. in Cap. Aegrè mihi eſt hunc quæſtum facere carcerarium.

Cārchēdŏnĭŭs, carbunculi genus inter metalla æris repertum, uiliſſimum, minimumq; idem fragile, & colore incertum: ac uirentium in caudis pauonum, columbarumq; collo plumis ſimile. Vide Plin.lib.37.cap.7. & cap.5.

Cārchēſĭŭm (καρχήσιον) poculi genus. Vergil. Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho. Tradunt Iouem, quoniam cum Alcmena concubuit, in pretium ei concubitus carcheſium aureum dediſſe. eſt enim id uaſis genus procerum, ac circa mediam partem compreſſum, anſatum mediocriter, anſis à ſummo ad infimum pertingentibus.

Carchoquios, genus ranunculi, cœnulentum in dorſo, habens in uentre croceas maculas.

Cārcĭnetrŏn, genus herbæ. Græci polygonon uocant: cuius ſuccus naribus infuſus ſupprimit ſanguinem: & cum uino potus cuiuslibet partis profluuium, excreationesq; cruentas inhibet. Geniculatam Latini uocant. Plin.lib.27.cap.12.

Cārcĭnĭās, (καρκινίας) gemma eſt marini cancri colore. Plinius lib.37.cap.11.

Cārcĭnōdēs. (καρκινώδης) dicitur quando uitiũ ſeu morbus cancri naturam imitatur, & ſerpit quaſi cancer. Plin.li.20.ca.17. Narium quoq; carcinodes conſumit illitum ex aqua.

Cārcĭnōmă.atis. (καρκίνωμα) pen.prod. cancer morbus, de quo Plin.li.20.ca.9. Cato de re Ruſt. Et ſi quid in mammis hulceris natum, & carcinoma, braſſicam tritam opponito, ſanum faciet. Celſus tria facit eius genera: primum cacoëthes, cum hulcus quidem preſſum eſt, ſed quæ circa ſunt intumeſcunt: ſecundum ſine hulcere: tertium quod thymium uocat.

Cārcĭnŭs, (καρκῖνος) pen.cor. cancer animal, & ſignum cœleſte. uide in dictione Cancer. Luc.9. Par Geminis Chiron, & idem, quod Carcinus ardens, Humidus Aegoceros.

Cārdămōmŭm, (καρδάμωμον) ſimile amomo toto frutice prædicant, ſemine oblongo. Vide Plin.lib.12.cap 13.

Cārdămŏn, ſiue Cārdămĭnă, herba quæ ſylueſtre naſturtium dicitur Dioſcoridi & Galeno. unde Prouerbium Græcum, ἔσθι κάρδαμον, Ede naſturtium. Vide Chiliades Eraſmi.

Cārdĭă, (καρδία) Latinè cor. Inde cardiacus (καρδιακὸς) pen. cor. ſiue cordiacus, morbus ex nimia imbecillitate corporis & languente ſtomacho ſudore nimio naſcitur. Iuuenal. Cardiaco cyathum non porrecturus amico. Non quòd paſſionem illam cor ſuſtineat, ſed ſtomachus, & periculum ſit ne cor attingat.

Cārdĭnālis, & hoc le, (στιγλυμαῖος) idem quod Cardineus.

Cārdĭnĕŭs. a.um. poſſeſſiuum: & ordo cardineus, aliquando pro præcipuo ponĩ ſolet. (capi.10.

Cardiſce, gẽma eſt, quæ fit è draconis cerebro. Vide Pli.li.37.

Cārdo, cardinis. (στίγλυμα, στρόφιγξ, στροφεύς.) dicitur quaſi cor ianuæ, quo ſcilicet illa mouetur. Nam ut animantia motum à corde ſuſcipiunt, ita fores à cardine. Verg. Foribus cardo ſtridebat ahenis. Plaut. in Amph. Penè effregiſti ſatue foribus cardines. Hinc apud Roman. dea Cardea ſiue Cardinea, quæ cardinibus præerat, quaſi Cardina. Cardines etiam dicũtur altiſſimæ cœli partes, quas Græci πόλους, & Latini uertices etiam dicunt. à ſimilitudine eorum circa quos ualuæ uoluuntur. Cardo in agrorum limitatione appellatur limes, qui per agrum currit à meridie ad ſeptentrionem: ſicut decumanus uocatur limes ille, qui ſecat agrũ ab exortu ad occaſum, ut inquit Plin. & Colum. Ponitur interdum cardo pro opportunitate. ἀκμή. Verg. Haud tanto ceſſabit cardine rerum. Quod Seruius inde tractum exiſtimat, quòd in prouerbio dicitur, Res in cardine eſt. Et circa id uerti cardinem dicimus, in quo ſumma rei eſt. κῦρος, τὸ.

Cārdŏpŏs (καρδοπος) ſignificat arcam pannariam.

Cārdŭēlis, (ἀκανθὶς) auis parua, capite rubro, alis luteis, albo nigroq; diſtinctis: dicta quòd carduorum ſemine paſcatur. Plinius lib.10.ca.42. Minimæ auium carduelis imperata faciunt: nec uoce tantum, ſed pedibus & ore pro manibus.

Cārdŭŭs, herba uulgò nota. à qua carduelis auis appellata. σχόλιμος. Ver. Geor.1. Segnisq; horreret in aruis Carduus.

Cārē, aduerbium à carus, ut: carè æſtimare, carè uenire.

Cārĕctŭm, locus caricibus plenus. δουλιὸν. Ver. Tu poſt carectalatebas. Col.lib.6.ca.22. Melius nemoribus herbidis, & frutetis, & carectis. quam lapidoſis locis durãtur ungulæ.

Cārĕo.es.carui, & caſſus ſum, & caritum, & caſſum, ſecundum Priſc. Et eſt propriè carere, rem deſideratam non habere. Ci. Tuſ.li.1. Triſte eſt nomen ipſum carendi: quia ſubijcitur hæc uis, habuit quis: non habet, deſiderat: requirit, indiget. Et mox, Carere igitur hoc ſignificat, egere eo quod habere uelis. ineſt enim uelle in carendo, niſi cum tanquam in febri dicitur, alia quadã notione uerbi. Dicitur enim alio modo etiam carere, cum aliquid non habeas, & non habere te ſentias: etiamſi id facilè patiare. Ex quo patet carere nõ

modo de ijs rebus dici, quæ ad noſtrum uſum naturamq; accõmodatæ ſint, ſed etiã de alijs: ut carere febri, carere dolore, carere moleſtia, & his ſimilia. Conſtruitur autem hoc uerbum aliquando cum genitiuo. Ter. Heaut. Nam dum abs te abſum, omnes mihi labores fuere quos cepi leues, Præter quàm tui carendum quòd erat. Aliquando cum accuſatiuo. Plautus Curc. Sed quid eſt, quòd lubet perditum dicere te? P H. Quia id quod amo, careo. Sæpius uerò cum ablatiuo, ut carere domo, patria. Et Cic. pro Milone, Comprehenſus eſt in templo Caſtoris ſeruus P. Clodij, quem ille ad Cn. Pompeium interficiendum collocarat, extorta eſt confiteti ſica de manibus: caruit foro poſtea Pompeius, caruit ſenatu, caruit publico. id eſt in forum non uenit, in ſenatu non fuit, in publico non uerſatus eſt. Idem de Finib. lib. 1. Itaque non placuit Epicuro medium eſſe quiddam inter dolorem & uoluptatem. illud enim ipſum, quod quibuſdam medium uidetur, cum omni dolore caret, non modo uoluptatem eſſe, uerumetiam ſummam uoluptatem. Et Fam. libro 16. Aegypta ad me uenit pridie Idus April. is & ſi mihi nuntiauit te planè febri carere, & belle habere, tamen quod negauit te potuiſſe ad me ſcribere, curam mihi attulit. Quod Plautus in Curc. ſic dixit, Caruit ne febris te heri, uel nudius tertius? Idem Cicero Att. lib. 9. Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potiſſimum togam puram dedi. ubi ponitur pro abeſſe. Sic alibi Att. Fiat, fiat Tr. Pl. ſi mihi aliud, in eo citius tu ex Epeiro reuertare. nam ut illo tu careas, non uideo poſſe fieri.

Cărex, fœm. gen. herba & acuta & duriſſima, ſimilis aſparago. ὄξυς. Verg. Et carice paſtus acuta. Colum. lib. 11. cap. 2. Filix quoque, aut carex ubicunq; naſcitur, Auguſto menſe rectè extirpatur: melius tamen circa Idus Iulias ante Caniculæ exortum.

Cărĭcă. æ. genus fici, à loco ſic dictum. Plin. lib. 15. cap. 7. Syria præter hanc peculiares habet arbores in ficorum genere, caricas, & minores eius generis, quæ cottona uocant. Melius per y ſcribitur, ut infra.

Cărĭco. as. pen. cor. quid ſignificet, Hierony. expreſſit, ſic ſcribens, Origines maiora cogitans, propriumq; ingenium ferre non ſufficiens, oneribus maioribus caricabat ſe. Et cum ſic incedere non poſſet, ruina magna deuolutus eſt.

Cărĭes, uetuſtas uel putrilago. ὑρώς. Lucil. lib. 4. Ne auricu»lam obſidat caries, ne uermiculiq;. Auſon. I tineas cariemq; »patiẽte charta neceſſe eſt. Sunt qui cariem interpretentur uermiculum illũ qui ligna rodit, & uulgò carolus dicitur. κὶς. Colu. lib. 12. Omnis materia in ædificia ſuccidi debet luna decreſcente, ab uigeſima uſq; in trigeſimam, quia ſic cæſa iudicatur carie non infeſtari. Plinius Cedri oleo peruncta materies nec tineam, nec cariem ſentit. Idem pro carolamento libro 12. accepiſſe uidetur, cum inquit: Celeriter ea caries ſentit. Hinc carioſus. a. um. quod eſt carie plenum. ὑρώδης. unde carioſa terra, ein fuler, uueycher, ſtinckechtiger boden.

Cărīnă, pen. prod. pars nauis, & ipſa nauis concauitas, licet quandoq; pro tota naui, (φορὶς) ponatur. Etiam eſt infima »trabs, ubi nauis fundatur. Ouid. lĩ. 4. de Pon. Dum mea puppis erat ualida fundata carina.

Carinare, eſt in modum carinæ formare. φόρτος δίκλινα διακαλύπτειν. Plin. lib. 9. Saliant pectines, & extra uelitant, ſeq; & ipſi carinant. id eſt ſua ſibi concha inſtrumentum porrigunt ad nauigandum, & ceu carinam quandam ex teſta effigiunt. Et carinatum, concauum. κεκοιλομένον. Plin. lib. 11. ca. 37. Pectus homini latum tantum, reliquit carinatum. Idem lib. 9. cap. 30. Concham eſſe acatij modo carinatam.

Aliquando carinare eſt probra obijcere, quòd carinantes: id eſt probra obijcientes, ſunt infimæ ſortis homines, ſicut & carina.

Cărīnātim ſignificat ad ſimilitudinem carinæ.

Cărĭōtă. tæ. uide Caryotæ.

Cărĭtās, ſine h, à careo, ſignificat inopiam. Liu. lib. 11. Caritas primum erat annonæ. Differunt tamen caritas & inopia. quòd caritas ſit rerum penuria, quæ adhuc extant: inopia earum, quæ non extant. Cicero Pro domo ſua: Qua ex re primum caritas nata eſt, deinde inopia. Caritas annonæ eſt: inopia, ſeu penuria aliarum rerum.

Cărmĕn. (κῶπος) quaſi canmen, à canendo dici poteſt, quicquid eſt metrice ſcriptum. unde Vergil. uerſum unum carmen »dixit, Et rem carmine ſigno. Et duos ſimiliter, cum ait, »Tumulo ſuperaddite carmen. Tota inſuper Aeneis, heroicum carmen dicitur: & carmen bucolicũ, ut Tale tuum carmen, &c. Quandoq; carmen dicitur incantatio, ἐπῳδὴ. ut, Carmina de cœlo poſſunt deducere lunam. Carmen, quo Romani utebantur in urbium expugnatione, erat huiuſmodi: Si deus, ſi dea eſt, cui populus ciuitasq; Carthaginenſis eſt in tutela: teq; maxime ille, qui huius urbis tutelã recepiſti, precor ueneror q;, ueniamq; à uobis peto, ut uos populum ciuitatemq; Carthaginenſem deſeratis: loca ſacra, templa, urbemq; eorum relinquatis, abſq; ijs abeatis: eisq; populo q; & ciuitati metum injiciatis, proditiq; Romam ad me meosq; ueniatis: noſtraq; uobis loca, templa, ſacra, urbs acceptior probatior q; ſit, mihi populo q; Romano, militibusq; meis præpoſiti ſitis, ut ſciamus intelligamusq;. Si ita feceritis, uoueo uobis templa ludosq; facturum.

Cărmĭnārĕ, eſt quaſi pectinare. ξαίνειν. Plin. lib. 9. Iuſtum eſt è quinquagenis faſcium libris quinas denas carminari. Et li. 11. Hanc ab his quoq; gigni ſubigiq; unguiũ carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine. (gant.

Cărmĭnārĭi, uocantur lanarũ purgatores, qui à ſpurcitijs pur-

Cărnārĭŭm, proprie locus ubi caro ſalſa ſuſpenditur, ſeu reponitur. Plin. Quippe è macello aut carnario uiuendum eſt. Plautus in Capt. Aduenies modò deturbauit totum cum carne carnarium. Quandoq; etiam dicitur locus, ubi carnes tantummodo uenduntur. κρεοπώλιον. Plaut. Cœnam è carnario emit, iam factus ſatur. Varro tabernam carnariã uocat. Interdum carnarium accipitur pro ipſa carne, ſicut cibarium pro cibo. Plau. Qui mihi carnarium parauit, ridiculus adientandum. Et carnarium inſtrumentum dicitur, cum pluribus uncis, quibus ſuccidiæ appenduntur.

Cărnārĭŭs, (κρεοπώλης) qui carnes uendit, qui in edenda carne delectatur. Martia. Carnarius ſum, pinguiarius non ſum.

Carnarius. a. um. (σαρκικός) quod ad carnem pertinet, ut carnaria taberna, ubi carnes uenduntur.

Cărnĕŭs. a. um. quod ex carne eſt. σαρκώδης. ut fruſtũ carneum.

Cărnĭfex, (δήμιος) qui carnes ex hominibus facit. Hinc excarnifico. as. pro excrucio. Teren. in Heaut. Huiuſmodi ſemper comminiſcere ubi me excarnifices

Cărnĭfĭcīnă. æ. penul. prod. locus publicus in quo iuſſu magiſtratus homines ſontes à carnificibus occidũtur. κοπαστήριον. Plautus, Quid ſi deſperatis rebus carnificinam petat? Suetonius, de Tyberio: Carnificinæ eius oſtenditur locus Capreis, unde damnatos poſt longa & exquiſita tormenta præcipitari coram ſe in mare iubebat. Et carnificina dicitur carnificis officium, ſeu excarnificatio & cruciatus. Plautus in Capt. Vel carnificinam hanc facile poſſum perpeti. Cato carnificinas dixit plurali numero, pro tormentis, & crudelitatibus. βασάνοι. Vbi ſocietas (inquit) ubi fides maiorum, inſignitas iniurias, plagas, uerbera, uibices, eos dolore atque carnificinas per dedecus atque ignominiam te facere auſum eſſe? Plautus in Ciſ. ſingulari uſus eſt, Credo ego amorem primum apud homines carnificinam commentum. Cicero libro 1. Tuſcul. per translationem dixit: Nam cum omnis perturbatio miſeria eſt, tum carnificina eſt ægritudo, quia inſtar carnificis cruciat, laniat pro-

cor-

cordia, lacerat animum, excarnificatumque conficit. Posset tamen hic carnificina accipi, ueluti pro fœmina excarnificante, sicut à Plauto dicitur fœmina opificina.

Cārnĭficĭum ipse actus carnificis, quod & carnificina dicitur.

Cārnĭficĭnŭs.a.um. ponitur pro crudeli & carnifice digno. ὠμὸς. Cicero: Carnificina est ista crudelitas.

Cārnĭficŏr.aris. significat carnificis officium ago. δήμιος εἰμί. Liu.4. Bell. Pun. Quod ubi tribuni militum Graccho nuntiauerunt, neminem stantem iam uulnerari hostem, carnificari iacentes, & in dextris militum pro gladijs humana capita esse, signum dari properè iussit.

Cārnĭuŏrā, pen. cor. dicuntur animalia quæ carnes uorant. Κρεοφάγα ζῶα. unde dicimus aquilam carniuoram. Plin.li. 10. Serratorum dentium carniuora sunt omnia.

Cārnōsĭtās, pinguedo. πολυσαρκία.

Cārnōsŭs.a.um. quod est pingue. πολύσαρκος. ut, carnosus uenter, carnosum palatum, Plin.

Cārŏ, (κρέας, σάρξ) proprie mortuorum dicta est, quòd careat anima, inquit Donatus. At Hiero. inter carnem & pulpam sic distinguit, ut caro sit, quæ sanguine, uenis, ossibus, neruisq; constringitur: pulpa quæ manducatur, eò quòd pulsetur, & concidatur. Et non solum de animalibus, sed etiam de piscibus pomisq; Caro dicitur. Plin.lib.9.cap.17. de mullis piscibus: & aliorum piscium carne. Idem lib.16.cap.38. At & in toto corpore arborum cutis, sanguis, caro, nerui, uenæ, ossa, medullæ. Quidam hoc nomen à Græco deriuant κρέας, à quo fit creo uerbum.

Cārŏs, (κάρος) crapularis redundantia: à καρόω perturbo, uexo, agito: seu à καρόομαι, quod est capite aggrauor, oblidor, uelut ab oppressura capitis & ingenij offensione.

Cārpātinæ, (καρβατίναι) pen.prod. calciamentum rusticum à carnib. appellatũ, & fiebant ex recentioribus corijs bubalis.

Cārpēntārĭus, faber qui carpenta facit. ἁμαξοργὸς. faber lignarius. Hieron. Carpentarius artifex fecit scamnum. Carpentarius equus, qui carpentum ducit. Carpentarium opus, quod ad fabrum lignarium pertinet.

Cārpēntŭm, uehiculi genus dictum quasi carmentum, à Carmenta Euandri matre. Ouid.lib.1. Fast. Nam prius Ausonias matres carpenta uehebant, Hæc quoq; ab Euandri dicta parente reor.

Cārphŏs, herbæ genus, quæ alio nomine fœnogræcum.

Cārpĭnŭs, (ζυγία) pen.cor. genus arboris notæ de acerum genere. Colum.li.6. Quinetiam cornus & carpinus, & ornus, nonnunquam & salix à plerisq; in hoc ipsum disponitur. Palladius: Carpinus ultima arbor. Carpineus.a.um. ex carpino factum. Plin.lib.16.cap.43. Hyginus manubria rusticis carpinea fieri iubet.

Cārpĭo, piscis notus qui capitur in Bænaco lacu. uulgus Italorum adhuc carpiones uocat. Caue autem accipias pro illo pisce quem carpam uulgò dicimus: nam longè ab eo diuersus est. Vocatur autem carpa à quibusdam piscis Cyprinus.

Cārpo.pis. carpsi. ptum. decerpo. ἁρπάζω. Verg. Insere Daphni piros, carpent tua poma nepotes. Item eligere. Terrent. in Adelph. Vnum quodq; quod erit bellissimum carpam. Item reprehendere. διασύρω. Martial. Carpere uel noli nostra, uel ede tua. Item frui. ἀπολαύω. Verg. Carpamus dum mane nouum, dum flumina crescunt. Item lædere: ut, Carpit enim uires paulatim, uritq; uidendo Fœmina. Carpere uiam, est ambulare. Carpere uitales auras, est haurire spiritum. Carpere lanam, est attenuare. ξαίνω ἔρια. Vergi.lib.1. Geor. Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ, Nesciuere hyemem. Carpere linum, est euellere. Carpere cibum, est pasci. Composita sunt decerpo, excerpo, & discerpo, de quibus locis suis.

Cārpŏphŏrŭs, (καρποφόρος) pen.cor. Latinè fructifer. Hiero. ad Eust. de morte Paulæ, Salue Effrata regio uberrima, at que καρποφόρα. cuius sterilitas deus est.

Cārptĭm, aduerbium: significat hinc atq; illinc carpendo, non ipsam seriem sequendo. ἀκροθιγῶς. Sallustius in Catil. Statui res est as populi Romani carptim, ut quæq; memoria digna uidebantur, perscribere.

Cārptŭs, huius carptus, & captura, idem significant. Plin.li. 24.ca.10. Flos cuiusq; generis trium digitorum carptu, dysenterios & aluum citam emendat, in uino austero bis die potus. hoc est, quantum tres digiti decerpere possunt.

Cārpŏphylon.li. genus lauri, de quo Plin.li.15.cap.30.

Cārrūcă, pen. cor. genus uehiculi: id est, currus. μονόφορος. Hinc carrucarius, qui carrucas agit. Martial.lib.5. Nec seriatus ibat ante carrucam. Plin.lib.33.cap.11. At nos carrucas ex argento cælare inuenimus.

Cārrūcārĭus, a.um. quod ad carrucă pertinet. Pom. Plerasq; mulas carrucarias tales esse, ut transiungi non possint.

Cārrŭs, & Carrum, (ἅρμα) utroq; modo dicitur, à cardine quatuor rotarum, uel quòd currendo sonet. Cæsar, Inter carros impedimentaq; prælium commiserunt. Hircius, Pompeius eo die per uiarum angustias carra complura multosq; lanistas retraxit.

Cārthăllŭm., canistrum, κάναστρον.

Cārtĭlāgo.inis. pars similaris corporis ex spermate genita, quæ tamen neq; os est, neq; caro, sed quoddam intermedium, qualis est tota auris, & extremæ partes ossium motoriorum. Plin.lib.11.cap.4. Insecta non uidentur habere cartilaginem. Idem lib.9.cap.14. Planorum piscium alterum est genus quod pro spina cartilaginem habet.

Cārtĭlāgĭnĕŭs.a.um. Plinius lib.11.ca.17. Sed auriculæ omnibus exceptis, quæ cartilaginea appellauimus. Et cartilaginosus.a.um. Plin.lib.12.cap.25. Quod maximè laudant, cartilaginosum, purum ad similitudinem ammoniaci, minimeq; lignosum.

Cārūncŭlă, (σφηκίον, κρεάδιον) à caro diminutiuum est: Carunicula uerò à carnis nominatiuo secundum antiquos. Ci.1. de Diu. An tu, inquit, caruncula uitulinæ mauis, quàm imperatori ueteri cederes?

Cārŭs.a.um. (ποσῶ τιμήματος) in ea significatione est, quæ opponitur uili. Cicero 2. de Diuin. Putarem annonam in macello cariorem fore.

Cārўcă, (καρύκη) pen.co. est genus ficuum à loco sic dictarum, ut docet Iul. Pol. Apud multos tamen pro ficu sicca accipitur. Ouid.li.1. Fast. Quid uult palma sibi, rugosaq; caryca? dixi. Vide suprà in Carica. Secundum Suidam uerò est edulium ex multis constans, & Lydius cibus ex sanguine & alijs ferculis: à quo turbare quid καρυκεύειν dicunt. Vulgò dicitur baldoni, farcimen ex sanguine & alijs esculentis, quod Lydij primi inuenerunt.

Cārўŏn.ĭj. (κάρυον) neutri generis nucis iuglandis genus: de qua sic Plin.lib.15.ca.22. Caryon à capitis grauedine, propter odoris grauitatem conuenit dictum. Hinc Caryinus.a.um. adiectiuum: ut, Caryinum oleum. Plin.lib.23.cap.4.

Cārўŏpŏn.pi. (καρύοπος) genus cinnami, quod in Syria gignitur. Plin.li.12.ca.28. In Syria gignitur & cinnamon, quod caryopon appellant. Hic est succus nuci expressus, multum à surculo ueri cinnami differens, uicina tamen gratia.

Cārўŏtæ siue Caryotides, (φοίνικες) è palmis nascuntur, quas alij dactylos, alij palmulas, alij margaridas appellant. Plin. lib.13. ca.4. Caryotas inter palmas celebratas, cibo quidē & succo uberrimæ. Varro lib.2. Non scitis palmulas caryotas Syriam parere, inuectas in Italiam non posse? Papi. in Syluis, Prægrandes uina capita inimica caryotides cadebant.

Cāsă, (οἴκημα) domus à curuatione dicta. Nam antiqui cauatas rupeis inhabitabant. Alij à facilè cadendo dictam uolunt, quòd à cado fit casus, casas, frequentatiuum. Hirc.li.6. Et harpagones ad casas, quæ stramentis ab nostris hyber-

norum

norum causa ædificatæ erãt, diruendas. Var. 2. de re Rust. cap. 10. Qui autem sunt in saltibus, & syluestribus locis pascunt, & non in uilla, sed casis repentinos imbres uitant. Diminutiuum est casula. Verg. Atq; humiles habitate casas.

Cãsãbũndãs, (πλάσιμος) crebro cadens.

Cãsãrĭã, dicitur mulier quæ casam custodit. Festus.

Cãscũs. a. um. (κακὸκοι) significat uetus: cuius uerbi origo Sabina est. Ennius, Quamprimum Casci populi genuere Latini. Manilius ait, Cascum duxisse cascam non mirabile est. id est uetulam nupsisse seni.

Cãsĕũs, (τυρὸς) à coëundo, uel (ut inquit Varro) à lacte coacto dicitur. nam fit lacte coagulato, hœdino in primis uitulorum ue coagulo. Verg. Pinguis & ingratæ premeretur Caseus urbi. Caseus musteus: id est, recens & mollis, qui magis alibilis, quàm uetus & aridus. Caseus oxygalactĭcus commendatur à Galeno, dicitúrq; quasi acetosum lac. nam Græci τὸ ὄξος acetum uocant, & γάλα lac.

Cãsĕãlĕ. lis. neut. generis, stabulum equorum, & similium animalium. Col. lib. 2. cap. 15. Hæc ubi uiduus pecudibus ager. nam ubi greges quadrupedum uersantur, quædam quotidie ut culina, & caseale: quædam pluuijs diebus, ut bubilia & ouilia debent emundari.

Cãsĭã, (κασία) frutex est amplitudine cubitorum trium, suauissimi odoris, & uirtute cynamomi. qui iuxta Cynamomi campos in Aethiopia, sed in montibus, crassior sarmento, tenui cute uerius quàm cortice nascitur. Sunt tamen qui dicunt Casiam esse nomen herbæ, atq; arboris, sicut balsamus herba & arbor balsami. Verg. Tum casia atq; alijs intexens suauibus herbis. Vide Plin. lib. 12. cap. 19. Colum. lib. 1. cap. 8. Hæc alio nomine dicitur fistula.

Cãsnăr, senex dicitur Ŏscorum lingua.

Cãso. as. frequenter cado: à quo fit aliud frequentatiuum casito. ãs. Paul. Iureconsult. Si antea ex tegula casitauerit stillicidium, postea uel ex tabulato, uel ex aliqua materia casitare non potest.

Cãssis, huius cassis, masculini gene. rete, quòd uacuas habeat maculas, unde & à raritate rete dictum. Ouid. Incidit in casses præda petita meos. Ein ieger garn.

Cãssis, huius Cassidis, fœ. ge. galea, quòd uacua sit ad caput recipiendum. Plaut. Trin. Mihi & pharetram & sagittas sumpsero, cassidem in caput. Iuue. Lorica & fracta de cassidebuccula pendens. Ein helm.

Cãssĭcŭlŭs, (ἄρκυον) diminutiuum à cassis, pro rete. Hieron. Nequaquam aranearum mihi opponas cassiculos. Dicitur & cassiculum neutri generis.

Cãssĭdã. æ. idem quod galea. Propertius: Aurea cui postquam nudauit cassida frontem.

Cãssĭtã, penul. prod. auis quam alij alaudam, alij galeritam dicunt. κορυδαλὸς. Plin. li. 10. ca. 37. Vide apud Gellium Apologum de cassita, lib. 2. cap. 29.

Cãssĭtĕrŏs, (κασίτερος) pen. cor. Latinè stannum, uel plumbum dicitur.

Cassitias, uisci species, in abiete & larice nascens.

Cãsso, cassas, significat deleo. καταγράφω. contundo. Vergilius, Cassataq; rates.

Cãsĭŭs. a. um. (φρῦδης) quod est inane & uacuum, fragile, atque omni re carens, ut Cassa nux à Plauto & Horatio dicta. Lucan. Cassa fraude parat. Plaut. in Aul. Virginem habeo grandem, dote cassam, atq; illocabilem. Verg. Lumine cassum, & æthere cassos dixit, pro uita priuatos & uacuos. unde & cassis: & per diminutionem cassiculus. Hinc incassum (ἀς κενὸν) aduerbium.

Cãstã mola, (ἀγνὸν θῦμα) dicebatur sacrificij genus, quod Vestales uirgines faciebant.

Cãstãnĕã, (δὶὸς βάλανος) non à casto deducitur, sed Græcum est: quippe κασάνδρον uocant, è nucum genere. Et tam frutĭum quàm ipsam arborem significat. Verg. Castaneæ molles & pressi copia lactis. Plin. libro 17. cap. 20. Castaneæ pedamentis omnibus præfertur facilitate tractatus, perduranti peruicacia.

Cãstãnētŭm, locus castaneis consitus. Colum. lib. 4. ca. 33. Propter quæ sæpe nouella castaneta caluescunt.

Cãstãnĭnŭm, oleum, ex castaneis factum.

Cãstellãnī, dicti qui castellum habitant. κωμῆται. Liui. 4. Bell. Maced. Decem milia popularium cum castellanis agrestibus in armis habuit. Ea forma, quemadmodum ab oppido oppidani, & à uico uicini.

Cãstellãtĭm, aduerbium, quasi turmatim, per castella disiecti. κατὰ φρέατα. Liui. lib. 7. Vt hostibus, & nocturno pauore attonitos, & circa collem castellatim dissipatos aggrederẽtur.

Cãstellŭm, diminutiuum à castro, paruus uicus muris circundatus. ἐπιτείχισμα, φρούριον, προβολή. Cic. pro Cecin. Ecce ipse Ebutius in castellum uenit. Cæsar, Cunctis oppidis, castellisq; desertis. Dicitur etiam receptaculũ illud, quod aquam publicam suscipit, ex quo fluit aqua fistulis. Frontinus: Omne plumbum, & omnes impensæ ad aquæductus, & castella, & lacus pertinentes inde erogantur.

Cãstĕrĭã, (νῆες) significat locum ubi cum nauigatio conquiescit, remi & gubernacula reponuntur. Plaut. Quin si pol reposui remum sola ego in casteria, ubi quiesco. Lactantio dicitur pertica quam in naui hortator remigum tenet, qua si incesserit, remiges non desinunt: si deposuerit, conquiescunt à labore.

Cãstĭgo. as. penult. prod. propriè uerbis reprehendo, quasi castum. id est honestum ago. παιδεύω, σωφρονίζω. Vergilius, Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes. Quandoq; castigare est uindicare, punire. κολάζειν. Idem libro 6. Castigatq; dolos, subigitq; fateri. Hinc castigatum dicimus correctum, emendatumq;. κατορθωμένον. Inde castigatio, κόλασις, & castigatiuncula diminutiuum.

Cãstĭtãs & pudicitia, paria putantur, cum sit pudicitia abiniuria turpium libidinum libera: castitas & ab his continens est & remota, præterea & religiosa mundicia & puritas. Cic. 2. de legibus, Ei colendæ uirgines præsint, ut aduigiletur facilius ad custodiam ignis, & sentiant mulieres in natura fœminarum omnem castitatem pati.

Cãstĭmŏnĭã, Cãstĭtūdo, & Cãstŭs, huius castus. idem significant quod castitas.

Cãstŏr. (κάστωρ) animal, Latinè fiber ponticus, cuius testiculos medici castoreum uocant. Græcè κάστορ & ὄρχις, καστόριον. Hic comprehensa hominis parte, non antè, quàm fracta concrepuerint ossa, morsu resoluit. Habet caudam piscium, cætera species lutræ, pilus mollior pluma, ex genere amphibio est, cui in aqua & terra uictus est. Et licet sint qui dicant castora castrare se, ne à uenatoribus capiatur, cum sciat se expeti propter testiculos, qui medicinis adhibentur: Sextus tamen diligentissimus medicinæ conditor, negat testes amputari ab ipso castore, cum capitur, quinimò paruos esse ait, substrictosq; & adhærentes spinæ, nec adimi sine animalis uita posse, uerum folliculos genitos ex uno nexu dependenteis qui amputentur, quorum uis medica sit.

Cãstŏrĕŭs. a. um. adiectiuum, ut castorius odor. Plin. profœtido, & putri, uel acuto. Castorea. orum. authore Plin. li. 32. c. 3. uocantur testes castoris. Idem li. 26. ca. 11. Clauos pedum extrahit ladanum cum castoreo, uerbenaca ex uino. Pharmacopolæ illud quoq; uocant castoreum, quod unguentum compositum est ex castoris testibus auulsis.

Cãstrã, plurali numero appellantur exercitus, cum in procinctu pergunt, aut in certo quolibet loci itinere demorantur. παρεμβολή. Cic. 7. Verr. Iste nouo quodam ex genere imperator, pulcherrimo Syracusarum loco statiua sibi castra faciebat. Similiter locus in quo milites tentoria fixerunt, uel

ipsa

ipſa tentoria in quibus milites diuerſantur, στρατόπεδον. Vnde & de nauibus Vergilius dixit, Nos caſtra mouemus, quoniam in illis milites eſſent. Cæſar 5. bell. Gall. Atq; is imperat, ut coactis omnibus copijs, caſtra naualia de improuiſo adoriantur atque expugnent. Dicta à caſtri ſimilitudine, quòd foſſa, uallóq; quaſi muro circundari ſolent.

Cāſtrāmĕtŏr, penultima producta, caſtra loco, ſiue pono. στρατοπεδεύω. Liuius 9. ab Vrbe, Eò COSS. cum ualido exercitu uenerunt: & primò circa ſaltus, cum utrinq; ad hoſtem iniqua uia eſſet, cunctati, caſtrametatiq; ſunt.

Cāſtrārĕ, propriè eſt uirilia amputare. ἀκρωτηριάζειν, ὀυνχίζειν, ὀρχοτομεῖν. Iuuenalis, Nullus ephebum Deformem ſæua caſtrauit in arce tyrannus. Licet & de quacunq; truncatione, ſiue priuatione quandoq; dicatur. Pacuuius, Vt eſſet aliquis qui linguam eius caſtraret. Quidam caſtratos, ſpadones, & eunuchos ita diſtinguunt, ut caſtrati ſint, quibus teſtes naturaliter deſint: ſpadones, quibus uiolenter detracta eſt uirilitas: eunuchi, à dominis caſtrantur, ut diutius eis abutantur. inde nomen ab ὀυνὴ καὶ ἔχω. ſed σπάω, euello. inde ſpadones. Vlpianus tamen ſpadonum nomine omne genus euiratorum comprehendi ſcribit. Hinc caſtratio uerbale, uirilium amputatio: & caſtratura. ræ. idem.

Cāſtrēnſis, & hoc caſtrenſe, (στρατικὸς) quod ad caſtra pertinet. Vnde caſtrenſes uigiliæ, & caſtrenſe peculium, eſt quod à parentibus uel cognatis in militia agenti donatum eſt: uel quod ipſe filius familias in malitia acquiſiuit, quod niſi militaret, non acquiſiturus fuiſſet. Et caſtrenſia bona dicuntur, quæ licet in militia filio familias non acquiruntur, ita tamen fiunt ipſius, ac ſi acquiſita in militia fuiſſent, ut ſunt ea quæ ex officijs acquiruntur.

Cāſtrŭm, (χάρυμα) numero ſingulari locus eſt muris munitus: dictum à caſa, quòd ſit coniunctio quædam caſarum. Cicero ad Cat. Vallo & foſſa circundedi: ſex caſtellis, caſtriſq; maximis ſepſi.

Cāſtŭlă, palliolum quo puellæ nudæ infra papillas præcingebantur. Varro, Caſtulam mulier ſumpſerat pro ſuccula. Hæc & περιζώνιον, & procinctorium appellatur.

Caſtus. a. um, quaſi uacuus, ſignificat honeſtum, continentem. ſiue (ut Nonius ait) qui eſt ſine libidinis, & turpitudinis nota. ἁγνὸς, σώφρων. Plaut. in Pen. Vt deceat nos eſſe à culpa caſtas. Vnde dicimus uxorem caſtam, & caſtum cantū, in quo nihil eſt laſciuiæ: & caſtam manum, quæ ſe ab alienis continet. Item pro pio & religioſo. Verg. Quiq; ſacerdotes caſti dum uita maneret. Caſtitudinem pro caſtitate ueteres uſurparunt. ἁγνότης. À caſto fiunt aduerbia, caſtè. id eſt pudicè, (ἁγνῶς) caſtius, caſtiſſimè.

Cāsūră. æ. caſus, ſeu cadendi actus. πτῶσις. Hieron. Totum amiſit in caſura, quod erat ædificatum in ſabulo

Cāsŭs, (σύμπτωμα, τύχη) modo fortuna eſt, ut Boëtius lib. 5. de Conſol. Modò inopinatus euentus. Seneca, Multa enim caſu potius quàm ratione eueniunt. Modò ruina, πτῶσις. Curtius, Inopinatò rhedæ caſu oppreſſus. Modò calamitas, & infortunium, σύμβαμα. Verg. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros, Et breuiter Troiæ ſupremum audire labores. Caſus temerarius à græcis αὐτόματον dicitur, à Cicerone temeritas. Item caſus dicuntur uocabulorum formæ, quia in aliam atque aliam cadunt effigiem. Caſum ueteres antiquum uocabant, quaſi iam cadentem.

Cătăbăſis, (κατάβασις) inferior ſolis meatus, deſcenſus.

Cătăbăthynŏn, (καταβάθυνον) dici poteſt demerſum, cauum & profundum.

Cătachrēſis, (κατάχρησις) pen. prod. tropus, quam nos abuſionem, uel uſurpationem dicimus, cum alienis abutimur perinde ac proprijs, cum propria deficiunt: ut, Facies ſimillima lauro. Nam facies hominis eſt. ex κατὰ contra, χρῆσις dicitur uſus. Catachreſticus, (καταχρηστικὸς) abuſiuus.

Cătacliſtă, (κατακλειστός) ueſtis undique clauſa: dicta à uerbo καταπακλείω. id eſt undiq; claudo.

Cătaclȳſmŭs, (κατακλυσμὸς) diluuium & inundatio dicitur. Varro 3. de re Ruſt. cap. 1. Thebæ, quæ ante cataclyſmum Ogygi conditæ dicuntur.

Cătacrĭsis, (κατάκρισις) condemnatio, uel dijudicatio. κρίσις enim iudicium

Cătadrŏmŭs, (κατάδρομος) pen. cor. Latinè decurſorium. καταδρομέω enim decurro. Suet. in Nerone, Notiſſimus eques Romanus elephanto ſuperſedens, per catadromum decurrit. id eſt, per ſtadium in quo equites decurrere ſolebant imaginario prælio, ut fit ſæpe in Gallia, principe ſpectante: liciras uocant. Budæus.

Cătagrăphă, (καταγραφὴ) deſcriptio, deſignatio. Pictores modo excurta appellant, à breuitate imaginum, quas ita repræſentari (cum ſint obliquæ) poſtulat ratio. Hæc & catagly-pha dicuntur.

Cătălēctĭcŭm metrum, (καταληκτικόν) dicitur, cui una tantum deeſt ſyllaba, ut apud Horat. Mea renidet in domo lacunar. Eſt enim ſenarium Iambicum perfectum una ſyllaba minus. Acatalectĭcum, (ἀκαταληκτικὸν) dicitur quod legitimo ſine clauditur: ut, Nec fonte labra prolui caballino. Eſt enim Iambicum ſenarium perfectum.

Cătălēpſis, (κατάληψις) occupatio, deprehenſio.

Cătălēxis, (καταληξις) terminatio.

Cătălŏgŭs, (κατάλογος) pen. cor. ſermo uel ſcriptura, quæ numerum uel ordinem deſignat. Plau. in Milite, Si minus cum cura aut catalogo loquendi lectura ſiet.

Cătălȳmă. atis. (κατάλυμα) refectio, diuerſorium.

Cătălȳſis, (κατάλυσις) diſſolutio.

Cătămīdiārĕ. καταμαδιᾶν. Spartianus de conſtitutionibus Hadriani loquens, Decoctores bonorum ſuorum, ſi ſuæ autoritatis eſſent, catamidiari in amphitheatro, & dimitti iuſſit. id eſt deridendos omnibus per theatrum præberi. À Græco catamidio, quod deridere, & ludibrio habere ſignificat: ut id propemodum ludibrij genus eſſe ſuſpicer, quo polygami afficiuntur: id eſt, qui multis uxoribus abutuntur, cum mitellati in ſcalario ſuggeſtu laſciuientis plebeculæ ſcurrillitates obaudire perfricta fronte ad aliquot horas coguntur: mithrare id appellant. Cui non diſſimile eſt illud quod traducere Latinè dicitur Budæus.

Cătămītŭs (πόρνος) cum i Latino producto, puer meritorius, quo quis abutitur: μισθὸν Græci mercedem dicunt. quaſi κατὰ μισθὸν: id eſt pro pretio. Cic. 2. Philipp. O hominem nequam. quid enim aliud dicam? magis propriè nihil poſſum dicere. Ergo ut te catamitum, nec inopinatò, cum oſtendiſſes, præter ſpem mulier aſpiceret, ideirco, &c.

Cătaphrāctŭs, (κατάφρακτος) undiq; munitus, ex κατὰ undiq;, & φρακτὸς munitus. Seruius in 11. Aneid. Cataphracti equites, qui & ferro muniti ſunt, & equos ſimiliter munitos habent. Salluſtius, Et ſequebantur equites cataphracti. Eſt etiam cataphracta. καταφράκτη. lorica, ſiue thorax militaris. Vnde Vegetius ſcribit exercitum Romanum pedeſtrem cataphractis & galeis fuiſſe munitum. Et Liuius lib. 37. pedites loricatos, cataphractos uocat. Cataphractarij, qui cataphractis muniti ſunt. Lampridius de Alexandro, Cataphractarios, quos illi clibanarios uocant, decem milia in bello interemimus. Cataphractæ autem naues, pro tectis nauibus accipiuntur.

Cătaplāſmă. atis. (κατάπλασμα) emplaſtrum ſiue malagma, quod conſtat ex floribus eorum & ſurculis & axungia. Plin. lib. 20. cap. 16. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplaſma impoſuit cum opio.

Cătaplŏŏs, (κατάπλους) nauigatio.

Verg. 6 Æn: Hinc exaudiri gemitus et sæuum
sonare. verberum vim stridor ferri
tractæque catenæ.

Cătăpŏtēs, (καταπότης) dicitur guttur.

Cătăpŏtĭă, (καταπότια) pilulæ dicuntur, ἀπὸ τοῦ καταπίνειν, quod est deuorare, uel bibere proprie, quoniam neque estur, neque lingitur id genus, sed deuoratur. Plinius libro 26. capite 8. Est & semen in usu cum melle decoctum ad catapotia, soluendæ alui gratia.

Cătăpultă, (καταπέλτης) iaculum celere, uel sagitta. Plautus Curc. Atq; ita te neruo torquebo, ut catapultæ solent.

Cătărrhăctās, (καταῤῥάκτας) quidam cœli fenestras, quidam nubes, quidam subterraneas specus interpretantur. Alij à descendendo, pro pendulis portis sumunt ex ligno, ferróue, quæ demitti ac tolli possunt. Liu. Pendulas & recidentes portas catarrhactas. Idem, Porta catarrhacta deiecta clausa erat: eam partim funibus subducunt in tantum altitudinis, ut subire recte possent. Dictæ catarrhactæ, quòd ex alto defluere uidentur. Græci enim καταῤῥάσσειν cum impetu defluere dicunt. Vnde catarrhactæ etiam dicuntur, à terra exeuntes aquæ & ita ex alto defluentes, ut ruere potius quàm defluere uideantur, quales esse in Aegypto Nili catarrhactas legimus. Ita loca ipsa è quibus exeunt, catarrhactæ dicuntur, unde in maximis imbribus apertas esse cœli catarrhactas dicere solemus. Dicitur & hic catarrhactes, (καταῤῥάκτης)

Cătārrhŭs, (κατάῤῥους) Latinè fluxio, siue distillatio. Differt à coryza, & brancho. κόρυζα dicitur, cum pituita nares tantum obsidet, grauedo Latinè dicta: catarrhus uerò, cum fauces, palatum, ἁρυγξ & cum & guttur & arteria corripiatur: ob id & arteriacum quandoq; id uitium appellant. omnia hæc tamen Hippocrates coryzas uocat, nostri distillationes, quia Græcè καταῤῥοοὶ nominantur in commune. Dictus est autem catarrhus à καταῤῥέω fluo, distillo.

Cătārrhўtŭs, (καταῤῥύτος) pen. cor. Latinè irriguus, ex κατὰ secundum, & ῥύαξ riuulus, quasi iuxta riuos. Plinius lib. 5. Hipponem oppidum Aphricæ Catarrhytum à Græcis dictum, propter aquarum irrigua.

Cătăscŏpĭum, genus nauigij exploratorij, quòd circunquaque speculetur. Cic. ad Att. Aphracta Rhodiorum & Dicrotum, & Mytilenæorum habebam, & aliud catascopium.

Cătăscŏpŭs, (κατασκόπος) Latinè speculator. est enim σκοπεῖν speculari.

Cătăstă, (τὰ βάθρα. Lucian.) locus erat ubi uenales serui exponebantur, à καθίστημι uerbo Græco, quod significat exponno. Tibullus, Nota loquor, regnum ipse tenet, quem sæpe coëngit Barbara gypsatos ferre catasta pedes. Est & catasta machina lignea, qua serui uincti tenebantur. Plin. Tandem in catasta uidere Chrysogonum Syllæ. Hanc & longam & magnam compedem uocant.

Catasthlus. Vide Calasastri.

Cătăstrōmă. (κατάστρωμα) pen. prod. nauis partem, seu pauimentum significat.

Cătăstrŏphē, (κατασρωφὴ) Latinè subuersio, uolumen.

Cătătўpōsis, (κατατύπωσις) dicitur secundum figuram, quod fit cum aliquid iuxta alterius formam describitur, ut apud Verg. lib. 4. Omnia Mercurio similis, uocemq; coloremq;.

Cătēchēsis, (κατήχησις) instructio.

Cătēchīzo. as. (κατηχίζω) instruo, doceo, erudio.

Cătēchūmĕnŭs, (κατηχούμενος) instructus, seu audiens dicitur.

Cătēgŏrĭă, (κατηγορία. as.) accusatio. item κατηγορέω, accuso. κατήγορος, accusator. Item catedoriæ, siue categoremata Arist. id est prædicamenta. Quin & positiones quædam à Dialecticis categoriæ nominantur, quas prædicatorias Latinè dicere possumus: à κατηγορῶ, prædicare. Sunt autem decem prædicamenta, circa quæ uersari uidetur omnis quæstio: οὐσία. id est essentia, qualitas, quantitas, ad aliquid, agere, pati, ubi, quando, situs, habere. Appellatas uerò catagorias constat, ut inquit Augustinus in Dia. propterea quòd non possunt, nisi à subiectis agnosci. Quis enim quid sit homo possit agnoscere, nisi sibi hominem ponat ante oculos, quasi subiectum homini?

Cătēllŭs & Catella diminutiua à Catulus. σκυλάκιον. Plaut. in Stic. Tantillum loci, ubi catellus cubet, id mihi sat est loci. Martial. li. 1. Os & labra tibi lingit Manuella catellus.

Cătēnă, (σφεὼ) uinculum est ferreum, quo uel seruos, uel captiuos uel animalia irretimus ne effugiant. dicta est, quod se capiendo teneat, quia in ea annulus annulum capit. Liu. 1. ab Vrbe, Iniecti Turno catenæ. Quidam hoc nomen à cane deduci putant, & propriè dici, quia uenatici canes uincti tenentur, sed largius sumitur. Seneca ad Luc. Vna est catena quæ nos alligatos tenet, amor uitæ.

Cătēno. as. ligo. κατέω. à quo concateno compositum. Cælius ad Ciceronem, Vellem quidem uerna propugnaturus tantum animi habuisset in uestro Domitio, quantum ipse catenatus in hoc habuit.

Cătēnŭlă, (ἁλυσίδιον) diminutiuum à catena.

Cătĕruă, (τάξις) propriè Gallorum legio, sicut phalanx Macedonum, quæ certo numero constat. Nam authore Vegetio lib. 2. cap. 2. in caterua erant sena militum milia. Plerunq; tamen pro multitudine sumitur. Cic. 1 Tusc. Cateruæ contradicentium. Et 7. Verr. Cateruæ testium.

Cătĕruārĭi, certatim conglobati. οἱ συστροφοί. Suet. in Augusto. Sed & cateruarios oppidanos inter angustias uicorum pugnantes temere.

Cătĕruātim., aduerbium, per uarias cateruas. ἀγελόν. Plinius lib. 10. cap. 24. Sturnorum generi proprium cateruatim uolare. Liuius belli Pun. 3. Iam primi conseruerant manus, cum alij cateruatim currerent. Gallicè par bandes. Colum. libro 3. cap. 19. Sed illud etiam dicendum est, an plurium generum uites habendæ sint, eæque seperatæ & distinctæ specialiter, an confusæ & mistæ cateruatim. Id est, uermi sehet, undereinandren.

Căthārtĭcă, (καθαρτικὰ) purgatoria: à καθαίρω purgo.

Căthārmătă, erant homines qui pro peste, alió ue morbo expiando immolabantur dijs: qui ritus expiationis à Romanis usurpatur. Budæus.

Cathmæa, terra quæ in æs conijcitur ut fiat Aurichalcũ. Fest.

Căthedră, (καθέδρα) dicitur subsellium: ἀπὸ τοῦ κατὰ καὶ ἕδρα sedes, seu sella. Martialis lib. 11. De cathedra quoties surgis.

Căthedrālitĭŭs. a. um. ut, cathedralitius seruus, qui cathedras ad herum defert. Mart. Cum cathedralitios portet tibi rheda ministros, Et Libys in longo puluere sedet eques.

Cathinea, terra quæ in æs conuertitur, ut fiat aurichalcum.

Căthŏlĭcŭs, (καθολικὸς) dici potest uniuersalis, quasi circa omnia uersetur. Fit enim ex κατὰ. id est circa, & ὅλον, quod totum dicunt.

Cătīllo, as. are. catinos lingere. Plaut. in Cas. Operam uxoris polliceor foras, Quasi catillatum

Cătīllātio. λιχνεία. graue opprobrium obijciebatur hominibus generosis, si qui prouincias amicas populi Ro. expoliassent, quòd eorum bona liguriisse uiderentur. Festus.

Cătīllōnēr, (λίχνοι). qui catillos lingunt, & pro guloſis accipi solent.

Cătīllŭs, pars superior molæ, sicut meta pars inferior. Et catillus diminutiuum est à catinus.

Cătīnŭs, (τρύβλιον) quod & Catinum dicitur, pen. prod. uas immensum escarium, ubi pultem aut iurulenti quid ponebant, à capiendo appellarunt. À catinus fit diminutiuum catillus: à catinum catillum, uel catinolium, παροψίδιον. Vide Bayf. de Vasc.

Cătō, (κάτων) quasi sapiens & cautus. Catum enim Sabini acutum dicunt. Et cata dicta, accipienda sunt acute dicta,

ut author est Varro. Porphyrio tamen catum exponit pro experto & docto, cum ait Horatius: Post hæc ille catus quantumuis rusticus ibit. Et Plin. Catos à sapientia dictos intelligi uult sicut corculos. Horatius, Catus decore more palæstræ. Sed homo cautus nunquam terminat, nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum. Est item & proprium nomen.

Cătōblĕpās, aliâs Basiliscus dicitur, qui uel solo uisu hominem interficere dicitur, uide Perotum & Plin. lib. 8. cap. 21.

Cătŏchītēs, (κατοχίτης) gemma impositam manum uelut gummi retinens. Plin. lib. 37. cap. 30.

Cătōgĕum, (κατώγεων) domicilium subterraneum.

Cătōpўrītēs. κατοπυρίτης. gemma quæ ex Cappadocia uenit, Plin. lib. 37. cap. 10.

Cătōrthōmă, (κατόρθωμα) pen. prod. opus uirtutis rectum. Cic. lib. 1. Off. Recte factum interpretatur. Catorthosis. κατόρθωσις. recta effectio. κατορθόω, egregie cum uirtute aliquid facio. Cic. 3. de Fin. Quæ nos aut recta, aut rectè facta dicimus si placet: illi autem appellant. κατορθώματα. omnes numeros uirtutis continent.

Cătŭlāstĕr, catuli imitator: sicut ab Antonio, Antoniaster. Catulaster etiam significat ipsum catulum: hoc est paruum canem, siue filium.

Cătŭlīnŭs. a. um. quod ex catulo. σκυλακινὸς. unde Plaut. Catulinam carnem esitauisse Romanos ostendit.

Cătŭlīrĕ, est gestire, & coitum maris appetere. σκυλᾶν. Varro, Fœturæ principium admittendi faciunt ueris principio. tum enim dicuntur catulire: id est ostendere se uelle maritari. Plautus, Quin meam uxorem uidi catulientem. Hinc catulitio, (σκυλισμὸς) quæ dicitur cum canes maritari quærunt, quo etiam tempore terra aperitur. Plin. Catulitionem rustici uocant, gestiente natura semina accipere, eáq; animam inferente omnibus satis.

Cătŭlŭs, (σκυμνὸς) pen. cor. proprie significat canis filiolum: dictus propter sagacitatem. Varro, Catulus à sagaci sensu & acuto. Sed ponitur large pro omni ferarum filio, siue immanium siue mitium: unde de colubro Verg. Catulos tectis atq; oua relinquens. Et de leonibus Plin. Raptor appropinquante tigridis fremitu, abijcit unum ex catulis. Idem, Simiæ gestiant catulos, quos mansuefactæ intra domos peperere. Idem, Murium quoq; catuli ostentum faciunt. Idem delphinûm catulos nominat. Lacertarum quoque & cæterorũ serpentiũ filij catuli dicuntur. Hinc fit aliud diminutiuum catellus. Accipitur quandoq; catulus pro ipso cane. Apuleius, Catulos secum ducens uenaticos atq; sagaceis. Interdum pro quodam uinculi genere, quod etiam canis dicitur. Plaut. Faciam te delicatum, catulo ut accubes ferreo.

Cătŭs (γαλῆ) animal muriceps. fœminini generis, secundum Seruium libro de Græcis latinis nominibus. Alij uolunt scribi per simplex t, prima breui.

Căuă. æ. foramen in quo aues nidificant. φώλεως. Plin. Multo tamen efficacissime, ripariarũ pulli, ita uocant in riparũ cauis nidificantes. Sed non est necesse ut cauis à caua deriuetur.

Căuædĭŭm (ut Plin. Iunior in Epist. dictione mutilata: siue cauumædiũ, ut Varro dictione integra) locus est sub dio uacuus, cinctus undiq; porticibus, ad communem omnium usum. Huius tria sunt genera, Tuscanium, Corinthium, Tetrastylon, displuuiatum, & testudinatum.

Căucălis. lis. genus herbæ, fœniculo similis, breui caule, flore candido. Plin. lib. 22. cap. 22.

Căudă (ἐρά) quam ueteres etiam codam dicebant. unde caudati, & codati, (κραδόδες) dicuntur qui caudas habent. Interdum ponitur cauda pro uirili membro. Horat. in Ser. Quæcunq; excepit patienter uerbera caudæ. Idem lib. 1. Accidit ut quidam testes caudamq; salacem Demeteret ferro.

Căudăcŭs. significat suauem, & mansuetum.

Căudĕcă, cistellæ appellatæ sunt ex iunco, ad similitudinem caudæ equæ factæ. Festus.

Căudex uel Cōdex, (κορμὸς) pro cautex, d pro t posito, dicitur in fruticibus & arboribus id, quòd à radice supra terrã simplex assurgit: siue in quod fruticis uel arboris à radice defertur alimonium: differtq; in hoc à caule, ut caulis ad herbas, caudex uero ad frutices & arbores pertineat. Quod autem ex caule aut codice deseratur, id non caudex aut caulis, sed pars caulis aut caudicis appellabitur. Lactant. Caudice de secto lachrymat sua gaudia palmes. Verg. Quin & caudicibus sectis mirabile dictu. Antiqui etiam tabulas ligneas, in quibus inclusa cera erat ad aliquid stylo describendum: uel etiam omnino caudiceas, & ex caudicum partibus leuigatis & tenuioribus factis compositas, codices siue codicillos appellauerunt: quòd ex arborum codicibus, uel codicum partibus tenuioribus, membranulis scilicet, ac tunniculis fieri solerent. Est præterea caudex plurium tabularum contextus. unde tabulæ codices dicuntur: & naues quibus commeatus subuehuntur, caudicariæ, siue codicariæ, appellantur. Sic etiam Appius Claudius Caudex cognominatus est: quoniam primus Romanis persuasit nauem conscendere.

Ponitur & pro duro sedili, seu pro sede meretricia, quæ plerunq; ex truncis fieri solet. Iuuenalis: Horrida quale facit residens in codice pellex.

Căudĕus. a. um. quod est ex caudice. Plaut. in Rud. Cistellam istic inesse oportet caudeam in isto uidulo.

Căudicālis, ad caudices scindendos idoneus. Plaut. in Pseu. Te cũ securi caudicali præficio prouinciæ. id est, præpono te oneri scindendorũ lignorũ, quæ caudis nomine appellãtur.

Căudicārĭæ naues, quæ commeatus per Tyberim subuehunt, quòd ex lignis crassiorib. cauatis fierent. Fitq; à caudice, dũ pro trunco seu tabula ponitur, quæ & codicariæ dicuntur.

Căuĕă. (ἄνδρων) à cauo fit, significatq́ue locum sub terra uacuum atq; obscurũ. Quoniam uero in huiusmodi locis esse consueuerunt ferarũ cubilia, caueas pro ipsis ferarũ receptaculis usurpamus. Apul. Bestiam immittimus caueæ. Suet. Bestiarũ more quadrupedes caua coërcuit. Et ab harũ similitudine pro septis ex ligno, siue ex ebore, aliâ ue materia factis, in quibus auiculas tenemus, οἰκημάτια, οἰκίδια, Plau. in Cur. Quia enim cauea si forent concluſi itidem ut pulli gallinacei. Item cauea, est area in medio theatri, (θεωρητήριον) in qua equitum subsellia constituta esse consueuerunt, quòd uelis tecta caueæ similitudinem haberent. Plaut. in Amph. Vt conquisitores singuli in subsellia eant per totam caueam spectatoribus. Quandoq; ponitur pro populi consessu. Ver. 5. Aeneid. Hic totum caueæ consessum ingentis, & oora.

Căuĕo. es. cautum. (εὐλαβεῖσθαι) significat cautionem, hoc est, diligentiam adhibere, prouidere, consulere, prospicere ne aliquid præter spem accidat. Varia huius constructio est. Plautus Caue nemo id intelligat. Et cum datiuo. Cicero Famil. libro septimo: Tu qui cæteris cauere didicisti, in Britannia ab essedarijs ne decipiaris, caueto. Plautus in Bacch. Lyd. Tu amicam habebis? Pistoc. Cum uidebis, tum senties. L. Imò neque habebis, nec sinam: iturus sum domum. P. Omitte Lyde, ac caue malo. L. Quid caue malo? P. Iam excessit mihi ætas ex magisterio tuo. Terentius Eun. act. 4. sce. 7. Istuc est sapere, ut hosce instruxit, ipse sibi cauit loco. Cum datiuo & accusatiuo. Plaut. Baech. Hæc ita me orat, sibi qui caueat, aliquem ut reperiam hominem, Istoc milite ut ubi emeritum sibi sit, se reuehat domum: Id amabo te huic caueas. P. Quid isti caueam? &c. Et Cato de re Rustica capite 5. Scabiem pecori & iumentis caueto. id est uideto ne scabie afficiantur. Cum datiuo & præpositione ab. Plautus Pseud. Hercle, quin ut tu prædicas, Cauendum est mihi abs te irato. Cum accusatiuo. Terentius

tius Eunuch. Quod cauere possis, stultum est admittere. Cicero Attic. Bibulus Pompeium fecerat certiorem, ut caueret insidias. Sunt aliæ quoq; in hoc genere loquendi formæ: ut, Caue facias, pro caue ne facias. Caue faxis, pro caue ne feceris. Caue responderis. pro caue ne respondeas. Quæ omnia cum ut, aut ne Latine dixeris. Cū ne, Teren. And. Tum id cauit, ne unquam infamiæ ea res sibi esset. Cum ut, Plau. Bacchi. Quid isti caueam? B. Vt reuehat domum. Quin & in iure usus est huius uerbi, cum scilicet (ut tradit Alciatus) significat securum facere. Is autem securus est cui uel pignore, uel fideiussione consultum est. Ad hanc significationem huiusmodi locutionis genera referuntur: ut, Cauere capite, pro capitis periculose obligare, & alium sibi eodem uinculo obstringere. Cauere testamento. Cic. de Finib. lib. 2. Sed ut sit, etiam ne post mortem coletur, id q; testamento cauebit is, qui nobis quasi oraculum ædiderit, nihil ad nos post mortem pertinere? Idem in Bruto: At uero (inquam) tibi ego Brute non soluam, nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem, cuius petitio sit, petiturū: id est, nisi à te spondente satis accepero. Sic cauere obsidibus de pecunia, est dare obsides, quoad pecunia dissoluatur. Cauere sibi obsidibus ab aliquo, pro obsides exigere. Et, cauere alicui obsidibus, pro obsides dare. Inuenitur & cauo. is. in eadem significatione. Horatius in Serm. Vade, uale, caue, ne titubes, mandataq; frangas. Vbi ue syllaba existente breui, imperatiui modi caue, coniugationis tertiæ esse conuenit. Nam caue à caueo producit ue. Hinc componitur præcaueo, quod est diligēter caueo. Ter. Hoc tempus præcauere mihi me monet.

Vrg. in Æneid. Aut occulta fluit & turbis adoperta ruina.

Cāuērnā, (ἄντρον) concauitas quædam terræ uacua atq; obscura. Vide cauernosus. a. um. (ἀντρώδης) pro loco passim uacuo, & ueluti cauernis pleno.

Cāuiārēs hostiæ, quæ & Cauæ. erant enim partes hostiæ caudatenus, quæ in sacrificio pro collegio pontificum quotannis ponebantur.

Cāuillā. æ. Cauillum. li. σκῶμμα. irrisio quædam iocosa. Plautus in Aululatia, Pone hoc sit, auser cauillam: non ego nunc nugas ago. Idem in Trucul. Quid id est, amabo? isthæc ridicularia, cauillationes uis? Opinor, dicere, ita ut pauxillum differat à cauillis.

Cāuillo. as. & Cauillōr. aris. ϐωΐζομαι. deponens, à caluo. is. i litera abiecta, significatq; fallacia & dolo utor. unde Boëtius super Topic. scribit, cauillationem partem quandam logices esse, quum inquit: Colligendi facultas triplici diuersitate tractatur. Aut enim ueris & necessarijs argumentationibus disputatio decurrit, & disciplina uel demōstratio dicitur. Aut tantum probabilibus, & dialectica dicitur. Aut apertissimè falsis, & sophistica, & cauillatoria perhibetur. Sic Seneca & Cicero cauillationes dixerunt quæ Græcè ϐωΐσματα nuncupantur. Vlpian. Cauillationis natura, quā Græcè ϐωΐσιλὼ appellauerūt, hæc est, ut ab euidenter ueris, per breuissimas mutationes disputatio perducatur. Caius Iureconsultus definit, quòd sit subdola ratio, quam, conscij nobis mendacij, uincendi tamen causa proferimus. Cic. lib. 2. de Orat. Cum duo sint facetiarum genera, alterum æqualiter in omni sermone fusum, alterum peracutum & breue, superior cauillatio, altera dicacitas nominata est. Idem lib. 4. de Natura Deo. cauillari pro cauillum dicere accipit, λοιδορεῖσθαι: Atq; etiam in eo cauillatus est, æstate graue esse aureum amiculum, hyeme frigidum. Suetonius in Vespa. Et maxime tamen dicacitatem in deformibus lucris affectabat, ut inuidiam aliqua cauillatione dilueret, transferretq; ad sales. Cauillator, φιλοκόρθομος, φιλόψογος.

Cāulā (ἔπαυλις, ὀρκάνη) Latinè stabulum dicitur, in quo oues reconduntur, addita c ad αὐλὴ, quòd non solum atrium uel aulam, sed etiam stabulum & omnia septa designat. Festus à cauo caulā deriuat, quòd antiqui ante usum tectorum, oueis in antra ducebant. Sed uerius ἀπὸ τ κωνλῶν. nam etiam nunc fiunt ex uiminibus. Verg. 9. Aeneid. Ac ueluti pleno lupus insidiatus ouili Cum fremit ad caulas.

Cāuleſco. is. (κωνλᾶμαι) à caulis esse conuenit. Est autem caulescere uirgam fieri: licet quandoq; ponatur pro folia producere. unde & decaulescere contrarium, quod significat sine folijs fieri, ἀποκωνλᾶσθη. Plin. libro 19. Raphanis uti iucundū or detractis folijs antequam decaulescant.

Cāulīās. (κωνλίας) ex caule succus, qui in uase coniectus admisto furfure, subinde concutiendo, ad maturitatem perducebatur.

Cāulīcŭlŭs, (τὸ κωνλίον) diminutiuum à Caulis. Plin. Hic est quidam ipsorum caulium delicatior, teneriorq; cauliculus. idem, coliculus.

Cāulīs, huius caulis uel colis. ma. ge. (κωνλὸς) in herbis dicitur ipsum robur, siue stipes: id est, ea herbæ pars, unde se producunt folia aut ramusculi. Pli. li. 18. Namq; siliquæ caulesq; gratissimi sunt pabulo pecori. Et accipit siliquas pro corticibus, caules pro stipitibus. Item de gentiana, Folio fraxinī, sed magnitudine lactucæ, caule tenero. Sed quoniam nulla penè herba maiorem caulem habet quàm brassica, ideo pro brassica ponitur. Similiter in arboribus & in uite. Caulis dicitur robur ad quem alimentum defertur, & intelligitur quod supra terram exurgit. Planta est radix, unde alimentum attrahitur à terra. Ramus, quod à caudice exit. Surculus, qui è ramis oritur. Varro, Ex sarmento caules qui nati sunt, de his plurimum ualent. Verg. li. 12. Puberibus caulem folys. Ponitur & pro quibuscunq; holeribus. Iuuenal. Spes homini, caulis miseris, atque ignis emendus. Quandoq; pro cauda. Plin. li. 11. Boum caudis longissimus caulis, atq; in ima parte hirtus. Quandoq;, sicut docet Seruius, sumitur pro uirili mēbro. quandoq; pro ferro, & pro quolibet hastilī. À caulis fiunt composita, unicaulis, & multicaulis. Idem li. 12. Est & illa differentia, quòd quædam in his multicaulia, ramosaq; sunt, ut carduus.

Cāumă. atis. (καῦμα) Latinè calor, ἀπὸ τ καίομαι λέγεται. καίομαι enim uror dicitur.

Cāuo. as. fodio, euacuo. κοιλόω, κοιλαίνω. Plin. li. 36. In Syphno lapis est qui cauatur, tornaturq; in uasa coquendis cibis utilia. Huius composita sunt, concauo, excauo, & recauo. penēor. Ouidius lib. 2. Metamorph. Est locus in geminos ubī brachia concauat arcus.

Cāupo. onis. gen. communis, tabernarius: hoc est, esculentorum poculentorumq; uenditor. κάπηλος, οἰνοπώλης. Vlpia. Caupones & stabularios æquè nos accipiemus, qui caponam uel stabulum exercent, institoresue eorum. idem, Copo.

Cāupōnā, (καπηλὶς) uocatur tam mulier, quæ uinum uendit, quàm ipsa taberna uinaria. Cicero in Pisonem: Nónne tibī nox erat pro die? non solitudo pro frequentia? caupona pro oppido? Inde cauponula diminutiuum. Cicero 2. Philip. Delituit in quadam cauponula, atq; ibi se occultans, perpotauit ad uesperum.

Cāupōnārĭā. æ. ars cauponandi. καπηλική.

Cāupōnĭus. a. um. quod ad cauponem pertinet, καπηλικὸς: ut ars cauponia. Iustinus lib. 2. Iussitq; cauponias, & ludicras arteis, & lenocinia exercere.

Cāupōnŏr, penultima producta, significat lucri causa quasi ad cauponem uendito. καπηλεύω. Ennius: Nec cauponantes bellum, sed belligerantes, Ferro non auro uitam cernamus utrique.

Cāusĭă, (καυσία) aliàs Causea, tegmen capitis aptum calori. Vale. Max. li. 7. Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit casia, qua uelatū caput more Macedonū habebat.

Cāusōn, (καύσων) æstus, seu ardor. Inde ab Hippocrate & Auicen

mont. Vndor honor ac bibulg. et spro rui [illegible] ampla.

Auicenna causon febris æstuans appellatur.

Cāussā,(αἰτία)proprie dicitur id ex quo, uel propter quod,uel per quòd,uel à quo aliquid fit: unde illud frequens bonis authoribus, Quid causæ est?(πῶς ὄυ)id est,negare ne quisquam potest,uel causam alienam afferre? & causam haud dicam: id est,per me licet,non recusabo. Quatuor autem causarum genera scripsit Aristoteles: Materialem, ex qua aliquid fit. Formalem,per quam aliquid tale fit. Efficientem,à qua aliquid fit. Finalem,cuius gratia aliquid fit. Hinc rerum omnium opificem deum, causam causarum esse affirmat. Per translationem tamen caussa dicitur omnis actio, quam in senatu uel in foro habemus.δίκη. Vnde tria esse causarum genera scribit Cicero: demonstratiuum.τὸ ἐπιδεικτικὸν ἓιδος. deliberatiuũ.τὸ συμβουλευτικὸν.& iudiciale. τὸ δικαιϊκόν. Ex his tamen magis propriè caussa dicitur quæ iudicialis est.unde & caussam pro lite ac controuersia ponimus: ut Cicero diligenter egit caussam Milonis. Hinc causidici (ῥήτορες) dicuntur patroni, qui in causis iudicijsq; uersantur. Interdum caussa dicitur occasio.ἀφορμή. Terentius in Eunucho, Iam diu aliquam causam quærebat, quamobrem aliquid insigne faceret. Interdum dicitur excusatio.ἀπολογία. ut, Honesta est caussa mei discessus. Interdum ratio. λόγος.dicitur.Ouid.lib.1.Fast. Tempora cum causis Latium digesta per annum. Interdum dicitur origo.ἀρχή.unde & quidam caussam à casu dictam existimant,quòd initia & origines rerũ,quæ caussæ sunt,casu eueniant.Nonnulli à chaos, detracta aspiratione, quòd confusa illa materia prima omnium caussa fuerit. Alia à Græco καῦσις,quod ardorem seu incendium significat, quòd caussa sit, quæ nos accendit ad aliquid agendum. Alij à cauendo,quòd ea sit,quæ cauet ut aliquid agatur,aut non agatur. Et caussa pars appellatur. Lucan.libro 1. Victrix caussa deis placuit,sed uicta Catoni. Diminutiuum à caussa est caussula.

Cāussārĭi milites, (ἀπόμαχοι, οἱ δι' αἰτίας τινὸς ἀπολυόμενοι τῆς στρατείας) dicuntur à Liuio lib.7.qui propter honestam caussam,puta ualetudinem à militia soluuntur, quasi ualetudinarij siue sontici,aut qui omnino caussam & admonitionem habebant ex morbo,senectute ue. Tertius, inquit, exercitus ex caussarijs, senatoribusq; à T. Quinto conscribatur, qui urbi mœnibusq; præsidio sit. Sic caussaria missio dicitur per quam milites soluuntur à sacramento militari. Vlpian. Caussaria,inquit,missio est,quæ propter ualetudinem laboribus militiæ soluit.

Cāussātĭo,(πρόφασις) quandoq; ponitur pro uitio interiore, & ægritudine.Pallad.lib.1. Si saluo capite in pulmonibus ac thorace,aut hilla est,aut rara caussatio.

Cāussātiuŭs.a.um. quod est caussa ut aliquid fiat, ὥστε. ut, Nimia repletio est caussatiua infirmitatis:quamuis etiam aliquando caussatiuum uocatur, quod antecedentem caussam significat:sicut & caussale, (αἰτιολογικὸν) ut coniunctiones caussales,seu caussatiuæ.

Cāussidicŭs,penult. cor. dicitur patronus qui in caussis iudicijsq; uersatur.δικανολόγος. Cic.1.de Orat.Non enim caussidicum nescio quem,nec proclamatorem,&c.

Cāussĭficŏr,caussam dico,αἰτιολογοῦμαι,σκήπτομαι. Plautus in Aul.Non caussificor quin ego illam habeam potissimum.

Cāusso.as.iudico,efficio.γγνάω.

Cāussŏr.aris.deponens,significat rei gestæ caussam affero seu reperio,& excusationem adduco. προφασίζομαι. Sueton. in Nerone, Caussatus nondũ esse fatalem horam. Idem,Syllanum,item socerum ad necem, secandasq; nouacula fauceis compulit, caussatus quòd se ingressum turbatius mare non esset secutus.Gellius,Negotium sibi esse caussatur. Verg. Caussando nostros in longum ducis amores.Caussari etiam culpare est.αἰτιᾶσθαι.

Cāussĭcă medicamenta, (καυστικὰ φάρμακα) sunt quæ habent uim causticam:id est usliuam.Plin li.2.ca.9. Stirpium brassicæ aridorum cinis, inter caustica intelligitur. Martialis, Caustica Teutonicos accendit spuma capillos.

Cāustŏn,(καυστὸν) Latinè dicitur ustile.Plin.Quartum caustum ad ellychnia.

Cāutĕrĕs,(καυτῆρες) idem quod cauteria, quos Palladius habendos esse in instrumento rustico præcipit.

Cāutĕrĭātŭs.a.um.quod est cauterio notatum.κεκαυτηριασμένος unde ab Apostolo cauteriata conscientia dicta est.

Cāutĕrĭŭm,(καυτήριον)instrumentum est,quo notæ imprimuntur,& morbi alioqui insanabiles inuri solent.Præterea cauterium in pictorum instrumentis continetur,quod bituminationes, & fortiores quæq; conglutinationes concoquuntur: maxime in ea pictura,quæ ἐγκαυστικὴ appellatur:quæ fit cerabonibus inustis, resolutis igne ceris. Martianus,Titulo de fundo instructo sic refert:Pictoris instrumento legato,ceræ, colores,similiaq; horum legato cedunt.item penicili & cauteria,& conchæ.

Cāutēs,(ῥοχία) uide in dictione Cos.

Cāutĭo.onis.prouidentia quædam, qua auertimus & uitamus aliquid,ne nobis accidat. Cic.4.Tusc.Quoniamq; ut bona natura appetimus,sic à malis natura declinamus:quæ declinatio cum ratione fiet, cautio appellatur: eaq; intelligitur in solo esse sapiente. Cautio est:id est cautione est opus. Terentius in Andr.Puerum autem ne rescisca mihi esse ab illa,cautio est.

Cāutĭōnālis.le.adiectiuum,ut cautionales stipulationes prætoriæ,apud Vlpian.de præt.stipul.lib.46.digestorum.

Cāutĕ,aduerbium:prudenter,callidè.Plau.in Curc.Cautè ut incedas uia. Cautim idem significat. Ter.in Heaut. Sed hæc ita ut sunt,cautim & paulatim dabis.

Cāutŏr,qui cauet & prouidet. Plautus in Epid. Iam cautor ipse captus est. Cicero pro Sest. At ille sceleratissimus,ex omnium scelerum colluuione natus, parum se fœdus uiolaturum arbitratus,nisi ipsum cautorem alieni periculi suis propijs periculis terruisset,&c.

Cāutŭm est,significat prouisum est.ἀπαίρεται,ἀφαίρεται.

Cāutŭs,& per syncopen Catus,sumitur pro homine prudenti, qui sibi scit cauere.ἀναβὴς,φρόνιμος,πεφυλαγμένος. Tere. in Phor. Vt cautus est, ubi nihil opus est. Nonnunquam pro re cui cauetur. Cic.pro Cec. Quò res mulieri esset cautior. Vnde incautus,(ἀνεξαπάτητος)qui nescit sibi cauere, Liu.lib.3.In incautum hostem decumana porta erupit.

Cāuŭs.a.um. (κοῖλος) propriè concauum, uacuum: à chaos, quod quasi uorago quædam erat inanis. Verg. Tum dea nube caua tenuem sine uiribus umbram.

Cāuŭs.(λοίλωμα)locus cauatus,seu elbuso.uulgò dicitur concauus. Varro,Facere his cauos oportet laxiores,ubi pullos parere possint.Colum.lib.12. Deinde cauum quem feceris, surculo obturato. Idem scribit cauum esse locum, qui inter ædium parietes relinquebatur, patulus ut esset. Cauæ hostiæ. Vide Cauiares.

C ANTE E.

CĔ,syllabica adiectio.quære in dictione Met.

Cēdo.is.si.sum.(πλαχαρῶ) uide in dictione Cædo.

Cēdrĕlătē.tes.fœ.gen.genus cedri.Plin.li.24.ca.5.

Cedrĭŭm,genus picis.Plin.lib.16.cap.11.

Cedrĭă,(κεδρεία) pix est quæ ex cedrelate defluit. Plin.lib.24. capite 5.Scabiem corporum ac pruritum oleo & cedria mistis tollunt.

Cedrĭdĕs,(κεδρίδες) pen.cor fructus cedri. Plin.li.24.cap.5. Cedrides.hoc est fructus cedri, tussim sanant,urinam ciũt.

Cedrŏsĭs,(κέδρωσις) uitis alba. Hæc & Brionia à Dioscoride appellatur.

Cedrŭs.κέδρος.arbor maxima,quæ in ædificijs utilitatem præstabat eò quòd huiusmodi materies et procera sit,nec onerosa parie

parietibus. Eius folia ad cupressi similitudinem respondent lignum iucundi odoris est, & diu durans, nec à tinea unquã
» exterminatur. Verg. Dant alios aliæ fœtus, dant utile li»gnum Nauigijs pinos, domibusq; cedrum atq; cypressos. Vide Plinium libro 13. capi. 5. Ex hac arbore nascitur oleum, quod κεδρέλαιον. dicitur, ut Vitru. libro 2. inquit: Quo reliquæ res cum sunt unctæ, uti etiam libri, à tineis & ca»rie non læduntur. Iuxta quem sensum Persius dixisse uide»tur, Et cedro digna locutus. Scribit Theophrastus li. 3. Cedrum esse iunipero non absimilem, sed foliis maximè distare. Hinc fit nomen possessiuum, cedrinus. a. um. κεδρινός.

Cĕlebrēsco, celebris fio. ἐνδοκιμῶ. Accius, Et qualiscunq; fama celebrescat tua.

Cĕlebris, & hoc celebrĕ (διάσημος, περιβόητος, ἐνδοκιμούμενος) pen. cor. distinguitur à frequenti, quod frequens dicatur creber: siue de loco, siue de re animata, ut frequens miles, frequens senatus: id est creber, copiosus, multus: frequentes domus. id est crebræ, multæ. Aliquando dicitur quod ab alijs frequentatur, ut frequens templum, in quod multi conueniunt. unde & infrequens, parum frequentatũ: ut infrequens forum, in quod pauci uel rari conueniunt: phœnix infrequens auis. id est, quæ rara reperitur. Cicero, Rei militaris te infrequentem tradidisti. id est fugientem à signis, & raro in pugna interessentem. Celebris uerò propriè dicitur uelox. Accius, Celebri gradu celerasse decet. Quoniam uerò accelerare gradum, frequentare est, factum est ut celebre pro frequenti accipiatur, & quod in omnium ore uersatur. Et hoc passiue tam ad rem, quàm ad personam relatum. Cicer. lib. 2. ad Heren. Locus quæritur celebris ne sit, an desertus. id est qui celebratur. Hinc celebritas, (πολυπλήθεια) frequentia. Quint. Ante omnia futurus orator, cui in magna celebritate, & in media Rep. uiuendum est, assuescat à puero non reformidare homines. Cic. Itaq; nos, qui in maxima celebritate, atq; in oculis quondam ciuium uiximus, nunc fugientes conspectum sceleratorum hominum, &c.

Cĕlebrĭtĕr, aduerb. significat cum cultu & honore. ἐπιφανῶς.

Cĕlebro. as. frequento. φοιτάω. Var. Cui non tam cura erat ut templa deorum, quàm ut popinas celebraret. Per translationem tamen, quoniam quæ frequentamus, etiam colimus, celebrare pro colere, & uenerari ponitur, τιμᾶν, ἑορτάζειν: & celebritas, pro cultura atq; honore. Hinc celebrare laudibus. ἐπιφημίζειν, δοξάζειν. & uirtutũ celebritatem (ἑορτὴν, ἐφημίαν, ἐπιφάνειαν) dicimus. Item celebriorem, & celeberrimum, pro honoratiorem, & honoratissimum.

Verg. 6 Aenid. Eumq; pater[illegible] tum rite sacrabit honorem.

Cĕlĕr, idem est quod uelox. ταχύς. Verg. Celeremq; fuga præuertitur Hebrum. À quo celerrimus, & celerissimus fiunt superlatiua, secundum Priscianum.

Cĕlĕro. as. pen. cor. celeriter aliquid facio. ταχύνω. Vergil. 9. » Aeneidos, Tum celerare fugam, patriaq; excedere suadet. À quo accelero compositum.

Cĕlĕrĭtās. atis. uelocitas. Cic. 7. Verr. Hæc Centuripina nauis erat incredibili celeritate uelis. Idem 1. Acad. In pedibus celeritatem, in manibus uim ponebant.

Cĕlĕrĭtūdo idem significat. Varro 3. de re Rust. Lucius Aelius putabat ab eo dictum leporem, à celeritudine, quòd leuipes esset.

Cĕlĕrĭpēs, qui leuis est pedibus. ὠκύπους.

Cĕlĕrĭtĕr, celeranter, & celeratim, aduerbia. id est uelociter.

Cĕlētēs, (κέλητος, ἀφ' ἕ κελεύω) pen. prod. uocantur equi, qui ad cursum soli adhibentur, siue bigis uel quadrigis: etiam nauigia, ut his temporibus fieri solet. Nam qui bigis, quadrigis ue adhibebantur ad cursum, desultorij dicebantur. Plin. Antiqui celetas tantum dicebant in sacris. Postea uerò & qui bigis uel quadrigis uicissent, Latinè dicuntur desultorij, quòd ex his facilè desiliatur. Celetes etiam testudines dicuntur.

Cĕlĕusmă, (κέλευσμα) clamor nautarum & aliorum, cum uno aliquid iubente omnes uniformiter respondent, quasi sibi inuicem iubentes.

Cĕlĕustēs, celeustæ, masculini gen. qui remiges hortatur, quasi nauigationis moderator: qui à Plauto Latinè hortator appellatur, quòd ea hortamenta faciat, quæ uerbo Græco celeusmata dicuntur etiam à Latinis, Budæus.

Cĕllă dicta est, quòd in ea celentur, quæ esse uolumus occulta. Græci. ἀποθήκη. dicunt, in qua res esculentæ, & poculentæ reponuntur. quamuis propriè ἀποθήκη cella uinaria sit. Capit autem cella significationem, ut illi adiectiua iunguntur, ut cella uinaria. οἰνὼν. cella olearia, ἐλαιὼν. cella farinaria, cella pomaria, cella lignaria, cella libraria, cella casearia. Et omnis locus in quo quid reponitur, cella dicitur. Vnde » Vergilius fauorum cauernas (κυτίαρους) cellas uocauit, » cum ait, Distendunt nectare cellas. Item loca, in quibus lauamur, aut ungimur in domo, cellæ dicuntur. Et cella, pars templi erat sacratior, in quam ingredi fas non erat. ἄδυτον. Vnde apud Gel. legitur Scipionem in capitolium uenisse, iussisseq; cellam Iouis aperiri, ibiq; solum demoratum fuisse. Liuius lib. 5. In cella Iouis Optimi Maximi habitaret exul.

Cellārĭă, locus ubi conditur uinum. οἰνών. Plaut. in Mil. Ego ejiciar cellaria. Et cellaria (ταμία, Homer.) quæ præest in cella. Idem in Mil. Iampridem quia nihil absulerit, Suceensetcellaria.

Cĕllārĭŭm. rĭj. (ταμεῖον) uidetur ea figura dici, qua granarium, penarium, ut pro cella ac repositorio accipiatur. sed est paucorum dierum, penu longi temporis. Hanc cellulam promptuariam, seu promptuarium appellant, in quo conduntur, & ex quo promuntur ad uictum necessaria. Plin li. 36. cap. 15. Quorum agri quoq; minorem modum obtinuere, quàm istorum cellaria. A penore etiam is locus penarium, & penaria, seu penuaria cella nuncupatur. Cic. in Ver. M. Cato sapiens cellam penuariam Reipub. nostræ, nutricem plebis Romanæ Siciliam nominauit. Huius diminutiuum est cellariolum.

Cellarĭŭs, (ταμίας) qui in cella præpositus est, ut rationes saluæ sint, aut penoribus recondendis. Colum. Vt cibus & potus sine fraude à cellaribus præbeatur. Plaut. in Cap. Promeme quid uis, te facio cellarium. Idem cellarios promos, & condos uocat, quòd & deintus promant, & intus condant. Ait enim in Pseu. Promus & condus sum procurator peni. Auson. Promusq; quàm condus magis.

Cĕllŭlă. æ. diminutiuum à cella. Ter. in Eunu. Cum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum.

Cĕlātĭm, aduerb. absconditè. κρυπτῶς. Gel. Quàm maximè celatim poterat, in insidijs duo disponit.

Cĕllo. is. quo ueteres utebantur pro cedo: nunc compositis tantum utimur, excello, & procello, & quod est excedo, & antecedo. Vide Cællo cum diphthongo.

Cĕlo, celas, abscondo, siue sciri nolo. ἀποκρύπτομαι, ἀποκρύπτω. construitur modò cum uno duntaxat accusatiuo. Cic. primo de Nat. Deor. Nec tu me celas, ut Pythagoras solebat alienos. Lactan. libro 5. Vtrum ne profitebitur fugitiuum se, uel pestilentem domum uendere. an celabit emptorem? Modò cum duobus. Plautus. in Bac. Aedepol scio filij furtum ætati malum, cum isthæc flagitia me celauisti & patrem. Eodem modo Græci. ἀποκρύπτομαι σε τὸ ἀπόῤῥητον. Modò cum ablatiuo mediante præpositione. Cicero Treba. Sed Bassus noster de hoc me libro celauit. At cum passiuè ponitur, res siue persona per quam quis aliquem celauit, ponitur in nominatiuo. Terentius in Eunucho, Vbi ubi est, diu celari non potest.

Cĕlox, genus nauiculæ breuis: à celeritate. Plau. in Asin. Quòd hanc celocem conferam. Apul. libro de Rep. Qui celocem

regere nequit, onerariam petit. Hanc & celotim uocant, & oxiam. ὀξεῖαν ναῦν, κελήτιον. Eam Rhodij inuenerunt.

Cĕlsŭs, altus, sublimis, (ὑψηλός) excellens. Plin. lib. 13. cap. 24. Pirmiores, celsioresq; infantes fore. Cic. 2. De Nat. Deor. Quæ primum eos humo excitatos, celsos & rectos constituit. Deduci quidam uolunt hoc nomen à cello antiquo uerbo. Festus à κέλης, qui sublimis equo uehitur: à quo celsitudo, pro excellentia. ϑεοχὴ. Vide Cælsus cum diphthongo.

Cĕltis, (λωτὸς) est arbor insignis, magnitudine pyri, de genere lotorum: in Aphrica crescit, incisuræ in foliis crebriores faciunt ne ilicis uideantur: fructui magnitudo fabæ, color croci. Tam dulcis ibi cibus est, ut nomen genti dederit. Siquidem Lotophagi nominantur.

Cĕlydrŭs, ornatus muliebris. Iuuen. Donant arcana celydros. Vbi alij cylindros legunt, alij Chelydros, quorũ utrum uis melius legeretur, quàm Celydrus sine aspiratione.

Cĕnchris, huius cenchridis, (κεγχρὶς) auis genus, Latinè tinnunculus dicitur, à tinnitu uocis: ex accipitrũ genere, quem Aristot. lib. 6. de animalibus solum ex adunco genere quaterna, & eo plura ouа parere dicit. Dicta est cenchris, quasi miliaria. Plin. Fimum cenchridis albugines extenuat.

Est & cenchris (κεγχρεὰ) ut inquit Hieronym. locus Corintho uicinus, imò portus ipsius Corinthi. Plin. lib. 4. Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc, angustiarum termini. Et cenchris, huius cenchris, serpens maculis plena, Thebano mori similis. Lucan. Et semper recto lapsurus limite cenchris, Pluribus ille notis uariatum tingitur aluum.

Cĕnchrītēs, (λιθόκεγχρος) gemmæ species, quæ ueluti sparsa milij grana habere uidetur. Plin. lib. 37. cap. 11.

Cĕnchrŏn, adamantis genus est, quòd sit milij magnitudine. κέγχρος enim milium dicitur. Plin. lib. 27. cap. 4.

Cĕnŏs. κενὸς. Latinè uacuus. unde cenodoxia, inanis gloria.

Cĕnŏtăphĭŭm, (κενοτάφιον) uacuum sepulchrum. κενὸς enim uacuus dicitur, & τάφος sepulchrum, à θάπτειν sepelire. Est enim ut capsa, quæ ponitur in templo ad officia mortuorũ. Verg. 3. Aeneid. describit Cenotaphium sic: Solennes tum fortè dapes, & tristia dona Libabat cineri Andromache, manesq; uocabat Hectoreum ad tumulum: uiridi quem cespite inanem Et geminas causſam lachrymis sacrauerat aras. Quo loco Seruius tumulum inanem cenotaphium esse dicit. Suetonius honorarium tumulum appellat in Claudiano: Cæterum (inquit) exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret, Galliarumq; ciuitates publicè supplicarent. Quibus uerbis significat cenotaphium Druso in Germania exructum, cum corpus eius Romam deuectum esset. Sic uocari possunt hodie, quas repræsentationes in anniuersarijs exequijs uocamus. Budæus.

Cēnseo. es. sui. censum. (ἀξιόω, τιμάω.) pen. cor. significat existimo, puto, arbitror. Liu. lib. 6. Bel. Pun. Censent, eò uenturum obuiam Pœnum. Item constituere, deliberare. Nam senator censet, cum sententiam dicit (ἀποφαίνεται) de eo, quod sibi uidetur, assentitur, cum alienam approbat. unde dicimus, Senatus aliquid censuit, à quo etiam censoris nomen tractum uidetur. Item censere, succensere significat. Var. Ne uobis censeam, si ad me referretis. Item esse in æstimatione, (τιμᾶν.) Boët. in Top. Quoniam faciendi liberi tres sunt partes. Vna quidem, ut censu liber fiat. Censebantur enim antiquitus soli ciues Romani. Inuenitur etiam censio. sis. sui. situm. pen. prod. Ouid. Prisca recensitis euoluere secula fastis. Aliquando censeri, est in precio haberi. σπουδάζεσθαι, δοκιμᾶσθαι. Composita à censeo sunt, accenseo, percenseo: (διεξέρχομαι) quod est perfecte censeo, numero. Colum. Rusticationis magna & diffusa materia est, partesq; si uelimus eius percensere, uix numero comprehendemus. Recenseo, & succenseo.

Cēnsĭo, (τίμησις) castigatio. unde censionem facere dicebantur censores, cum multam equiti irrogabant. Plaut. in Rud. Assume quidem, ne censionem semper facias.

Cēnsĭo hastaria, uocabatur cum militi multæ nomine ob delictum militare indicebatur, ut hastas daret.

Cēnsŏr, (τιμητὴς) qui censuram gerit. Censores magistri morum erant, à censendo: id est, arbitrando dicti, quòd illis summum arbitrium erat aliorum morum. Var. Censor ad cuius censionem. id est, arbitrium censeretur populus. Festus: Censores dicti, quòd quisq; tanti sua æstimaret, quantum illi censuissent: quod non absurdum uidetur, quia & rerum & morum censores erant. Vnde Plutarchus in Aemilio: Censura maximæ omnium magistratuum reuerentiæ, plurimæ potestatis, tum in alijs rebus, tum maxime ad morum emendationem. Nam senatores è senatu remouere potest, equitibus equos adimere, ex plebeijs ærarios facere, notare infamia, censum agere, lustrum condere. Erant autem duo censores, qui quinto quoq; anno creabantur.

Cēnsōriæ uestes, (ἱμάτια τιμητικὰ) dicebantur quibus censores merito uti possent.

Cēnsōrĭŭs uir, (τιμητικὸς) qui censor fuit, uel qui dignus est: ut censor sit, propter morum grauitatem, qui alios iudicet. Frequenter tamen iungitur rebus, ut censorium dictum, quod est censoris, seu quod ad censorem pertinet.

Cēnsŭălēs, qui censoribus assistunt famulantur. Sidon. ad Natiatium, Mistus turmæ censualium æmulatorum consulis proximè proximus eram.

Cēnsŭi agri, dicebantur qui emi & uenire iure ciuili poterãt.

Cēnsūrā, (τιμητεία, τιμητικὴ ἀρχὴ) censoris dignitas, sicut à prætore prætura: sicut cum dicimus Censor, qui gerit censuram. Plin. lib. 14. cap. 4. Catonem ille primus, triumpho & censura super cætera insignis. Accipitur interdum pro seueritate, correctione, decreto, & lege. Plin. in Pane. Nam uita principis, censura est, eaq; perpetua: ad hanc dirigimur ad hanc conuertimur. Apud Græcos censuræ genus, δοκιμασία. Iuuenalis. Dat ueniam coruis, uexat censura columbas.

Cēnsŭs. us. annuus redditus, & quicquid fortunarum quis habet. οὐσία, τιμητός. Quintil. Abiere uires, census, mens. Iuuen. Protinus ad censum, de moribus ultima fiet Quæstio. Cic. 2. De legib. À quo iterum funerum sumptus præfinitur ex censibus, à minis quinq; usq; ad minam. Vnde qui centum milia æris in professionem detulissent, censi dicebantur. Census equestris constabat ex sestertijs quadringentis.

Item census, dicebatur æstimatio rerum, ac bonorum facta, (κλῶσις) secundum quam tributa pendebantur. unde censum agere, (ἀπογράφεσθαι ποιεῖν) est recensere hominum facultates. Et census dicebatur, quod principi aut ærario soluebatur uiritim.

Cēnsŭs. si. (τιμηθεὶς) significat eum, cuius bonis factus est census. unde capite census, & capite censi.

Cēntaurĕă, siue Centaureon. (κενταύρειον) genus herbæ. Huius duæ sunt species, scilicet maior & minor. Nascitur in fine ueris, ambæ calidæ & siccæ complexionis in secundo gradu. Centaurij minoris radix excalefacit. Plin. lib. 25. cap. 6.

Cēntēnārĭæ cœnæ, dicebantur in quibus lege Licinia non plus centussibus. hoc est, centum assibus impendebatur, qui erant numi breues ex ære.

Cēntēnārĭŭs, & similia in arius, denotant non multiplicationem sui, sed numerum aliarum rerum, quæ non nominantur: ut lapis centenarius, non quòd centuplus sit, sed centum librarum. Homo centenarius, non quòd sit centum geminus, sed quòd habeat centum annos. Cc.

Cēntĭmănŭs, ἑκατόγχειρ. qui centum habet manus: qualem fuisse Briareum gigantem Verg. 6. Aen. refert. Horat. 1. Car.

» Teslis mearum centimanus Gyges sententiarum.

Cēntē

Cēntēsĭmŭs.a.um. Centesimum fructum ager attulit: hoc est, centies tantum, quantum sementis acceperat.

Cēntēsĭmă.æ.genus usuræ. Vide Budæum De asse.

Cēntĭfŏlĭŭm, rosa. de quo uide Plin. lib. 21. cap. 4.

Cēntigrānŭm, genus tritici: dictum quòd ferat centum grana. Plin. lib. 18. cap. 10.

Cēntĭpĕdă, (ἀκολοπένδρα) uermis est à Græcis ἴψ dicta, pilosus, multis pedibus, arcuatim repens, ab aliquibus multipeda, ab alijs millepeda. dicitur & scolopendra. Plin. lib. 29. capite 6. Idem superius Auscaripeda.

Cēntĭpēs, (ἑκατόμπους) qui centum pedes habet.

Cēnto.onis. (κώδων, ἐπίβλημα, σύρραμμα) uelum laneum, quod lana aut tomento consertum, ut ictus nullos patiatur. Cesar: Centones q; iniecerunt, ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerent, aut saxa ex catapultis lateritium discuterent. Sisen. li. 3. Histo. Aceto madefactis centonibus integuntur, quos supra perpetua classi suspensa cilicia obtenguntur. Quidam centonem capiunt pro stragulæ genere, super quo cubare solent. Cato lib. 1. De re Rust. centonem posuit pro uestimento rustico. hoc est, pro interiore uestimento, quod super subucula superinduì solet, bombyce inserta: Treis (inquit) centones quæris, sex culcitras, nouem in stragula. Similiter & Macrobius dum scropham sub centonibus iacere scribit, rusticam uestem esse declarat. Fieri autem centones constat ex pannis diuersorum colorum, uel lanis in unum condensatis atq; consutis. Vnde Homerocentones, ὁμηροκέντωνες: & Vergiliocentones, quales fecit Proba Falconia. Definit Auso. poëta quid sit cento, Varijs de locis, sensibusq; diuersis quædam carminis structura, in unum soli datur uersum, ut coëant, aut cæsi duo, aut unus, & sequens cum medio. nam duos iunctim locare ineptum est.

Cēntrŭm, (κέντρον) punctum sphæræ, aut orbis medium, certissima obseruatione destinguitur. Nam in omni orbe uel sphæra medietas centrum uocatur. Apuleius in Cosmographia, Cardinem, inquit, mundi, sic enim dixerim centrum, habet tellus. Cicero 1. Tuscul. Persuadent enim mathematici terram in medio mundo sitam ad uniuersi cœli complexum, quasi puncti instar obtinere, quod centrum illi uocant. Centra in marmore quæ dicantur, declarat Plinius libro 16. capite 39. Hinc fit centralis adiectiuum, κεντρικός. Plinius lib. 2. Quindecies & pluribus suberit, quàm terra centralis interueniat: Aliàs centron, uitium in crystallo, quod & sal appellatur.

Cēntŭm, (ἑκατὸν) nomen numerale & indeclinabile, ultra centum uariatur, ut decenti, trecenti, quadringenti, quingenti, sexcenti, septingenti, octingenti, nouingenti. Hinc centenus. a.um. (ἑκατόσος) ut centena milia. Sic ducentenus trecentenus, quadringentenus, quingentenus, sexcentenus. septingentenus, octingentenus, noningentenus. Centuplus, ducentuplus, trecentuplus, & reliqua. Centesimus, & deinceps. Centies quoq; aduerbium, (ἑκατοντάκις) decies, trecenties, quadringenties, quingenties, sexcenties. septingenties, octingenties, noningenties. Centenarius, ducentenarius, &c.

Cēntūmcăpĭtă, (ἑκατογκέφαλος) herba est ex aculeatarum genere: & aliorum nomine Eryngealba, siue Eryngium dicitur, (ἠρύγγιον) caule & radice in cibos à Græcis recepta. Plin. lib. 22. cap. 8.

Cēntūmpōndĭŭm, pro immani pondere legitur, etiam si centum pondo excedat. Plautus in Asin. & Cato de re Rusti. capite 13.

Cēntūmuĭrālĭă, iudicia dicta sunt à centum uiris. Nam cum essent Romæ trigintaquinque tribus, quæ & curiæ sunt dictæ, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, & Centumuiri appellati. Licet quinque supra centum fuerint, tamen quo facilius numerarentur, Centũuiri dicti sunt.

Cēntūncŭlŭs, (γναφάλιον) diminutiuum pro uili ac sordida ueste. Sene. lib. 11. Epist. Diurnum accipit, in centunculo dormit. Liuius & Front. accipere uidentur pro dorsualibus, & instratis iumentorum: à similitudine ueslis centunculi. Item herba, quam Plin. penulam uocat lib. 24. ca. 25. his uerbis, Itali centunculum uocant, rostratis foliys ad similitudinem capitis penularum iacentem in aruis.

Cēntuplex.icis. Plaut. in Perſa, Hæc nisi unde aberunt, centuplex murus rebus seruandis paruus est.

Cēntuplĭcātō, aduerbium. Plin. lib. 6. cap. 23. Quæ apud nos centuplicatò ueneunt.

Cēntŭrĭă, (ἑκατοντὰς, τάξις, ἑκατοστύς) in re militari centum continet homines, qui sub uno centurione sunt, quorum centenarius iustus est numerus. Cicero 2. de Diuin. Primum uide ne in cum dixerint, qui rogatur centuriæ fuisset. Centuriæ in agris, signant ducenta iugera. Centuria, à centum iugeribus uocabatur, sed mox duplicata nomen retinuit, inquit Colum. libro 6. Sicut tribus dictæ, primum à partibus populi tripartito diuisi, quæ tamen nunc multiplicatæ, pristinum nomen possident.

Cēntŭrĭātim, (κατὰ τάξεις) significat per centurias, siue abunde copioseq; à centurijs, quæ in comitijs ferebant suffragia. Cic. pro Placco, Distributis partibus tributim & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus.

Cēntŭrĭo, & Centurionus, (ἑκατόνταρχος & ταξίαρχος) dicitur, quia centum peditibus præest. In exercitu autem miles centurioni, centurio tribuno, tribunus legato, legatus consuli obediebat. sed seorsum magister equitum solum dictatori obtemperabat. Centurio autem dicebatur primipilus, teste Plinio. Veteres cum uiderent commisso prælio, acies facilè turbari, ut hoc incommodum euitarent, cohorteis in centurias diuisere, & singulis centurijs singulos centuriones præfecerunt, qui primò centurioni uocabantur, quemadmodum à decuriones decurioni. Cohortes in exercitu decem erant in singulis legionibus, sed prima, quæ reliquas & numero militum & dignitate præcedebat, aquilam habebat, quod præcipuum erat signum Romanorum. Centuriones huius cohortis cæteris centurionibus digniores habebantur. Prima centuria primipilum uocabatur, quòd circa signa grauis armatura constituta erat. Centurio ipse primipili centurio dicebatur, & primipilus. Hic non modò aquilæ præerat, sed quatuor centurias, hoc quadringentos milites in prima acie gubernabat, & tanquam princeps totius legionis merita consequebatur & commoda. Martial. Grata Pudens meritũ tulerit cum pramia pili.

Cēntŭrĭo.as. in centurias ordino. κατατάττω, καταγράφω, κατανέμω. Ager centuriatus, qui in ducenta iugera definitus erat. Romulus enim centenis ciuibus ducenta iugera distribuit. Et milites centuriati, qui in centurias ordinabantur. τεταγμένοι. Liuius lib. 29: Scipio postquàm in Siciliam traiecit, uoluntarios milites ordinauit centuriauitq;. Centuriata comitia, ut Asconius scribit, dicuntur cum ex sexu & ætate fertur suffragium, quòd per centenas turmas diuisus erat populus Romanus. Hinc succenturio, à quo succenturiati dicuntur milites, non primæ, sed secundæ centuriæ, ubi ad insidiandum maximè collocabatur. Ex quo in succenturijs, quesi in insidijs quempiam positũ appellamus. Terentius in Phorm. Nunc prior adito tu, ego in insidijs ero hic succenturiatus, si quid deficies. Propriè autem succenturiare significat explendæ centuriæ gratia numerum supplere.

Cēntŭssis, (ἑκατὸν μνᾶ) à decem decussibus dicitur, quæ sunt libræ centum, uel à centum assibus, qui erant numi breues ex ære, ut centusse licetur, id est centum libris ueneditur per auctionem. Persius, Et centum Græcos curto centusse licetur.

Cĕphălæ,

Cĕphălē, siue cephalis, (κεφαλὴ) pen.cor. significat caput.
Cĕphălĭcŭs, (κεφαλικὸς) capitalis.
Cĕphălĕa, (κεφαλέα) morbus quo totum caput infestatur. nam hemicranici ab hemicrania sunt dicti, qui dimidia parte capitis laborant. Plin.lib.20.cap.13. Lenit autem capitis dolores pota cum uino, aut cum aceto & rosaceo illita. Si uerò sint cephalea, cum farina ordeacea, uel aceto. Sed & Celsus cephaleam acutum quoddam pestilensq; ma
» lum appellat.
Cĕphălocrĭūstēs, (κεφαλοκρούστης) uermis, qui in foliis persici inuoluitur.
Cĕphălŭs, (κέφαλος) nomen piscis apud Græcos, quem Latini mugilem uocant: eò quòd caput in metu occultet existimans totum se abscónditum. A quo cephaleus.a.um.ut, caro cephalea. Lucil.libro 1.Saty. Abdomina, thynnia uenientibus priua Dabo, cephaleamq; carnem. Vide Gellium libro 10.capite 20.
Cĕphēnēs, (κηφῆνες) imperfectæ apes sunt, & inutiles operi, nisi quòd multitudine, quæ calorem confert, fœtum adiuuant.
Cēpĭnă, herba hortensis. Colum.lib.11.cap.3. (fuci.
Cēpĭŏnĭdēs.æ.gemmæ crystallini nitoris, quæ imagines reddunt ut speculum. Plin.lib.37.cap.10.
Cēpītēs, siue Cepocapites, gemma quæ candida est, uenarum nodis coëuntibus, candore imaginem referens. Plinius li
Cēpōrŏs, (κηπωρὸς) hortulanus. (bro 37.capite 10.
Cēpŏs, (κῆπος) Latinè hortus, Item tondendi genus ad frontis ornamentum. Suidas.
Cēpūrĭcă, (κηπευτικὰ) Græci appellant quæ nostri hortensia holera, scilicet quæ in horto seruntur. Vnde Sabinus Tyro, librum Ceporicῶn scripsit, hoc est hortensium, quem Mecœnati dicauit.
Cĕrăchātēs, gemma quæ ceræ colorem præ se fert. Plin.lib. 37.capite 10.
Cĕrămītēs, significat colorem figulini, qualem in plumis quorundam anserum aspicimus: unde nomen quoq; gemmarum uni Ceramites. Vide infrà cum aspiratione.
Cĕrăsphŏrŏs, (κερασφόρος) pen.cor. à nostris corniger dicitur.
Cĕrăs Amaltheas, (κέρας ἀμαλθέας) dicitur Cornucopiæ, à cornu Amaltheæ capræ, quam fabulātur Iouem nutriuisse.
Cĕrăstēs, κεράστης. Latinè cornutus: genus est serpentis, quod teste Plinio lib.8. quadrigemina cornua præfert, simillima arietum. nam κέρας.ατος. simili modo ceruus dicitur. In ge
» nitiuo Cerastis & Cerastæ. Lucan. Spinaq; uagi torquen
» te cerastæ.
Cĕrăsŭs.si. (κέρασος) pen.cor. arbor nota, à Cerasunte Ponti ciuitate sic dicta, quam cum Lucullus deleuisset, inde illam transtulit, & à ciuitate cerasum appellauit. Sanè arbor ce
» rasus, fructus uerò Cerasum. Ouid. de nuce, Audiat hæc
» cerasus, stipes inanis erit. Dicitur & cerasum pro arbore. Colu. Cerasa & tuberes, & armeniacæ amygdalæ, quæ primæ florent, possunt inseri commodè. In plurali cerasea ceraseorum, (κεράσια.) Plinius lib.14. Ceraseorum Apronia na maximè rubent. Inter cerasa principatum obtinent dura cina: Aćlia nigerrima sunt, & Iuliana tenerrima.
Cĕrătĭnă.æ. herba, de qua Plin.lib.26.cap.8.
Cĕrătĭă, uno folio, radice nodosa & magna. in cibo cœliacis & dysentericis medetur.
Cĕrătĭæ stellæ dicuntur, ἀπὸ τῦ κέρατος. hoc est à cornu, cuius speciem habent. Talis stella uisa fuit, cum Græcia apud Salamina depugnauit.
Cĕrătīnæ, (κερατίναι) apud Quintilianum species est ratiocinationis inexplicabilis: dictæ à cornibus, hoc est à materia ipsa qua uterentur, uerborum, cuiusmodi est: Quod non perdidisti habes, cornua non perdidisti, cornua ergo habes.
Cĕrătĭŭm (κεράτιον) nomen ponderis, medius obolus, siliqua.
Cĕrăunĭŭm, tuberis genus.
Cĕrăunŭs, Græcè fulmen.
Cĕrcĭtēs genus temonis, quære in proprijs.
Cercopa, Græci appellant lucri undiq; cupientem, quasi κερδώνα, quem nos quoq; lucrionem uocamus. Festus.
Cĕrcŏpĭthēcŭs, (κερκοπίθηκος) pen.prod. nomen compositum ex κέρκος, quæ dicitur cauda, & πίθηκος simia, quasi simia caudata, quam marmonem uulgò dicimus. Plin.lib.8. Cercopithecos nigris capitibus, pilo asinino, & dissimiles cæteris uoce sunt. Mart. Callidus emissas elidere simius hastas, Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.
Cercos, (κέρκος) auis de genere accipitrum, claudus altero pede. hunc Romani buteonem nominant. Malim κίρκος legere.
Cĕrcūrŭs, siue Cercuron, nauis Asiana prægrandis, authore Nonio, à Cyprijs inuenta, teste Plinio, lib.7.cap.56. Plaut. in Stich. Cercurum quo ego me maiorem non uidisse censeo.
Cæcubum, Vini genus, quod coctioni ciborum utile est.
Cĕrdistŏs, (κέρδιστος) Latinè significat acutissimum, perindeq; prudentissimum.
Cĕrdŏsўnē, (κερδοσύνη) astutia maximè quæ fallit.
Cĕrdo, lege Cerdos.
Cĕrdŏs, (κέρδος) Latinè dicitur lucrum. unde cerdones (βαναυσικοὶ) dicti sunt lucriones. Sunt autem artifices sordidi, & qui artes illiberales ex quæstus gratia exercent, quales sunt sutores ueterum calceorum, qui à Suetonio ueteramentarij appellantur. Martialis libro 3. Ebrius es, nec enim facetus
» res hoc sobrius unquam, Vt uelles corio ludere cerdo tuo. Cicero 1.de Nat.Deor. Orpheum poëtam docet Aristoteles nunquam fuisse, & hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cuiusdam fuisse cerdonis.
Cĕrĕālis.le. (δημητριακὸς) quod ad Cererem pertinet. unde Cereales, ædiles duo qui rei frumentariæ apud Romanos præerant: quorum creandorum author fuit C. Iulius Cæsar
» Cereale papauer. Verg.1.Georg. Nec non & ligni segetem & cereale papauer. Vbi Seruius, Cereale papauer, uel quod est esui, sicut frumentum: uel quo Ceres usa est ad oblitionem doloris.
Cĕrebrĭŭm, (ἐγκέφαλος) inquit Plinius, est uiscerum excellentissimum proximumq; cœlo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus. Hic habet sensus arcem, hic culmen altissimũ, hic mentis est regimen. À cerebro proficiscitur somnus. Quæ cerebrum non habent, non dormiunt. Diminutiuum à cerebrum fit cerebellum. παρὰ τὸ κεφαλίς.
Cĕrebrōsŭs, (αὐθάδης, παράλογος) dicitur homo ad insaniam facilis, cui cerebrum moueatur: uel à peruerso cerebro, qui totus suo consilio hæret, & obstinatus à nemine persuadetur, & iracundiæ obtemperans sine ratione fertur. Horat.lib.1.
» Serm. Donec cerebrosus prosilit unus. Dicitur & de brutis. Col.lib.2. Quod eo tempore fatum pecori sit noxium, & præcipue bobus, quos pabulo suo cerebrosos reddit.
Cĕrĭă.æ. potionis genus, quo utuntur Hispani. Plinius libro 12.capite 25.
Cerimonia, æ. religio sacrorum & pontificum. Cic.1.in Ver. Sacra Cereris summa, maiore nostri religione, confici cerimoniaq; noluerunt. Cice.pro Cor.
Cērinthē.es. (κηρίνθη) genus herbæ, mellis cum cera missi sapo
» rem habens. Verg.4.Georg. Et cerinthe ignobile gramen. Habet folium candidum, incuruum, cubitalis, capite concauo, cuius florum auidissimæ sunt apes. à cera deriuatur. Plin.lib.21.cap.12. Cerinthus autem alia est herba, lilio similis. Vide Cærinthe per diphthongum.
Cĕrĭnŭs.a.um. quod ceræ simile est: ut, cerinus color. Plinius, Sunt & nigra ac laudatiora, cerina atq; purpurea. Plautus in Epid. Cumatile, aut plumatile, aut cerinum. subintelligе uestimentum: quod & melinum ab eodem dicitur, à melis colore. Cæra superius per æ scribitur.
Cĕrĭŏn, (κηρίον) Græci dicunt fauum, unde & prosuaui & iucundo

cundo poni solet. Plin.lib.20.cap.1.

Cēritŭs,(νυμφόληπτος) pen.prod.quasi cereritus:hoc est, Ceres ira & indignatione uexatus. Nam in Cereris sacris furore corripiebantur. Et sicut à Baccho bacchantem dicimus, »sic à Cerere, ceritum. Horat.in Serm.Ceritus fuit aut »commotæ crimine mentis.id est,insanus & furiosus.Plautus in Amph. Tu certe laruatus es, aut ceritus. Idem: Iube hanc pro cerita circunferri.

Cērno.is.creui & secundum aliquos,cerni,cretum. Liuius lib. 7. Et quod haud minus timendum erat, stolide ferocem uiri »bus suis cernerat,& significat uideo. βλέπω. Vergilius »Cernimus astantes nequicquam lumine toruo. Quandoque cernere est consyderare. θωρᾶν. ut, Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit. Quandoque iudicare, statuere, deliberare.τάττω.Cicero li.4.de Leg.Quotcunq; senatus cre»uerit,populus ue iusserit,tot sunto:regio imperio duo sunto. »Lucilius:Postquam præsidium castris educere creuit.Pacuuius: Et æquum & rectum est,quod postulas iurati cernant. Quandoq; diuidere,secernere,cribrare: quod & incernere dicitur.unde & incernicula cribros uocamus. Plin.li.18. cap.11.Rursus quæ transit, arctiore cernitur. Vnde & crines dicti sunt,quòd sint discreti. Quandoque dimicare. Plaut. Pro patria Amphitryo dum cernit. Quandoque adire. (ἐμβατεύειν ἐς τὸν κληρονομίαν.) unde cernere hæreditatem filij parentibus dicti sunt, hoc est, cedere. Actius: Regnum tibi permitti malunt, cernam, tradam exercitus. Composita huius uerbi sunt concerno, decerno, discerno, excerno, incerno, secerno, succerno, quod est subdiuido. Plin. Aerinario cribro succernunt.

Ceroma, ceromatis neu.ge.dicebantur quo athletæ ungebantur,dum certaturi erant:hoc uero ex oleo terráq; constabat, nec ex omni quidem terra,sed ex quibusdam eius generibus, quibus robustiora fieri corpora,& ad tolerandos æstus, atq; algores firmiora arbitrabantur, ut erat albida quædam terra.

Cērnŭlŭs,à cerno formari uidetur, quasi diminutiuum à cernus,quod nusquam legi.potius cernigum à Cernŭus. Hieron y. contra Ruf. Quanquam tu occupatus in sensibus, & ad instruendam mihi calumniam cernulus,grammaticorum & oratorum præcepta contempseris.

Cērnŭus,(ἐπικεκυφὼς) proprie inclinatus, quasi qui terram »cernat. Vergil.lib.10. Erectóq; incumbit cernuus armo. Vbi Seruius:Cernuus equus dicitur, qui cadit in faciem quasi in eam partem, quam cernimus. Vnde & pueri quos in ludis uidemus, ea parte qua cernunt stantes, cernui uocantur:ut etiam Varro in ludis theatralibus docet.

Cērōstrōtŭm,(κηρόστρωτον)pen.prod compositum à κῆρος cornu,& στρωτὸς stratus:& est picturæ genus, cum ex cornibus ramenta tinguntur uarijs coloribus, deinde uermiculatim ligno inseruntur. Principio hoc ex ligni bracteis fieri cœptum postea cœpere tingi animalium cornua,dentes elephãtorum secari,lignumq; ebore distingui,mox totum operiri. Plin.li. 11.Nunc tincta, nunc sublita, nunc quæ cerostrota, picturæ genere dicuntur.Proprie tamen dicuntur cerostrota,cornibus strata:sicut lithostrota,lapidibus strata. (Cerreus.

Cērrŭs (αἰγίλωψ) genus arboris glandiferæ:inde adiectiuum

Cērtāmĕn, (ἀγὼν, ἆθλον) conflictus qui fit inter duos aut plures:siue (ut alij exponunt) res ipsa de qua certatur,scilicet uter columbam sagitta feriat,uter prior decurrat ad metas: certatio uero est ipse actus, contentioq; certantium. Græca certamina celebratissima hæc fuerunt: Olympia, Pythia, Isthmia,& Nemeæa,in quibus Græci magnos honores cõstituerunt uictoribus athletis.Nam Olympica, quæ in Olympo Arcadiæ monte iuxta Pisam & Elidem, quinto quoque anno in honorem Olympij Iouis celebrabantur, & qui uicisset,coronabatur oleagina donabatur.instituta que sunt anno mundi quadringentesimo supra quatuor millia: in eoq; certamine Hercules primus coronatus est. Pythia, Apollini sacra erant,quorum uictor poma referebat. Isthmia, ab Isthmo parte Arcadiæ,ubi celebrabantur in honorem Palæmonis, quem Latini Portunum dicunt. & qui uicisset, coronam ex appio reportabat.Nemeæa,à Nemæa sylua in memoriam Archemori Lycurgi filij fiebant, quorum uictores pinu coronati abibant.Hæc certamina etiam ludi plurali numero dicuntur, & spectacula. Certamen significat etiam priuatam contentionem.Sallust.Diu magnum inter mortales certamen fuit,ui ne corporis an uirtute animi,res militaris magis procederet.

Cērtātim, aduerb. significat singulariter unum cum altero, quisque pro uiribus studiose inter se contendentes.φιλοτίμως. »Verg.lib.8. Tunc lecti iuuenes certatim aræq; sacerdos. Suet.in Aug.Senatus & in funere ornando,& in memoria honoranda eo studio certatim progressus est.

Certatio.onis,contentio. Cicero pro Quintil.Non fuit mihi par certatio cum illo.

Cērtē, & Cērtō, aduerbia affirmantis. Cice.de Finib.3.Satis ne hoc conclusum uidetur? Certè. Terent. Hoc certò scio,Rhamnusium se aiebat esse.Vide in Certus.

Cērtisso.as.certus fio.Pacu.uocant cocos,unde certissent.

Cērtĭtūdo, à certus, unde incertitudo, notæ significationis. Græcè ἀσφάλεια,πληροφορία.

Cērto.as.(ἀγωνίζομαι) aliquando rei bellicæ conuenit,aliquando extra hanc significationem est omni re contendo:& tam in bonam partem quàm in malam accipitur. Cum datiuo. »Verg.Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas. Cum ablatiuo. Teren.Benedictis si certasset, audisset bene. Cum ablatiuo & præpositione de. Liu. Aricini atq; Ardeates de ambiguo agro cum sæpe bello certassent. Cum præpositione cum.Sallu.Sed (uti mos est illius gentis) equitare,iaculari, cursu cum æqualibus certare. Cum præpositione inter. Cicero:Reliquum est,ut officijs certemus inter nos. Et cum ad uerbijs,mecum, tecum, secum. Plin.Iun.Nam mihi satis est certare mecum. Inde certamen,& certatio, (ἀμφισβήτησις.) Hinc componuntur decerto,& concerto.

Cērtŭs.a.um ponitur pro claro,& indubitato, ἀφανής, δῆλος. à cerno pro uideo,quia ea quæ cernimus,clara & indubitata sunt. Vnde, Facio te certiorem, dicimus:hoc est, declaro & affirmo tibi ita esse. δηλόω, παρηγυῶ. Gell. Certi sumus non ignorare te, quid uena appellatur. Hinc fit incertus, dubius. Incerto.as. Certitudo. Interdum certus dicitur constitutus,hoc est,tantus & talis, quantum ac quale uolumus. Vnde certum uulnus feciss aliquem dicimus, cum nec »plus nec minus fecit,quàm uoluit. Mart. O quàm certa fuit »librato dextera ferro. Interdum discretus, ἀφωρισμένος. Hinc certos ferè plurali numero dicimus pro eo quod est, quosdam quasi à cæteris discretos. Cicero:Is enim cum certis alijs ad Cæsarem missus,paulò antè discesserat.Sallust. Apud latera certos locauit. Item certus, firmus, non uacillans.βέβαιος. Ouidius:Da mihi quod petitur certo contingere telo. Et certum dicimus deliberatum,in quo plerunq; adiungitur datiuus cum infinitiuo:ut, Certum est mihi. δέδοκταί μοι. in Asiam nauigare.Vergil.Certum est in syluis interspelæa ferarum Malle pati. Hinc fit aduerbium certè, ἀμέλει,νὴ δία:quod cum affirmatiuum sit, aliquando etiam prosaltem ponitur,(γοῦν,ἀπάγε, ἀπόπαγε.) Cicero Marcel. Victi sumus igitur, aut si uinci dignitas non potest, certè fracti et abiecti. Iungitur quandoq; cũ & semperq; affirmat. Cice. Et certè contra Cæsarem & ingressus armatus. Si autem iungatur cum uerbo scio,uel similibus, e in o mutari solet. Cicero:Et si certò.ἐφῶς. scio.

Cēruārĭŭs,à ceruo:unde lupũ ceruarium,qui Græcè θῶς à similitudine,dicimus,animal ex cerua uel lupo:aut lupa & ceruo genitum,

genitum,ac mistum:& ouem ceruariam, quæ pro ceruo immolari solebat. Ceruarium uenenum. Plin.lib.27.cap.11.

Cĕrūchŭs,(κερδοχος) pen.prod. Latinè dicitur cornutus,ponituŕq pro cornibus naualibus:id est, extremis antennis,quæ in utrunq; ueli latus diffunduntur,de quibus Verg.Cornua uelatarum obuertimus antennarum.Quidam ceruchos accipiunt pro cauea illa,quæ in fastigio nauigij sustollitur,effigie corniculata. Valer.Flac.1.Argon.Temperet ut tremulos Zetes fratéŕq ceruchos.

Cĕrū,(ἔλαφοι) animalia,quòd magna cornua gerant, quasi gerui:g in c mutata. Vel ἀπὸ τῶν κεράτων:hoc est à cornibus,quæ primum bimis oriuntur,simplicia quidem & recta ad subularum similitudinem: quamobrem subulones per id tempus appellantur. Et cerui dicuntur furcæ,quæ ad casæ sustentationem figuntur,ad similitudinem cornuum cerui. Verg.At́q humiles habitare casas & figere ceruos.

Cĕrūnŭs.a.um. quod ad ceruum pertinet:ut, ceruinum cornu Var.Ceruinus sanguis Plin.ceruinus color qualis est pellis cerui,uel castaneæ Pallad. ceruinus halitus Martialis.

Cĕrūcālĕ,et per apocopen Ceruical,pen.pro.denominatiuum à ceruicibus:significat ceruicis sustentamentum,& munimentum. προσκεφάλαιον. Hoc enim instrumento delicatorũ ceruices confouentur. Iuuen.Conducit comites sellam ceruical amicas.Mart.Tinge caput nardi folio,ceruical olebit.

Cĕrūsĭă,decoctio ex fermentis & sorbis confecta.ζῦθος, οἶνος ἀπὸ κευθῶν.Bacchus illius author fertur. Verg.Et pocula læti Fermenta atq; acidis imitatur uitea sorbis.

Cĕrūix,(τράχηλος) posterior colli pars, quæ ab occipitio incipit, & tendit ad spinam.Nam quæ anterior est,gula dicitur.Ceruicis hæc commoditas est,ut ad dextram sinistrámue priorsum retrorsuḿq uertatur.constat enim ex ossibus orbiculatim uertebratis, ex quibus fit ad circunspectum facilis. Hinc est,quòd qui nec flecti,nec cogi possunt,ceruicis duræ perhibeantur. Vnde dicimus hominem duræ ceruicis,quasi indomabilem siue inexorabilem,at́q contumacem:qui & ceruicosus dicitur, ἀτρᾶμων. Antiqui uero (ut Quintilianus ait) ceruices dicebant, primuśq Hortensius ceruicem dixit. Cicero in.Vat.Inflato collo tumidis ceruicibus intuliisti.Cato,Si caput,aut ceruices dolent,ea lotio caldo lauito. Hinc ceruicula diminutiuum.

Cĕrūssă,(ψιμμύθιον) pen.prod.plumbo in acuto aceto soluto comparatur. blyuuiſs. Vitruuius docet quomodo fiat, dicens:Rhodij dolijs sarmenta collocantes,aceto suffuso supra sarmenta collocant plumbeas massas,deinde ea operculis obturant,ne spiramentum obturata emittant:post certum tempus aperientes,inueniunt è massis plumbeis cerussam. Eadem ratione lamellas æreas collocantes efficiunt æruginem, quæ æruca appellatur.Cerussa uerò cum in fornace coquitur,mutato colore,ad ignis incendium efficitur sandaracha. id autem incendio factum ex casu didicerunt homines, ex eo multũ meliorem usum præstari,quàm quæ de metallis per se nata foditur.Vtcunq; igitur ita cerussa cõparetur,neq; acutum,neq; lancinans quicquam habet,neq; distrahens,sed emplasticum ac refrigerans.Vsta autem, inquit Aëtius, pura cerussa mutatur in id quod Syricum nuncupatur,quem medici Sanduca uocant. Hinc

Cĕrūssātŭs.a.um.ut,Cerussatæ mulieres, quæ candoris comparandi gratia cerussa utuntur. Martialis lib.2.Cerussata timet Sabella solem.

Cĕrȳx, (κῆρυξ) Latinè præco & caduceator. unde Eusebius scribit à Nerone cerycas fuisse certamine superatos. Seneca ad Serenum:Non uis nisi consul aut prytanis,aut ceryx, aut suffes administrare Rem.hoc est, caduceator & magistratus ad Rempublicam gerendam.

Cĕspĕs,(βῶλος) est herba cum terra euulsa. Inde cespitare, (πταίειν) uerbum.Vide supra per æ diphthongum.

Cessatio,onis.mora. Cicero in Epist.scribito tamen, ne furatum cessationis quæsisse uidearis.

Cessator, oris.qui tardat, & moratur. Cicero ad Quintum fratrem, Cessator esse nolui.

Cessio.Cicero Top.aut in iure cessio.

Cĕssim ire,(ἀναχωρεῖν) significat regredi, retrocedere.Iustil.lib.2.Commisso prælio ite cessim,inhibete remos, & à bello discedite.Et apud legis consultos tit.ad legem Aquiliam, Interim superius plaustrum cessim ire cœpit.Fit autem à cedo:sed cæsim,simplici s,à cædendo. id est feriendo, contrarium aduerbio punctim.de hoc antea. Aliud est cæsim, de quo supra.

Cĕsso.as.(παύομαι) abstineo,ab opere uaco. Ver.Et si quid cessare potes requiesce sub umbra.id est (inquit Seruius) si potes,breue otium tibi,persuadere. Dicimus autem cessare in,& cessare à. Cice.Neque unquam in suo studio atq; opere cessauit. Liu.Nec ex quo castris castra collata sunt,cessatum à leuibus prælijs est.Item cessare. ὀκνεῖν, βραδυτερεῖν. tardare,remorari,diutius immorari in re aliqua facienda, & eam negligentius agere.Idem,Cessas in uota,precesq;:id est,tardus es in uota facienda. Terent in Eun.Paululum si cessassem Pythia,Domi non offendissem,ita iam adornabat fugam.Idem Adelph. Aeschynus odiose cessat, prandium corrumpitur. Et cessare dicimus eos, quorum officium desyderamus. Gel.Amici isti magnam in partem cessatores sunt, (ὀκνηροί.)Breuiter sic accipe,quod cessare interdum significat nihil agere, uacare: Interdum conquiescere uel respirare, & his duobus modis absolute ponitur, ut apud Cicero.de Nat.Cur tam multos deos nihil agere & cessare patitur: & apud Terent.in Eunucho & Adel. ut dictum est.Cum uerò pro intermittere,desistere,desinere, uel finem facere ponitur,habet alium secum infinitiuum. Cice.ad Quin.fr.Si te quoq; inimici uexare cœperint,ne cessaris me certiorem facere,ut accurram. Terentius And. Cessas alloquiri et in Phorm.Absenti tibi te indignas séq; digas contumelias nunquam cessauit hodie dicere.id est, toto die nihil aliud quàm locutus est.Huius compositum est concesso. Plaut.Postquam aurora est,nunquam concessauimus lauari,aut fricari,aut ornari.

Cĕstĭcŭlŭs, (κεστὸς μικρὸς) paruum cingulum.

Cĕstrŭm, (κέστρος) instrumentum quo cauatur ebur.Alij putant esse genus teli Persico bello inuenti.Iul.Pollux pro stilo siue stylo accipit.Præterea sphyrænam piscem Attici cestrum uocant:Latinè sudim appellatam,quia rostratus sit,& similis balænæ. Habetur & herba κέστρον pro betonica,seu à uarietate remediorum & efficacia nomine impositio. Plin.li.25.cap.8. Sed & mugil piscis ideo κεστρεὺς uidetur à Græcis appellatus,quia teli modo publica Atheniensium pœna intret adulteros.Vtcunque hoc genus missilis, quod Græci κέστρον uocant,nostri uiriculum, illam & terebram uulgò ita dicimus.

Cestus Veneris.in dict.Cæstus,& Politian.Misc.cap.11.

Cĕtārĭæ,loca iuxta mare stagnante lacu, in quibus thynni & alij huiusmodi pisces capiuntur,& saliuntur.Plin.Carteiæ in cetarijs assuetus polypus exire,& c.

Cĕtārĭi,(κητοπῶλαι,ἰχθυοπῶλαι) dicuntur maiores pisces capientes,seu uendentes:dicti ab eo quòd cete in mare maiora sunt piscium genera.Colum.lib.9.Salsamentorum omnium purgamenta,quæ cetariorum officinis euerruntur præberi conuenit. Varro.Aduertis cetarios,cum uideri uolunt in mari turmas,ascendere in malum alti,ut penitus per aquam perspiciant.

Cetariŭs.a.um.ut cetarij fines,ubi capiuntur cete. Plin.li.31. ca.8.Nunc è scombro pisce laudatissimum in finibus Cargi nis Spartiatæ,& cetarijs,sociorum appellatur.

Cĕtră,scutum breue loreum,& quo utuntur Aphri, & Hispa

ni. Ver. Læuas cetra tegit. Hinc cetrati dicti sunt, milites cetris muniti, quos peltistas uocant: de quibus fit mentio apud Cæsarem & Liuium.

Cētŭs.ti.(κῆτος) sine diph. piscis marinus maximus in Atlantico mari. Dicitur & cete neutro genere, & numero plurali. Sunt autem cete maiores pisces, non ouum sed animal gignentes, tantæ magnitudinis, quæ si quando supernatant fluctibus annare insulas putes, montes altissimos summis ad cœlum uerticibus eminere. Hi etiam testudines marinæ dicuntur à diuo Hieron. in Epist. ad Præsidium diaconum, sicut in dictione testudo uidere potes.

Ceū, aduerbium similitudinis. id est uelut: quasi magis est poëtarum, quàm oratorum: sed quo multi, & præsertim Plinius, utuntur. Ver. 2. Aeneid. Aduersi rupto ceu quondam turbine uenti Confligunt.

Cēuă.æ. genus uaccæ. Colum. lib. 16. cap. 24. Melius etiam in hos usus altinæ uaccæ probantur, quas eius regionis incolæ ceuas appellant, & c. Adhuc Germani uaccas appellant Ceu, uel Keu.

Cēuērĕ, (σαυλοπροκῖδαν, Θλαικανίζειν, σβοπυγεῖν, πλευγίζειν. Aristoph. in Auib. σαύνειν) pen. prod. est clunes mouere, quod fit aut adulando, aut in re uenerea turpia operando. & proprie de maribus dicitur: crissare uero de mulieribus. Persius: An Romule ceues?

CANTE H.

CHălăsis, pen. cor. tunicæ genus, quod χάλασαν uocant à laxitate, uel (ut quidam dicunt) nodus tunicæ muliebris, quo connexa circa ceruicem tunica sumitur.

Chălăzā, (χάλαζα) collectio sub cute, buboni & Aegyptiæ fabæ similis, dolorem si tangatur afferens, à Latinis grando dicitur.

Chălăzĭās, (χαλαζίας) gemma quæ grandinum colorem & figuram habet, adamantinæ duritiæ. Plin. lib. 37. cap. 11.

Chălcānthŭm, (χάλκανθον) atramenti genus, à quadam æris similitudine. Vulgò hoc à uitri similitudine uitriolum nominant. Fit multis in locis, præcipuéq; in Hispania à puteis stagnisq; æs habentibus. Vide Plin. lib. 34. cap. 12.

Chălcēutĭcē, (χαλκευτική) æraria fabrica. unde χαλκεύς, faber. ærarius, excusorq; Latinè appellatur.

Chalcis, auis quædam.

Chălcītēs, (χαλκῖτις) lapis ærei coloris, sed nigrioris. Plinius libro 37. capite 11.

Chălcĭdix, chalcidicis: uel Chalcides. dæ. lacertæ genus, quam alij sepam uocant. Plin. lib. 29. cap. 5.

Chălcĭtis. tis. fœm. gen. lapis ex quo ipsum æs coquitur. Plinius libro 34. cap. 12.

Chălcŭs, genus numismatis, quod denariolum ualebat. Plin. lib. 12. cap. 34. Eadem sex obolos pondere efficit: obolus decem chalcos.

Chălcŏphōnŏs, (χαλκόφωνος) gemma quæ illisa, æris tinnitum reddit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Chălcŏsmărăgdŏs, (χαλκοσμάραγδος) gemma æneis uenis turbida. Plin. lib. 37. cap. 5.

Chălĕpī, (χαλεπὸι) dicuntur duri, asperi, ac prolatu difficiles, qualis est uersus Vergilianus: Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

Chălix. μικρὸν λιθίδιον. lapidis genus, ex quo deducitur ignis.

Chălybs. χάλυψ. pro ipsa ferri materia. Ouid. li. 4. Fast. Aes erat in pretio, chalybis iam massa placebat. Quandoque pro instrumento ex calybe facto. Verg. Vulnificusq; chalybs. Lucanus: Chalybem frenosq; momordit. Chalybes enim populi sunt qui ferrum effodiunt.

Chămæcĕrăsī, (χαμαικέρασοι) breues cerasi. Sunt autem eius duo genera (ut ait Plin. lib. 16. scilicet syluestris frutex, & Alexandrina. ut intelligas duo esse genera: alterum est chamædaphne, quam Latini laureolam appellant: alterum laurus Alexandrina.

Chămæăctĕ. ctes. genus sambuci. Plin. lib. 24. cap. 8.

Chămæcўpărissŏs, herba quæ ex riuo pota, contra uenena serpentium omnium, scorpionumq; pollet. Plin. lib. 24. cap. 15.

Chămæcīssŏs, (χαμαίκισσος) genus hederæ quæ nunquam se ab humo attollit. composita dictio ex χαμαὶ, quod est infimum, & κισσὸς hedera. Sic chamæplatani, uocantur humiles platani, & coactæ breuitatis.

Chămædăphnē, (χαμαιδάφνη) herba uulgò nota, aliter peruinca, quæ in longum crescit, obuia quæq; uinciens ac peruinciens: folia habet lauro similia, ideo chamædaphne: hoc est, parua laurus appellatur: florem facit uiolæ similem. de hac Plinius lib. 21. cap. 11.

Chămædrăcōntēs, (χαμαιδράκοντες) genera serpentium.

Chămædrўs, herba quæ Latinè trissago dicitur, uulgò gamander, aliqui eam chamyropen, alij teucrion appellauere. Plin. li. 24. ca. 15. Dicitur autem chamædrys quasi humilis & terrestris quercus. Dioscorides lib. 3. ca. 111.

Chămælĕă, herba quæ similitudinem foliorũ oleæ habet. Plin. li. 24. cap. 15. Vulgus uocat cocum cnidium. Chămælæa

Chămælĕōn. onis. masc. gen cardui species. (scribendum. Plin. lib. 22. cap. 18. Carlinam uulgus uocat.

Chămælĕon. tis. (χαμαιλέων) quasi paruus leo, animal est diuersa uarietate conspersum, ut pardus, & ad colores, quos uidet, conuersione facilima uariatur. Nascitur in India, figura & magnitudine lacertæ, nisi quod crura habet recta & excelsiora. Latera uentri iunguntur ut piscibus, & spina simili modo. Eminet rostrum simile suillo, cauda prælonga, in tenuitatem desinens, & implicans se uiperinis orbibus, ungues aduncì, motus tardior ut testudini, aspersum corpus ut crocodilo, habet oculos corpori concolores, nunquàm eos operit. Solus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio quàm aëris alimento: latet hyeme ut lacerta. Ab Auicenna dicitur stellio, sed diuersum esse Hieronym. in Leuit. ostendit, cum inquit: Mygale, chamæleon, & stellio, & lacerta, & talpa, omnia hæc immunda sunt. Est & genus herbæ à foliorum uarietate. mutat enim cum terra colores, ad similitudinem chamæleontis animalis. Hanc quidam buphonem uocant.

Chămælēucē, (χαμαιπίτυς) herba quæ tussilago dicitur: nascitur circa fluuios, folio populi, sed ampliore. Plinius lib. 24. cap. 15. Vulgus uocat ungulam caballinam. Barbarus populaginem, & bechion.

Chămæmēlŏn, (χαμαίμηλον) herba est uulgò nota ab odore mali sic dicta, quam medici recentiores chamomillam barbare uocant. Est etiam chamæmalum, Hermol.

Chămæmўrsīnē, (χαμαιμυρσίνη) frutex ex quo scopæ fiunt, alias ruscus. nonnulli syluestrem myrtum uocant, ex quo fit oleum chamæmyrsinum. Vide Plin. li. 23. cap. 9.

Chămæpĭtўs. tyos. herba quæ Latinè aiuga dicitur. Vide Plinium li. 24. ca. 6. Pharmacopolæ Iuam uocant: alij cypressen.

Chămærĕpĕs, (χαμαιρίπης) arbor est specie dactylorum, quæ & in Creta & in Sicilia nascitur, folio latiore ac molli, & ad uirilia utilissima. aliter Chamæriphes.

Chămætērăe, quæ & chămætēridæ, (χαμαιτηρίδες) à Græcis dicuntur, humiles & depressæ imagines: id est, seruæ & pedissequæ. χαμαὶ enim Græcorum aduerbium Latinè significat humi. Scribit Plin. li. 30. Scopam fecisse Apollinem Palatinum, Vestam sedentem laudatam in Seruilianis locis duasq; chamæteras circa eam.

Chămæzēlŏs, (χαμαίζηλος) herba est ab alijs tomentum dicta, cuius folia ita alba & mollia sunt, ut planè uideantur tomentum, & pro tomento usurpentur.

Chamelæa, uide Chamælea.

Chămēlŏpărdălis, (χαμηλοπάρδαλις) pen. cor. animal, cuius est ad magnitudinem chameli proceritas, color, pellisq; panthera,

theræ,maculis ueluti florentibus uariegata, postremæ infra aluum parteis humi subsident, sicuti in leonibus uidemus. Humeri,pedesq; priores,atq; item pectus præter cæterorum membrorum rationem procera,tenuis ceruix, chamelo caput simile,pedibus & cruribus boui.Melius citra aspirationem scriberetur.

Chămēlŭs,(χάμηλος) per simplex l, generis communis,animal quadrupes, quod crura prolixa,collum longum labet.Sitim sustinet per triduum: sed cum inuenit aquam tantum bibit, ut præteritæ & futuræ siti sufficiat.Bactri camelos mittunt & Arabia,ut scribit Diod. Sed in hoc differunt,quòd Arabici bina in dorso habent tubercula. hos Dromedarios uocant: singula Bactriani. Camelus,(κάμηλος) uero pro funenautico,quo nautæ marinas anchoras ligant,generis masculini est.ut apud Euangelium, Facilius est camelum per foramen acus intrare,quàm diuitem,&c. Melius sine aspiratio

Chanona,id est placenta. (ne scribetur,ut supra.

Chăŏnĭdēs,(χαονίδαι) dicti sunt lupi ceruarij.

Chăŏs,(χάος) Hesiodus in Theog.omnium rerum initium uocat,quòd ante omneis deos deasq; natum sit:de quo & Orpheus initio Agronau. Alij appellant materiam cœli & terræ confusam atq; informem,quæ primum ex nihilo facta est, de qua posimodum omnia sigillatim per species uarias formasq; proprias prodierunt.de qua scriptura loquitur, Qui fecisti mundum de materia informi. Lactant.uerò sic habet, Nemo quærat ex quibus ista materijs tam magna,tam mirifica opera Deus fecerit. omnia enim fecit ex nihilo.Nec audiendi sunt poëtæ, qui aiunt chaos in principio fuisse:id est confusionem rerum atq; elementorum:postea uerò Deum diremisse omnem illam congeriem,singulisq; rebus ex confuso aceruo separatis,in ordinemq; descriptis,instruxisse mundũ pariter & ornasse. Est autem hoc nomen Græcum,quod declinatur prima declinatione contractorum, hoc modo, τὸ χάος,τοῦ χάους,καὶ χάεος:& apud Latinos,Chaus, chai,chao, sicut Prisc.declinauit. Ver.li.4.Geor. Atq; chaos denſos diuũm narrabat amores. Ouid.lib.14.Metam. Et noctem noctisq; deos erebiq; chaoq;.Dictum chaos à χέω fundo quòd fuerit fusio:id est confusio elementorum omnium.

Chărăcātŭs,adiectiuum à Græco χάραξ.ακος.uallum,& χαράττω sculpo, fingo.ut uineæ characatæ, id est pedatæ,uallatæ. Colum.lib.6. Quæ defixis arundinibus circumiunctæ per statumina calamorum,materijs ligatis in orbiculos, gyrosq; flectuntur,eas nonnulli characatas uocant.

Chărăcĭās,(χαρακίας) genus tithymalli, herba ramis digitali crassitudine,cuius semen cum melle decoctum in usu est ad catapotia,hoc est pillulas faciendas,soluendi alui gratia. Plin.lib.26.cap.8. Hanc medici corrupto uocabulo, catapuciam uocant. Alia quoq; characias est (uulgò charancia) quæ septi modo in hortis fenestrisq; per cancellos topiario opere digeritur.Sed de hac ueteres nihil.Herm.corol.

Chărăctĕr,(χαρακτὴρ) Latinè dicitur signum,insigne, siue figura & forma. Colum.lib.11.ca.2.Nec minus maiora quadrupeda charactere signari debent.Item character, genus & figura dicendi. Gel.lib.7.ca.14.Et in carmine,& in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria,quæ Græci χαρακτῆρας uocant: Cic.in Orat.Sed iam ipsa forma restat, & character ille qui dicitur.

Chărăctērĭsmŏs.χαρακτερισμός.Latinè designatio:figura, qua orator uitas eorũ de quibus loquitur, deformat. ut est apud Iuuen.Et caluo seruires Roma Neroni.id est Domitiano.

Chăradrĭŭs,(χαραδριὸς) auis maritima,magna & ingluuiosa,quam accipientes icterici liberantur, si Suidæ creditur, cum Plin. de icterio aue hoc affirmet.

Chărĭēntĭsmŏs,(χαριεντισμὸς) dici potest gratificatio.nam χάριν est gratum uel gratiosum. Figura est, cum dura dictu mitius & gratius proferuntur.

Chărĭs,(χάρις) Latinè gratia,festiuitas, beneficium,munus. A quo charisma (χάρισμα) in eadem significatione.

Charisius,est panis,seu (ut Suidas ait) placentulæ species.

Chărĭstrŭm,genus marmoris uiride.à χάρις gratia, quòd eius color gratus sit aspicientibus.

Chărĭstĭă,(χαριστία) neutri gen.& numeri plur.festa uocabantur,quibus cognati conueniebant,& munera mutuò mittebant. Ouid.lib.Fast.Proxima cognati dixere charistia. à χαρὶς gratia. Et χαριστία, Latinè etiam dicitur gratificatio. Valer.li.2.Conuiuium solenne maiores nostri instituerunt,idq; Eucharistiam,(εὐχαριστίαν) appellauerunt.

Chărĭtās.ἀγάπη. Latinè amor dicitur,à χάρις. Cic.de Amic. Primum ex ea charitate quæ est inter natos & parentes,quæ dirimi,nisi detestabili scelere non potest. Est quidem charitas amoris species,quæ ad homines tantum spectat pro dignitate et qualitate personarum:amor ad omnia.Nam maxima charitas debetur parentibus,proxima filijs,& deinceps reliquis.Vel charitas,(ut Speusip.ait) est integra animi declaratio,ciuilis scientia honestorum atq; utilium.

Chărmăsўnŭm,genus serici, ex eo quod aspicientes delectet. Vide Coccus.

Chărŏpŭs,(χαροπὸς) pen.corr. Latinè amabilis,blandus,gratiosus dicitur: à χάρις,& ὄψ,ὀπὸς.aspectus.

Chărtă,(χάρτης,ὁ) cum ch aspirato. Est enim dictio Græca, & propriè sit ex papyro:apud Græcos pro eo poni consueuit quod nos librum dicimus.Ouid.li.3.de Trist.Nullus in hac charta uersus amare docet.Ponitur quandoq; pro folijs seu phyluris,in quibus scribimus,seu sint papyraceæ, siue membranæ,aut pergameno,aut ex alia materia. Quintil. Cum aperto codice chartas explicaret.Vnde Sueton.in Nerone, Plumbeam chartam supino pectore sustinuit.Plin.lib.13.ca.11.Chartam Alexandri Magni uictoria repertam, author est M.Varro,condita in Aegypto Alexandria,antè non fuisse chartarum usum, palmarum folijs primò scriptitatum, deinde quarundam arborum libris,postea publica monumenta plumbeis uoluminibus,mox & priuata limteis confici cœpta,aut ceris. A charta fiunt charteus, chartulanus, & chartaceus.a.um.(ὁ ἐκ χάρτου) quod est ex charta.Vlpianus de leg.li.3. Quòd si in codicibus sint membraneis,uel chartaceis,uel etiam eboreis,uel alterius materiæ. Item chatarius.a.um.à charta:ut chartariæ officinæ. Plin.li.18.ca.10. Hoc æraríæ officinæ, chartariæq; utuntur. Charta uirgo,quæ nunquam peperit.hoc est, quæ nondum transcripta est,dicitur à Mart.Custodit ipse uirginis pater chartæ. Parere enim dicuntur chartæ,cum ex ijs exemplaria sumuntur.

Chārtĭlāgo, (χόνδρος) pen.cor.concauitas illa quæ est inter aures.Vide suprà Cartilago.

Chārtŏphўlăcĭŭm, (χαρτοφυλάκιον) Latinè scrinium dicitur, Nam φυλακὴ custodia,φυλάσσω custodio.

Chārtŭlă,(χαρτίον) diminutiuum:Hieron.Volo in chartulis meis ineptias scribere.

Chārŭs,significat gratum & amore deuinctum,iucundum,suauem προσφιλῆ. Verg.Chara deûm soboles. Cic.ad Quir. post Redit.Mihi uerò & propter indulgentiam meam,& propter excellens eorum ingenium uita sunt mea chariores.

Chāsmă.tis. (χάσμα) Latinè hiatus, fissura,riclus,quoniam χάινω significat hio:unde χάσμα. Fit autem chasma non solum in cœlo,sed etiam in terra. unde ait Iureconsult. de censibus:Si agri portio chasmate perierit, debebit per censitorem releuari. Ammianus eleganti uocabulo chasmaticum appellat terræ motum, quo patefactis subito uoratrinis terrarum partes per hiatum absorbentur.

Chēlæ,(χηλαὶ) scorpionum & cancrorũ brachia,tamen Græcè χηλὴ dicitur ungula,sed scissa,ut Theod.Gaza li.2.pædiæ Cyri.Verg.1.Georg.Quâlocus Erigonen, inter chelasq; sequentes. Ambrosius de cancro loquens, Et periculosum

est inquit, si chelam eius includat. Item signum cœleste, & dicitur prima pars scorpij.

Chĕlidŏnĭă, (χελιδόνιον) herba, ab hirundinibus appellata, quæ Græcè χελιδόνες dicuntur. Eo enim auium genere ad ueniente nascitur, & discedente extinguitur. Fertur etiam quòd hirundines restituant oculos pullis suis excæcatis ea herba. Plin. lib. 8. cap. 27. & lib. 25. cap. 8. Item Chelidonia uocatur Fauonius uentus, ab octauo Idus Martias flans, ab hirundinis usu. Chelidonia etiam est oculus Indicæ testudinis, qui est lapillus. Item genus serpentis seu aspidis, ut Galenus author est.

Chĕlōnē, (χελώνη) à Latinis dicitur testudo.

Chĕlōnĭă, gemma testudineo oculo similis.

Chĕlōnītidēs, (χελωνίτιδες) gemma similis testudini, aureis quibusdam guttis insignis.

Chelonium, tegumentū est testudinis animalis, quam tortuam uulgò uocant. Eius aût integumenti similitudinem habent Chelonia, id est retinacula, qbus intra tigna sucula retinetur.

Chĕlydrŏs, penulti. poteſt esse communis. χέλυδρος. testudo marina, quasi cherydros, quia in aquis & terris degit. Nam chersum terram, hydros aquam dicimus. Est etiam ornatus quidam, quo donabantur mulieres. Iuuenalis, Donant ardana chelydros. Ita enim exponitur ab eruditis: quamuis nonnulli legant cylindros, cum cylindros aliud significet. Vide infrà Cylindrus.

Chĕlys, (χέλυς) animal, testudo est propriè: sed capitur pro cithara, ex qua Mercurius eam fecit: ἀπὸ τῆ χελώνης. Nam ex testudine prima facta est cithara à Mercurio, consumpta iam carne, sed superstitibus neruis. Propriè ergo chelys testudo, chelyon operimentum testudinis.

Chemites, sepulchri species ebori similis, in quo Darium conditum ferunt.

Chēnălōpĕcēs, (χηναλώπηκες) ex anserum sunt genere, quibus pro cibis lautioribus utuntur Britanni.

Chēnīscŭs. χηνίσκος. pars proræ, à qua dependent anchoræ, quæ carinæ sit principium. Alij puppis fastigium appellant. Dictus chenisscus, quoniam anseris caput nauium fabricatores ipsi fastigio posuerunt. Vel boni augurij gratia nauem anseri assimulantes, chenisscum appellarunt, quòd undis more anseris non madefacta supernatet. Apul. Et puppis intorta chenisco.

Chēnŏbŏscĭŏn, (χηνοβοσκίον) locus ubi anseres aluntur. nam χηνὸ, χηνὸς, anser dicitur. Colu. li. 8. ca. 14. Qui uerò greges nantium possidere studeant, chenoboscia constituant.

Chēnŏmўchŏn, herba, ad cuius aspectum expauescunt anseres. Plinius lib. 21. cap. 11.

Chēnŏpūs, (χηνόπους) Latinè anseris pes dicitur: quo nomine dicta est & herba, quæ habet effigiem anserini pedis.

Chēnotrŏphĭă. χηνοτρόφια. nantium uolucrum auiaria.

Chēntŭrĭōnēs, cum aspiratione scripserunt antiqui.

Cheramides, genus lapilli pretiosi, qui (ut Strabo refert) in Mauritaniæ campestribus nascitur. Plin. lib. 37. ca. 10. Cheramides eadem esset, quam ostraciten uocant: nisi quòd hanc cœruleæ interdum bullæ cingunt. Melius sine aspiratione.

Chĕrĭă, raphani genus syluestre, χέρια.

Chērsīnă, testudinis genus terrestris.

Chērsydrŏs, (χέρσυδρος) serpens qui tam in aquis, quàm in terris moratur. nam componitur ex χέρσος, terra: ὕδωρ aqua. quasi uiuens in terra, & in aqua.

Chibis, herba est, quam alij scortanam uocant.

Chiliārchŭs. χιλίαρχος. qui præest mille hominibus. Sed in Romanis historijs pro tribuno militum ita semper accipitur, ut Demarchus, (δήμαρχος) pro tribuno plebis. nam authore Iosepho, ordo in Romanorum militia hic erat: ut milites ad centuriones, illi ad tribunos, quos Græci chiliarchos uocant, mane conuenirent salutatum. Hecatontarchos, supra centum. Pentecosiarchos, supra quinquagenos. Decanchus, supra denos.

Chiliās. dis. (χιλιὰς) numerus qui mille continet. Chilia enim mille. Hinc chiliarchus, millenarius.

Chīlŏs, (χεῖλος) labrum. unde chilones, qui labra improbiora habent.

Chimastrŭ, ueslis hiberna. ἀπὸ τῆ χειμάζειν, quod est hyemare.

Chĭmæră, prima cor. (χίμαιρα) capella.

Chimĕrĭnŏs, (χειμερινὸς) pen. cor. unus ex cœli circulis, qui ca pricornum contingit, in quo cum sol est, dies breuissimi sunt: & hyemalis interpretatur. Mart. Si daret autumnus mihi nomen Oporinos essem, Horrida si brumæ sidera Chimerinos. Duæ etiam sunt plagæ orbis habitabiles. Quæ à nobis habitatur, θερινὴ à scriptoribus nominatur. Altera quam incolunt antichthones, chimerinæ: à nobis hyemalis, quæ ad austrum deflexa. Australis quoq; nuncupatur, cum nostra septentrionibus supposita sit.

Chīragră, (χειράγρα) pen. cor. manuum dolor. χεὶρ manus, ἄγρα irretitio. Martialis primam corripuit: Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra est. Hinc chirager, & chiragricus, (χειραγρῶν) qui chiragram habet.

Chīrĭdōtă. χειριδωτὰ. tunica prolixa ultra brachia manus operiens. Alio nomine macrochera dicitur. unde Scipio Gallo homini delicato obiectat, quòd cum chiridota tunica: id est, manicata accubuerit. Has ueſtes Plautus uocat manuleatas. Dicta est autem chiridota ἀπὸ τῶν χειρῶν: hoc est, à manibus, quas promissiores habent. Hoc ueslis genere utebantur Dalmatæ, quod hodie Dalmascum uocant. Inde Dalmaticus appellatur. Lampridius in Commodo, Dalmaticus in publicum processit.

Chīrŏgrăphŭs, & Chirographum. χειρόγραφον. est quod nos perscripsimus in fidem alicuius. Ascon. scribit chirographa dici, in quibus tantum quæ gesta sunt, scribi solent: in syngraphis etiam contra fidem ueritatis pactio uenit, & non numerata quoq; pecunia, aut non integrè numerata pro temporaria uoluntate hominum scribi solet. Iuuen. Vana superuacui dicunt chirographa ligni. Cicer. 3. de nat. Deo. Id quoq; L. Labienus fecit, cum chirographum sex primorum imitatus est. Hinc chirographarius à Iureconſ. ponitur pro eo, qui suo chirographo scripsit se debitorem in codice.

Chirogylius echinus terrestris, ut est apud Leuiticum cap. 11.

Chīrŏmāntĭă. χειρομαντία. in manibus diuinatio, quæ ex lineaꝝ, quæ in manib. sunt, inspectione fieri solet. ἀπὸ μαντεία τῆ χειρός.

Chīrōmĭŏn, panacis genus, ab inuentore Chirone centauro, folium lappato simile, flos aureus, radix parua.

Chīrōnĭă, uitis, quam alij Bryoniam dicunt.

Chirŏnŏmĭă. χειρονομία.. Quint. legem gestus interpretatur: à χεὶρ manus, & νόμος lex. Sunt enim motus quidam præscripti, quibus saltantes manibus utuntur: quod positum in Græcorum usu fuit. Apud Ro. autem integris adhuc urbis moribus in solo theatro exercebatur, & maxime pyrrichià

Chīrŏnŏmŭs. χειρονόμος. & Chironomon. tis. qui (saltatio. manibus gesticulatur & ludit. unde & prostructore ponitur à Iuuen. qui lege quadam manuum diuidit aues, & cætera esculenta, cum inquit: Spectas Chironomanta uolanti.

Chīrŏthēcă. χειροθήκη. manuum uagina, quæ etiam manica dici solet. Cicero in Phil. Solet enim cito ipse accipere manicar, nec diutius obsidionis metum sustinere.

Chīrŏthĕsĭă. χειροθεσία. manuum impositio.

Chīrūrgĭă. χειρουργία. manuum operatio, quasi manuum opus, eo quòd manibus hæc ars exerceatur. Cice. ad Atticum Sed ego diæta curari incipio, chirurgiæ tædet. Græcè chirurgice. ces. dicitur.

Chīrūrgŭs, & chirurgicus. χειρουργός. χικός. medicus uulnerarius. Martia. Chirurgus fuerat, nunc est uespillo Diaulus.

Chiŭs, lapis colore nigro: igneus, & inter carbunculos propter id

Verg. & Aeri: In medijs clamydes ut partis g spartheis armis.

id à Theophrasto numeratur.

Chlæna, (χλαῖνα) sagum, quod super alia portabatur, postea Læna dicta.

Chlămys.ydis.χλαμύς. proprie uestis militaris, pallio penè aduersa, cum breuior multo ac strictior sit. Plautus: Puer cape chlamydem, & da pallium. Idem adornatum militis uult opus esse chlamyde, machæra, & petaso. Similiter Iul. Pollux inter apparatus militares numerat chlamyda. Iure consul. uero inter uestimenta puerilia numerant chlamydes. A Numa Roman. rege chlamydem repertam, Suidas author est. Quidam deducunt à χλαίνειν, tegere. A chlamyde fit chlamydatus, (χλαμυδωτὸς) qui est chlamyde indutus. Plautus in Pseud: Quis hic homo chlamydatus est? aut unde est? aut quem quæritat? Chlamydula diminut. Idem, »Tu sume chlamydulam. Persius, Iam chlamydas regum.

Chlōrīōn (χλωρίων ὁ χλωρεύς) auis genus apud Aristot. & Plinium lib. 18. Gaza uireonem reddidit.

Chlōris (χλωρὶς) auicula, quam Gaza luteolam apud Aristotelem interpretatur.

Chŏă. χοᾶ. nomen est mensuræ, uel uas ubi reponũtur libamina.

Chober, grauis, ualidus, diues.

Chœnix.icis. χοῖνιξ. & Chœnica.æ. nomen mensuræ quoties sextarius quater assumitur. Quidam dicunt esse mensuram diurnæ escæ: unde Pythagoreum ænigma est, Super chœnice non sedendum: hoc est, non curandum de crastino esse.

Chola, smaragdi genus in Arabia, & in ædificijs includitur. Plinius lib. 37. cap. 5.

Chŏlĕră. χολέρα. plurali numero, & choleræ, morbi genus est præcipitis, in quo & uomitus, & deiectio simul fiunt. Vnde cholerici. χολερικοί. apud Celsum. Accipitur & pro bile, χολή. Lamprid. Alexander inquit: Cæsar iudices qui furtorum fama laborassent, si casu aliquo uideret, commotione animi & stomacho choleram euomebat.

Chŏliāmbi. χολίαμβοι. uersus sunt, qui & scazontes dicuntur. dicti quasi claudi iambi. Græci enim χωλὸν claudum dicunt

Chōmă. atis. χῶμα. neutri generis. Budæus: Chomata sunt aggeres qui terra aggesta facti sunt, quibus & Nili aqua coërcetur. Vlpian. De extraord. crimin. lege. saccularij: In Aegypto qui chomata rumpit.

Chōndrŏs. χόνδρος. Latinè granum thuris dicitur.

Chŏrāgĭum. χορηγία. generali uocabulo dicitur instrumentum & cuiuslibet rei apparatus. Cice. libro 4. ad Heren. Aut aliquod fragile falsæ choragium gloriæ comparetur. Apul. lib. 5. De asino au. Iam feralium nuptiarum miserrimæ uirgini choragium struitur. Fest. Choragium est scenicum instrumentum, quo scilicet scena instruitur, & apparatur. cuius præfectus dicitur choragus (χορηγός.) Plaut. in Persa: Sed πόθεν ornamenta? To. Abs chorago sumito, dare debet Præbenda ædiles locauere. Et in Trin. Ipsa ornamenta à chorago hæc sumpsit suo periculo. Vitru. li. 5. Post scenam porticus sunt constituendæ, uti cum imbres repetini ludos interpellauerint, habeat populus quò se recipiat ex theatro choragiaq; laxamentum habeant ad comparandum, uti sunt porticus Pompeianæ. Dictum choragium à uerbo Græco χορηγῶ, quod est suppedito expensas.

Chŏrāulă. χοραύλη. appellatur ars tibicinum. Vnde Stra. culpat Ptolemæum Aegypti regem, quòd præter alia flagitia etiam choraulam exercuerit.

Chŏrāulēs, (χοραύλης) à choro & tibijs dicti sunt, qui modulantur ad choros, uel qui in choro fistulas inflant. χορὸς nanque chorum & tripudium significat: αὐλὸς uerò fistulam seu tibiam, quòd tibijs ad choreas canunt. Apuleius: Erat quidem iuuenis satis corpulentus, choraula doctissimus. Vnde apud nos usitatum nomen aulœdus. Cic. Qui citharœdi esse non possunt, aulœdi fiunt. Et quia gratissimi principibus choraules, quorum delitiæ ambrosiæ, Choraules ambrosius dixit Iuuenalis. id est tibicen gratissimus. Choraules monumentarij, (τὶ τάφιοι αὐλητὰι) sunt tibicines, qui ad sepulchra defunctorum canebant: quales prisci Siticinas uocant, qui apud sitos. id est, defunctos canunt.

Chŏrdă, Latinè funis. nam Græcum est χορδή. Dicitur etiam alio uocabulo fides, huius fidis. Cic. 3. de Orat. Nam uoces ut chordæ sunt intentæ, quæ ad quenq; tactum respondeant, acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua.

Chordapsus: uide Cordapsus.

Chŏrdi, agni, qui dicantur declarat Varro lib. 2. de re Rust. cap. 1. his uerbis: Dicuntur agni chordi, qui post tempus nascuntur, & remanserunt in uoluis intimis, χόριον uocant: à quo chordi appellati.

Chŏreă, (χορεία) pen. indifferenter, à χορεύω salto. Verg. Pars »pedibus plaudunt, choreas & carmina dicunt. Idem, Imme »mores nostri festas duxere choreas.

Chŏrĭāmbŭs, (χοριάμβος) pes ex prima & ultima producẽtis, duabus medijs breuibus, ut filiolis. Dictus choriambus, quod iambicam desinentiam habeat, & in choris apud Veteres celebratissimus extiterit.

Chŏrĭŭs, (χόριος) pes, qui alio nomine dicitur trochæus. Constat enim ex duabus syllabis, prima longa & secunda breui, ut musa.

Chŏrŏbătēs. χοροβάτης. pen. cor. est regula longa circiter pedes XX. quæ habet transuersaria. Vide Vitru. lib. 8. ca. 6.

Chŏrŏcĭthărĭstæ, (χοροκιθαρισταὶ) qui in choro citharizant: sicut psallocitharistæ, qui psallunt: id est, canunt ad citharam. Suteon. in Domit. Certabatur etiam & prosa oratione, Græcè, Latinéq; ac præter citharœdos chorocitharistæ quoq; & psallocitharistæ. (fœnum.

Chŏrtŏs. χορτὸς. gramen in commune significat, sed præcipue

Chŏrŭs. χορὸς. conuentum & multitudinem significat, & ueluti coronam eorum, qui ad ludos conueniunt, siue saltantiũ siue canentium. Nam multorum uocibus & concentu constat, ut Seneca & Macrobius tradunt. Et apud priscos ex seruis symphoniacis comparabatur. Vnde apud Iureconsl. li. 3. De legatis: Si chorus legetur, perinde est, ac quasi singuli homines legati sint. Et à χαρὰ (secundum Plato. li. 2. de leg.) quæ est lætitia, deducitur. Festus, à corona deriuat »habetq; primam cor. Verg. li. 6. Vescentes lætumq; choro »Pæana canentes. Idem: Omnis quam chorus & socij comitentur ouantes. Hinc Chorea, & choraules. Hieron. ad Dardanum scribit chorum esse musicum instrumentum ex simplici pelle, cum duabus cicutis æris, quod per primam inspiratur, & per secundam uox emittitur.

Chōrs, chortis. uide in dictione Cohors.

Choum, cælum: uide Cohum.

Chrēsis. χρῆσις. Latinè usus dicitur. Vnde catachresis, (κατάχρησις) abusio.

Chrēstŏn, herba est: aliàs Cicorium appellata.

Chriă, est commemoratio alicuius dicti, uel facti, uel utriusq; simul, celebrem habens demonstrationem, ut Isocrates dicebat: Virtutũ radices amaras fructus uerò dulces. Est enim una ex quatuor exercitationibus, quas Fabius Grammatico tractandas permittit. Dicta chria, quòd maximè sit utilis & necessaria. χρεῖα enim, et usum & necessitatem significat.

Chrīsis. χρίσις. Latinè unctio dicitur. Vnde chrisma unguentum: & Christus unctus. ideo autem nos unxit, quia luctatores contra diabolum facit.

Chrōmătĭcŭs, (χρωματικὸς) coloratus, qui nulla uerecundia colorem mutat.

Chrŏnĭcă. orum. τὰ χρονικὰ. generis neutri (non chronica. æ. ut indocti usurpant) temporalia dicuntur, propriè annales: à χρόνος tempus. Vnde chronismos: id est, temporalitas. Synchronus, contẽporaneus. Inuenitur & chronicus. a. um. Gel. li. 17. cap. 21. Excerpebamus ex libris, qui chronici appellan-

tur, quibus temporibus floruissent Græci simul atq; Romani uiri Chronici, qui de temporibus scribunt. Plin. li. 35. Quod & ipsius Timagoræ carmine uetusto apparet, chronicorum errore non dubio.

Chrŏnŏs, (χρόνος) Latinè tempus dicitur. Cic. 2. De Natu. Deor. Saturnum autem eum esse uoluerunt, qui cursum & conuersionem spaciorum ac temporum contineret: qui deus Græcè idipsum nomen habet. χρόνος enim dicitur, qui est idem quod χρόνος: id est, spacium temporis. (uocatur.

Chrȳsālīs. χρυσαλὶς. uermis genus: qui ab Aristo. xylotrophos

Chrȳsĕi, stellæ radios aureos emittere apparentes. (nans.

Chrȳselectrŭs, (χρυσήλεκτρος) in colorem lutei electri decli-
Chrȳsendĕtŭm, (χρυσώδετον) pen. cor. dici potest auro liga-
tum. Mart. Si ridere potes miseri chrysendeta Cimnæ.

Chrȳsītēs, (χρυσίτης) gemma est, quæ alio nomine philogynos dicitur, ostreæ similis Atticæ. Plin. lib. 37. cap. 10.

Chrȳsītis, (χρυῖτις) auri spuma. Plin. lib. 33. cap. 6.

Chrȳsŏāspĭdæ, (χρυσάσπιδες) appellati sunt milites à clypeis auro cælatis.

Chrȳsŏbĕrȳlli, (χρυσοβήρυλλοι) berylli quidem pallidiores, sed colorem aureum fulgore præ se ferentes. Est enim beryllus gemma proxima smaragdis. Plin. lib. 37. cap. 5.

Chrȳsŏcŏlla, (χρυσοκόλλα) humor qui in aurifodinis per uenas auri defluit, & crassescente humore rigoribus hybernis, usq; in duritiam pumicis induratur: quæ subtilissimè contusa, auri picturam præbet. Plin. scribit hæc lib. 33. cap. 5. Et infrà, Chrysocollam artifices sibi uendicant, ad glutinandum aurum. Vnde & ipsa appellata est. id est, auricula & gluten. Chrysocollam terræ genus esse quidam dicunt, quam è Macedonia apportari, & illic fodi, author est Vitru.

Chrȳsŏcŏmē. χρυσοκόμη. herba, de qua Plin. lib. 21. cap. 8.

Chrȳsŏcŏmŭs. χρυσοκόμης. pen. cor. comas aureas habens, quo nomine dictus Apollo, à fulgore radiorum, qui comæ sunt solis aureæ.

Chrȳsŏlāmpis, (χρυσόλαμπις) lapillus noctu ignei coloris, licet die pallescat. Plin. lib. 37. cap. 10.

Chrȳsŏlithŭs. χρυσόλιθος. pen. cor. lapis preciosus, aureo nitore translucens. χρυσὸς aurum, λίθος lapis, quasi aureus lapis. Ouid. Per iuga chrysolithi positæq; ex ordine gemmæ.

Chrȳsŏmallŏn. χρυσόμαλλον. Græci appellant arietem illum, qui, ut est in fabulis, lanam auream habuit.

Chrȳsŏmēlă, (χρυσόμηλα) sunt poma aurea, quæ alio nomine dicuntur Armeniaca, quòd colorem aureum habeant. Columella lib. 5. cap. 10.

Chrȳsŏpāstŭs, (χρυσόπαστος) lapis auro aspersus. πάσσω enim spargo significat. Plin. lib. 37. cap. 19.

Chrȳsŏprāsŭs, (χρυσόπρασος) pen. cor. lapis auro admistus & porri uiriditatem habens. nam πράσον significat porrum. Vnde & Prasinus, pro uiridi.

Chrȳsŏs, cum y. χρυσὸς. dicitur aurum, à quo multa deducuntur.

Chrysippea, herba est. Plin. lib. 26. cap. 9.

Chūs, (χῦς) idem quod congius, qui sexies capit sextarium. Budæus uerò sic: Chus, siue Choa, genus mensuræ humidorum apud Atticos, Romanum congium capiens, nempe sex sextarios, siue cotylas Atticas duodecim.

Chymus (χυμὸς) humor, liquor, succus, alimentũ concoctum.

Chytră, (χύτρα) & Chytron, Latinè olla. inde chytropus. odis. olla quæ pedes habet, quæ Chytropoda. æ. dicitur. χυτρόπους. uel instrumentum ferreum, super quod olla apud ignem collocatur, ut in ea cibi coquantur. Cato: Vbi in chytra feruefeceris id lotium, sub sellam supponito pertusam.

CANTE I.

CĪbālis. & hoc le. quod ad cibũ pertinet, siue idem quod cibatus, (ἐδώδιμον.) Var. Est enim lac omnium rerum quas cibali causa cupimus, liquentium maximè alibile. & id ouillum, inde caprinum.

Cibārĭum, (ἔδισμα) non significat locum ubi reponuntur cibi, sed ipsum cibum, & alimentum. ut, Cibaria misit eis.

Cibārĭus. a. um. (ψώξιμος, σιτικὸς) quod ad cibum pertinet, & non solum de pane sordido, (καὶ τὸ σιτικὸν ἢ πιτυείας) sed etiam de alio indigno dicitur. Cicero libro 1. Tuscul. Cui cum peregrinanti in Aegyptum, comitibus non secutis, cibarius in capsa panis datus esset, nihil uisum illo pane iucundius. Cibarium uinum, pro ignobili. Var. Potus meus uinũ cibariũ. Sic cibarius homo, ab eodem dicitur pro sordido & plebeio. Ait enim tuus frater cibarius fuit Aristoxenus.

Cĭbātŭs, huius cibatus. idem ferè quod cibus. Plin. Truncos quidem gratissimo in cibatu habent. Plaut. Mil. Interclude inimicis commeatum, tibi muni uiam, Qua cibatus commeatusq; ad te & legiones tuas Tutò possit peruenire.

Cĭbo. as cibum infero, alo, nutrio. (σιτίζω) Columella libro 9. Atque ea genere quæ intra septa uillæ cibantur, ferè persecuti sumus.

Cĭbōrĭum, (κιβώριον) genus pomorum Alexandrinorum. Horatius lib. 2. Carmi. ode. 7. Obliuioso leuia Massico Ciborio exple. Acron: Ciboria Alexandrina poma, quæ habent similia colocasij folia, in quorum similitudinem facta pocula, eodem nomine appellantur: aut certè pro cibis posuit, tanquam cibum poculis compensaret. Ciborium quoq; nunc dicitur structura quædam altare cooperiens, qualia multa Romæ à summis pontificibus extructa fuere. Vnde scribitur diuum Georgium fecisse ad beatum Petrum super altare ciborium, cum columnis quatuor ex argento puro.

Cĭbŭs, & Victus, (σιτίον, καὶ βίος) differunt secundum Donatum, quòd cibus etiam delicatis præbetur: uictus in paruis, aridisq; alimonijs constitutus. Terentius in Andria, Lana ac tela uictum quæritans. Idem in Eunucho, Viden' otium & cibus quid faciat alienus? Ibidem: Cibum nonnunquam capiet cum ea.

Cĭcādă. τέττιξ. dicta est quasi citò cadens. Viuit enim rore & citò decidit. Cicada ex omnibus quæ uiuunt, sine ore est, pro eo aculeatũ quiddam in pectore habet linguæ simile, quo rorem lambit, & pectus ipsum fistulosum quo uocem emittit. Cicadarum autem duo genera. Minores, quæ primæ proueniunt, & nouissime pereunt: & maiores, quæ canunt, uocantur achetæ. Vide Plin. li. 11. cap. 26. Verg. Dum thymo pascentur apes, dum rore cicadæ.

Cĭcātrĭcōsŭs, cicatricibus plenus, οὐλώδης. Colum. De arb. ca. 11. Tum etiam uitis minus cicatricosa fit.

Cĭcātrix, (οὐλὴ) propriè est signum uulneris obdũcti: quasi circa cutem, uel quasi occæcatrix. Est enim callosa caro pro cute inducta, ubi hiatus uulneris quod iam coiuit, fuerat. Terent. in Eun. Nec pugnas narrat, nec cicatrices suas Ostentat. Cic. 7. Phil. Luculentam ipse plagam accepi, ut docet cicatrix. Vnde cicatrico. as. pen. cor. quod est cicatricem in duco: sic cicatrizo. σωτλόω.

Cĭccŭm, dicebant antiqui membranam tenuem, quæ est ut in malo Punico discrimen. A quo etiam Plautus dicit, quòd uolet densum ciccum, non inter duo. Apud Næuium, Ciccum uenire uideo fermè iniuria. Hæc Varro de ling. Lat. Festus: Ciccum membrana tenuis malorum Punicorum. Alias cicum, per c simplex. Vide Cicur.

Cĭcĕr. ris. κρίβινθος. genus leguminis. Plinius libro 18. cap. 12. De leguminibus: Ciceris natura est gigni cum sal silagine: ideo solum urit, nec nisi madefactum pridie seri debet. Vide ibidem plura ciceris genera.

Cillere, mouere. unde furcillæ dictæ, quib. frumenta cillentur.

Cĭcĕrcŭlă. æ. (κάθυρον) diminutiuum, quasi minutum cicer, klein zyser eruuys. Plin. li. 18. ca. 12. Est & cicercula minuti ciceris, inæquales angulos habens, ueluti pisum. Colli. 2. cap. 10. Cicercula, quæ piso est similis, mense Ianuario, aut Februario seri debet, læto loco, cœlo humido.

Verg. 3. Georg. Et tamen ... Cicĕrcŭlum, ...

Cicercŭlium, neutro genere, genus sinopidis. Plin.li.35.cap.6.

Cichŏreā, & Cichoreum, (κιχώριον) herba est, quam alio nomine intubum erraticum uocant. Horat.libro Carm.ode.31. Me cichorea leues{que} maluæ. Corripuit o, licet Græcè per ω scribatur. Plinius libro 20.cap.8. Cichoreum refrigerat in cibo sumptum.

Cĭci, (κίκι) herba est, quam alio nomine ricinum uocamus.

Cicina, (νυκτικόραξ) auis nocturna. aliâs Cicuma. Gaza habet Cicumo.

Cicindŭlā, seu cicindellā, (πυρολαμπὶς Aristo.) genus muscarum, quod noctu lucet ignium modo, laterum & clunium colore, à Græcis λαμπυρὶς dicta. Quidam noctilucam, alij nitedulam uocant. non ante matura pabula, aut post defecta conspicitur: nunc pennarum hiatu refulgens, nunc compressu obumbrata. Ab hac lychnus pensilis, quem uulgò lampadem uocant, cicindella appellatur, quæ nocte tota seruatur accensa, & lampyridis instar lucet.

Cicinia, parua & gracilis serpens in Italia, ferè ueneno carens. Vide an Cæcilia legendum sit, ut uidetur.

Cĭcōnĭă, auis quæ serpentibus pullos nutrit. πίλαργος. Vide » Plin.lib.10.cap.13. Iuuen.Saty.14. Serpente ciconia pullos Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta. Quo etiam nomine uocatur lignum rostratum, quo è puteis hauriri aqua solet apud Hispanos: quod & ciconium, (κικώνιον) à nonnullis dicitur. Hispani telonem dicunt. Item ciconia mensuræ genus est. Colum.lib.4. Sed huic operi erigendo, quasi quandam machinam commenti maiores nostri regulam fabricauerunt, in cuius latere uirga prominens, ad eam altitudinem qua deprimi sulcum oportet, contingit summam ripæ partem. id genus mensuræ ciconiam uocant rustici.

Cicum, uide ciccum.

Cĭcŭr, (τιθαιβὸς) pen.prod. animal quod ex fera factum est mansuetum: ut aper, ceruus, leo, & quicquid cicurari: id est, mansuefieri potest. Quod enim à fero discretum est, id cicur dicitur. Aliæ sunt feræ, aliæ cicures aliæ natantes, aliæ uolucres. Cic.5.Tus. Earum ipsarum partim soliuagas, partim congregatas, immanes alias, quasdam autem cicures, nonnullas abditas, terrâq; tectas. Cicur ingenium dicitur mite, ac mansuetum. Et à cico membrana tenui deriuari uidetur. hinc Veturij quoq; nobiles, nominati sunt Cicures.

Cĭcŭro.as. (τιθαινόω) mansuefacio, uerbum uetus, quod alio uerbo dicitur exarmo.

Verg. Eglo. 5. Ante leues ergo pascentur in aethere cerui. Et iam tempus equum fumantia soluere colla.

Cĭcūtă, (κωνίον) pen.pro herba uenenosa, cuule uiridi & geniculato, altior sæpe binis cubitis, in cacumine{que} ramosa, foliis coriandri tenuioribus, graui odoratu, semine anisi crassiori, radice concaua, nullius usus. nam semini tantum & foliis refrigeratoria uis est. Vulgo schirling. Plin.lib.25.ca.13. Seruius docet cicutam esse, quod est inter cannarum nodos. » Verg. Est mihi disparib. septem compacta cicutis Fistula.

Cĭdăris, (κιδαρὶς) tegumentum capitis, pen cor. Quidam pileum regum Persarum esse dicunt, alij tiaram seu mitram, alij coronam, alij strophium sacerdotale: unde in Leuitico Cidari quoq; texit caput. Origenes super Leuit. Propterea accipit primo cidarim, quod est uel operimentum quoddam capitis, uel ornamentum, & post hoc super imponitur ei mitra ante faciem: id est, à fronte pontificis.

Cĭĕo.es. Cio.is ambo ciui, citum faciunt, sed à cieo.es. fit citum pen.cor. à cio uero producitur. Ouid.lib.1.Metam. Nec fruitur somno uigilantibus excita curis. Idem li.1.de Tri. Accitus toties in genus omne ioci. Et cieo quidem significat excitare, commouere. ἐξορμάω, κινέω. Verg. Cœlum terram{que} cieho. Cio uero, uoco proprie. Proprie autem dixi, quoniam uocare aliquo modo mouere est: sicut & mouere uocare, adeò ut alterum pro altero quandoq; sumi posse uideatur. ut illud Verg. Missenum Aeolidem, quo non præstantior alter, Aere ciere uiros, Martem{que} accendere cantu. Colum.lib.7.cio.is. posuit pro commoueo. κινέω. Nullo, inquit, tempore et minime æstate utilius est, boues in cursum concitari: nam ea res cit aluum. Liu.li.1. Principes utrinq; pugnam ciebant. A cieo igitur promoueo, fit citus: id est, uelox. ταχύς. & concitus, commotus: & percitus in furorem, iracundiam{que} motus. Cito.as. frequentatiuum, à quo concito, excito, incito, recito, suscito, resuscito, exuscito, oscito, procito. Similiter concieo, & excieo, & si qua sunt alia composita. Primum significat commoueo. Liui. Galli, quos prædæ populationum{que} conciuerat spes. Secundum, foras moueo & excutio. A cio » fit excio. Statius lib.4. Theb. Suus excit in arma Antiquam Tirynthia deus. Accio, siue arcio. Procio, prouoco, siue à longè uoco. Percio, pulso, tango, percutio, & ualde commoueo. Concio, simul uoco, uel simul commoueo, congrego. Hinc concio.onis. Ex quibus etiam fiunt, concito, excito, procito, frequentatiua. Porrò quòd præterita & supina eadem amborum simplicium sunt, item{que} compositorum, orta est non parua interpretandi ea uerba difficultas. Nam cito. as. frequentatiuum est amborum primitiuorum, cio & cieo: ideo aliquando uocito, aliquando frequenter moueo significat. Pro uocito, κατάγομαι. Cic.in Ver. Act.4. Citatur reus, causa agitur. Procrebro moueo. Col.li.8. Ne immaturis herbis citetur aluus, eo{que} uitio pecus emacietur. Igitur non somniculose spectanda sunt frequentatiua, composita, præterita, participia{que} compositorum, ut quæ uocationis magis proprietatem habent, à cieo: quæ uero motionis, à cio sumantur.

Cĭlĕo.es. lui. significat moueo. unde & furcillæ, quòd his frumenta cileantur: id est, moueantur.

Cĭlĭcĭum, (κιλίκιον, διφθέρα) à Cilicibus populis dictum est, apud quos (ut inquit Varro 2.de re Rust.ca.11.) Cilicia primum confecta sunt. Cic.3.Ver. Cum iste ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, saccos imperaret. Fiunt autem ex uillis hircorum atq; caprarum, quæ adhibentur, ut Veget. inquit, ad excipiendum impetum sagittarum. Ascon. scribit cilicia tecta esse de pilis in castrorum usum atq; nautarum. In de cilicina uestis.

Cĭlĭŭm, (βλεφαρὶς) folliculus superior quo oculus integitur, quòd cilere mouere sit: uel quasi celium à celando, quòd oculum celet. Inde fit supercilium, quod pilis obtegitur, cuius » prima corripitur: unde est illud in Priapeia, Conueniens Latio pone supercilium. Nam teste Plinio lib.11. extremum ambitum genæ superioris antiqui cilium uocauere.

Cĭllĭbă, (κιλίβαντες) pen.cor. mensæ rotundæ. Var. scribit cillibam mensam quadratam escariam, quæ nunc in castris à cibo cilliba dicta, postea rotunda facta. Hæc & cilibantum, à cylice poculo Græco: id est, calice dicitur. Vide Cælium lib.5.cap.15.

Cĭlōnēs, (φοξοὶ) dicti sunt quorum capita oblonga & compressa sunt: uel quibus frons eminentior est, ita ut à dextra sinistra{que} recisa uideatur.

Cīmă, tam primæ quàm tertiæ declinationis, (κύημα) herbarum summitas est. Plin. Et homini non minor rapaciorum » gratia quàm cimarum. Colum el. Frigoribus caules & ueri cimata mittit. Melius per y psilon scribetur.

Cīmăcĭă, sunt quæ in quadratura extant per quatuor pedes: sicut mensæ quadræ fieri solent.

Cīmex. κορὶς. uermiculus est odore fœdus, ex ligno nascens charti{que} & paleis. Mart.li.11. Nec toga, nec focus est, nec tutus » cimice lectus. Plin.lib.17.cap.9. Folia cimicem necant.

Cimōlĭă creta, (κιμωλία) ab insula Cimolo, qua utuntur fullones in uestibus abluendis. Plin.lib.35.cap.17. Hanc nunc uulgus terram Saponariam uocat. Hæc & medicamentis apta dicitur.

Cīnăbŭlă, cunabula: Cynæ, cunæ. κύω enim Græce parere dicitur, & eniti. Melius cynabyla.

Cīnædĭæ, lapilli qui inueniuntur in cerebro piscis eiusdem nominis.

minis. Plinius lib.17.cap.10.

Cĭnædĭcŭs.a.um. (κιναιδικὸς) pen. cor. adiectiu. à cinædus. Plaut. in Stich. Lepidam & suauem cantationem aliquam occipito cinædicam.

Cĭnædŭs,(κίναιδος,καταπύγων,παιδοφθόρος) cum æ diph. puer ad patiendum aptus. à κινέω moueo, uel experior: αἰδοῖα, uerenda. Gel. Nihil interest quibus membris cinædi sitis, posterioribus an prioribus. Alij cinædos quasi pudore uacuos appellant. κενὸς enim uacuus, αἰδὼς pudor. Alij interpretantur saltatores, uel pantomimos, ἀπὸ τοῦ κινεῖν, quòd libidine omnibus anteirent, qui choros ducebant, & nimia agilitate se exercerent. Hos alio uocabulo petauristas uocant, eo quòd saltibus leuioribus mouerentur, ut nulla duricies in corpore uideretur. Plaut. in Aul. Ita fustibus sum mollior magis, quàm ullus cinædus. Cinædus etiam genus piscis, de

Cĭncĭnnī,(κίκιννοι) per duplex nn, à κίκι, (quo Plin. li. 39. specie olei, ut quibusdam uidetur: eosq; duntaxat capillos significant, qui ita intorti sunt, ut oleo perfusi madescant. Inde cincinnati dicuntur, qui ita capillos habent. Iuuen. Altior hic quare cincinnus? Hos capillos Mart. anulos uocat, ait enim, Vnus de toto peccauerat orbe comarum Anulus. Varro, Cincinnum significat esse intortum capillum: sic scribens, Is est colliculus uiteus intortus, ut cincinnus.

Cĭnclĭcŭlŭs,(διαζωμάτιον) diminutiuum à cinctus, amiculi genus quod ferè sub umbilico præcingitur, & ad dimidium crus porrigitur. Plautus in Bacch. Cincliculo præcinctus in sella apud magistrum assideres.

Cĭnctŭs.us.(διάζωμα) à cingo, sicut cingulum. Varro de lingua Latina: Cinctus & cingulum à cingendo: alterum uiris, alterũ mulieribus attributum. Quamuis & pro uestitu sumatur. Verg. Cinctúq; Gabino. Porphyrio docet cinctum tunicæ genus esse infra pectus aptatæ: à quo cinctos Cethegos Horatius nominauit. Cinctum Gabinum esse dicunt, togam sic in tergum reiectam, ut una eius lacinia reuocata hominem cingat: hoc genere uestimenti consul Romanus utebatur bellum indicturus.

Cĭnĕfactŭm, in cinerem dissolutum. τεφρωθέν. à cinefacio, quod est in cinerem reduco. σποδόω, τεφρόω. Figuratio est, ut tepefactum, & labefactum. Lucil. lib. 3. Ad nos horrifico cinefactum te prope cubet.

Cĭnĕr,et cĭnis, tam masc. quàm fæm. gen. puluis in quem materia usta redigitur. τέφρα. Cinis asinina cum oleo ualet super scrophulas. Inde fit cinereus.a.um. ut color cinereus. τεφρώδης. Colu. lib. 2. cap. 2. Qui modò pigrum contineat humorem: modò eundẽ uel nigri, uel cinerei coloris. Similiter cineraceus.a.um. quod est ex colore cineris. Plin. li. 33. Terra est alia rufa, alia cineracea. Cinericius.a.um. ut panis subcinericius, qui coctus est sub cinere. ὑπὸ κονίας ἄρτος.

Cĭnĭflōnēs, à cinere dicti sunt, & cinelones, & cinerarij, pro parasitis: ab officio calamistrorum in cinere calefaciendorum, quibus matronæ capillos crispabant. Horat. Custodes lectícæ, cinifiones, parasiti.

Cĭngo.is.xi.ctum. ζώννυμι. notæ significationis est, & ablatiuum habet. Gell. Scuto pedestri & gladio Hispanico cinctus, contra Gallum constitit. Per translationem cingere ponitur pro circuire, & circumspicere. περιβάλλειν, περιφρουρεῖν. Liuius li. 1. Nam & muro lapideo, cuius exordium operis Sabino bello turbatum erat, urbem quam nondum munierat, cingere parat. Aliquando tamen accusatiuo sõlo contentum est. Plinius, Cum eum saltum uenatores cinxissent. Dictum cingo, quasi circumago. Huius composita sunt: accingo, circuncingo, discingo, de quo in Accingo. Incinctus (ἄζωστος.) Liuius libro 10. Incinctum Gabino cinctu super telum stantem. Intercingo. Plin. Thebaicus intercinctus aureis guttis inuenitur in Aphricæ parte. Præcingo, idem quod cingo. διαζώννυμι. Plautus in Bacch. Inde de hippodromo, & palæstra ubi reuenissem domum, Cincticulo præcinctus, in sella apud magistrum assideres. Interdum præcingere, est præparare. προασκεύαζω. unde præcinctos, (ὡζῶστους) strenuos & expeditos dicimus. Procingo, cingo, apparo: à quo procinctus, apparatus bellicus, & expeditus. Ouidius, Hæc in procinctu carmina facta puta. Plin. Vinum curas, uigoremq; animi impedit ad procinctum tendentibus. Et procincta classis uocabatur, cum exercitus cinctus erat confestim pugnaturus. Recingo, retrocingo, uel pro simplici ponitur. Ouidius libro Meta. Velantq; caput, tunicasq; recingunt. Succingo, subtus cingo, & ad cingulum alligo. περιαρτῶ, ὑπὸ ζώννυμι. Cic. lib. 12. Phil. Ser. Galbam eodem pugione succinctum in castra uidetis. Et succingere, est cinctu uestis ita colligere, ut breuiores uideantur, fiatq; homo ad agendum promptior. Vnde & succinctam orationem breuem dicimus: & succinctè, breuiter. συντόμως. Hinc succingulum, balteum dicimus. ζωστῆρα. & succinctorium, uestis genus breuissimæ, quo uenter & uerenda teguntur, quod & semicinctium uocatur, quòd medium hominem cingat. id est uestiat.

Cĭngrĭæ, tibiæ dicebantur, quæ licet breuiores essent, subtilioribus tamen modis insonabant.

Cĭngŭlă.æ. qua cinguntur iumenta. ζῶμα. Ouid. De remed. Et noua uelocem cingula lædat equum.

Cĭngŭlŭm,(ζώνη) hominis cinctorium dicitur. Cic. in Somnio Scip. Cernis autem terram eandem, quasi quibusdam redimitam & circundatam cingulis. quandoque pro annulo ponitur, quòd digitum circuit.

Cĭnnăbări,(κιννάβαρι) per duplex nn. Latinè cinnabaris, & cinnaber: ut piperi, nos piper. Plin. li. 29. Et colore dilutum cinnabari clariorem fieri. Dioscor. cinnabarin, inquit, aliqui sanguinem draconum esse dicunt. Venditur hodie in magno pretio in officinis sanguis draconis, cum syncerus est. Quem plerique cinnabarim existimant, sanguis est draconis elephantorum morientium pondere elisi, dum simul pugnant utriusq; animalis cruore permisto: nec est alius color, qui magis proprie sanguinem reddat humanum. Antidotis præterea medicamentisq; miscetur.

Cĭnnămōmŭm, (κιννάμωμον) frutetum in Aethiopia, quod situ breui nascitur, fistulæ duplo duorum cubitorum altitudine. Nascitur & in Sabæis, & India, quæ Australis est. Vide Plinium lib. 8. cap. 27.

Cĭnnămŭm,(κίννάμον) similis est arbuscula cum cinnamomo uel eadem est, quæ & cinnamomum: de qua Ouid. lib. 3. Fast. Cinnama tum primum captiuaq; thura dedisti.

Cĭnnără.æ. fœminini generis nomen herbæ, quæ resistit uenenatis pabulis ceruus. Plin. lib. 8. cap. 27. Quidam dicunt eam esse cardui speciem. Vulgò articocalon, artichau.

Cĭnnĭlĭgĭŭm, quo noua nupta præcingebatur.

Cĭnnŭs, per duplex nn, capillus dicitur. κρόβυλος. Plautus in Tru. Iam ego istos fictos, compositos, crispos, cinnos tuos unguentatos usq; ex cerebro expellam. Propriè tamen cinnus est plurimorum commistio: nam ab aliquibus potionis genus ex multis liquoribus confectum putatur. (κυκεών.) Cic. li de Orat. Cinnus utriusq; particeps, uel utriusq;, si uerum quærimus, expers. Et eleganter Picus Mirandula ad Ang. Polit. Tu ita utrunq; imples, ut utrum magis haud satis constet, qui & Græcam & nostram Mineruam pulchrè amplectaris, quasi cinnus utriusq; linguæ, ut quæ iustitia sit, quæ genuina, non facilè discerni possit. Vnde concinnus.a.um. & concinno.as. fiunt, de quibus alibi.

Cĭppŭs, instrumentum ad colligandos pedes. Terra quoq; in tumulũ congregata dicitur cippus, (στήλη) quandoq; etiam sepulchrum. Horat. in Serm. Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat. Præterea cippus columnam significat. Est etiam nomen uiri propriũ. Val. Maxi. lib. 6.

Cenutio

Ouid. lib. 8. Vos cinnis rejiciunt gelidisq; in urbibus umbræ.

Cenutio Cippo prætori paludato portam egredienti ſubi tò uelut cornua emerſerunt.

Circā, (περὶ) præpoſitio eſt, quæ quandoq; componitur, & poſt poſita inuenitur cum ablatiuo, loco coniunctionis cau»ſalis. Vergilius, Quocirca capere antè dolis. Interdum poſtponitur circum, ut circumcirca, κύκλῳ. Sed cum præponitur ſignificat iuxta, & tam locum quàm numerum deſignat: ut, Circa forum uiſus eſt: &, Circa treis annos tecum manſi. Plin. lib. 9. cap. 18. Nec amplius quàm circa eum menſem uiſuntur. Ponitur aliquando aduerbialiter. Plin. Quanta arte aranei cælant pedicas ſcutulato rete ad capiendas muſcas circà graſſantes.

Circānă, auis dicitur quæ uolando circuitum facit.

Circēĭŭm, herba quæ & mandragora dicitur. Vide Plinium lib. 25. capite 13.

Circēnſēs ludi, (ἱπποδρομίαι) dicti ſunt, quòd in circo fierent, ſiue quaſi circum enſes. Nam ante facta ſpectacula, ut quidam aſtruunt, inter enſeis & flumina locis uirentibus age»bant, & medio in loco munera ponebant. Equi uerò iunctis curribus à circi carceribus diſcedentes, ex uno latere recurrentes, ad primam metam reducebantur. Nam circus oblongus in hemicycli ſpeciem deſinebat, ubi reuoluebantur equi. Liu. Tum primum circo, qui nunc maximus dicitur, deſignatus eſt locus, diuiſa loca patribus, equitibusq; urbis, ut ſpectacula ſibi quiſq; faceret.

Circēnſĕ tomentum dicitur, quòd fit ex ſummitatibus arundinum mollibus lanæ ſimilibus. Mart. Tomentũ conciſa palus circenſe uocatur, Hæc pro leuconio ſtramina pauper emit.

Circĕrŭs. pen. pro. nauis Aſiana prægrandis, ut inquit Noni. Plau. in Sti. Cũ percunctor potitores, ecquæ nauis uenerit ex Aſia, negant ueniſſe. Conſpicatus ſum interim circerum, quo ego meliorem non uidiſſe cenſeo. Vide Cyrcerus.

Circĭno. as. pen. cor. rotundum facio περιάγω. Ouid. Inclinat curſus, & eaſdem circinat auras.

Circĭnŭs. pen. cor. inſtrumentum quo circuli uertendo deſignantur. διαβήτης. uulgò ſextus dicitur. Plin. Omnia autem hæc conſtant ratione circini ſemper indubitata.

Circĭtĕr, (περίπυ, ὡς) à circa fit, idemq; ſignificat: & refertur modò ad tempus. Plaut. in Moſt. Redito huc circiter meridiem. Cæſar 1. Bell. Gall. Ita dies circiter 15 iter fecerunt. Cic. ad Att. Nos circiter Calendas aut in Formiano eri»mus, aut in Pompeiano. Modò ad numerum. Plaut. in Mil. Illic noſter eſt fortaſſe circiter triennium. Liu. 8. Bell. Pun. Eiſdem authoribus compertum eſt cum decem circiter mi»lia ab hoſte abeſſent. Sal. in Catil. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis inſtructa. Modò ad locum. Plaut. in Ciſtel. Loca hæc circiter excidit mihi. Circiter aduerbium. Cic. ad Att. Verum hæc in Arpinati ad ſextum circiter Idus Maias non defleamus. Caſſius, Hemina, lapidem fuiſſe quadratum circiter in media arce iunctum.

Circĭtēs, pen. cor. circuli ex ære facti. Feſtus. Eſt & genus olei apud Columellam lib. 5. cap. 8.

Circĭtōrēs, (περίπολοι) publici urbis cuſtodes.

Circon, accipitris quoddam genus claudum altero pede. Plin. lib. 10. capite 8.

Circŭĕo, ablato m, pro circumeo, circuiui: à circum & eo is ire. περιενοσεῖν. aller à lentour, turnoyer. Cæſar, Equitum ſe partem ſequi, partem circuirier. Plaut. Illac per hortum circumit clam. Vnde circumitio uel circuitio uerbalia: & circuitus. tus. περίοδος. Et

Circŭĭtōrēs, uigiliarum recognitores. ἔφοδοι, ἐφοδεύοντες, περίπολοι. Item ut docet Vlpianus uulgò appellantur, quibus ueſtiarij, uel lintearij dant ueſtem circunferendam uel diſtrahendam.

Circŭlārĕ, adiectiuum, quod ad circulum pertinet. κυκλικόν.

Circŭlātĭm, ſignificat per circulos, κατὰ κύκλους. Suetonius, In ſummo publico luctu, externarum gentium multitudo circulatim ſuo quæq; more lamentata eſt.

Circŭlātŏr, (ἀγύρτης, ἀπατεὼν, φλοκτδλὺς, ὀχλαγωγός.) cyclicus, circunforaneus, qui ſua carmina coronæ recitat. Apuleius præſtigiatorem ſtipatum mortalibus ſuas fallacias admirantibus uocat circulatorem: ſic enim inquit lib. 1. Circulatorem aſpexi equeſtrem, ſpatam præacutam mucrone infeſto deuoraſſe. Paul. Iureconſul. ff. de Extraordinarijs crĭminibus, In circulatore: qui ſerpenteis circunferunt, & proponunt: ſi cui ob horum metum damnum datum eſt, pro modo admiſsi actio dabitur. Dictus circulator à circulo.

Circŭlātōrĭŭs. a. um. quod ad circulatorem ſpectat. ἀγυρτικός. Vnde Quintilianus præcipit nobis parandam uim orandi, non circulatoriam uoluptatem ſpectantibus. hoc eſt, ijs qui garrula quadam circulatorum feſtiuitate gaudent.

Circŭlātrix, (φλοκτδλὺς) ea dicitur quæ lucri cauſſa urbem circuit, & ſaltando, alio'ue ludi genere, mercedulam aucu»patur. Mart. lib. 10. Et fœda linguæ probra circulatricis.

Circŭlo. as. circundo. κυκλόω. Colum. lib. 12. Iſq; debebit antè circulari foſſula quæ repleatur lapidibus & calce. Seneca, Appion totam circulatus eſt Græciam. id eſt, obiuit omneis oras Græciæ. Cic. De claris orat. Videt oſcitantem iudicem, colloquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem, mittentem ad horas quæſitorem, ut dimittat rogantem: intelligit oratorem in ea cauſa non adeſſe. Circulantem per translationem dixit, pro in circulo caput circunferentem, quod indicium eſt auditoris oratori non auſcultantis, nec animum orationi aduertentis. Budæus.

Circŭlŭs (κύκλος) & per ſyncopen circlus, paruus circus. Cicero. 2. de Nat. Cumq; duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus. (ſic enim ſphæram interpretari placet) ex planis autem circulus, aut orbis. Vnde circulus terræ, qui ſecundum Eratoſthenem ducentis quinquaginta mille ſtadijs conſtat.

Et per translationem, Cic. 5. de Finib. Itaq; inertiſsimos homines uidemus, cum non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos, aut ſemicirculos conſectari. Circulos uocat, cœtus hominum in orbem collectorum, & inter ſe fabulantium: ſemicirculos ſeſsiones colloquentium, capitaq; conferentium. Hæc Budæus. Quintil. lib. 2. cap. 13. Minùs ad circulum pullatum facit. id eſt coronam & multitudinem pullatorum circunfuſam.

Circŭm, (περὶ) præpoſitio, acuto accentu deſignatur in ultima, ne accuſatiuus nominis circus, uel aduerbium eſſe putetur. Hæc autem & componi ſolet & ſeparari. Separata locum tantum ſignificat, ſicut & compoſita, ut circum theatrum. Quandoq; loco aduerbij ponitur. Verg. An' ne uides toto properari littore circum? Componitur uerò cum dictionibus ab a incipientibus, ut circumago: c, ut circuneĭdo: d, ut circunduco: e, ut circumeo: f, ut circunfluo: i, ut circuniacio. à quo circumiectus: l, ut circũlinio: m, ut circummunio: n, ut circumnaſcor: p, ut circumpono: q, ut circunquaq;: ſ, ut circunſcribo: t, ut circuntuli: u, ut circumuenio. Verum iuncta uocalibus integra ſcribi, ſed non proferri debent: ut, circũago, circumeo ſcribantur, ſed proferantur circuago, circueo. Vnde Priſcianus ait, Circumeo, & circumago, & ſimilia non paterentur eliſionem in pronunciatione, ſi tranſiret in ſequentem ſyllabam m. Si uerò iungatur cum c d f q t, mutatur m in n, ut circuncido, circundo, circunfero, circunquaq;, circuntuli. Cum alijs remanet m integra: ut, circumſcribo, circumuolo.

Circŭmăgo, ſignificat circunduco. περιάγω, περιαγόμαι. Apuleius, Nudumq; hominem circum agens omnibus oſtendebat. Interdum inſequor. διώκω. Curt. Nec uulneratum & ferè ſeminecem circumagere deſtituerunt. Interdum retrouerto, conuerto. Plin. In ponte prætenui duabus capellis obuĭa e

diuerſo

Virg. lib. 8. ~~Circuit~~ Flexitq; orbibus & rotatum it turbine agmen

ediuerso cum circumactam angustiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo.

Circūmcircā, compositum ex duabus præpositionibus, significat ἀμφὶ, περὶ. siue ab omni parte: ut circumcirca prospicere. Plautus in Aulul. Occœpit ibi scalpurire ungulis circumcirca.

Circūmmītto. περιπέμπω. Liuius 4. ab Vrbe. Veiens multitudine abundans, qui inter dimicationem castra Romana aggrederentur, post montes circummisit.

Circūmmūnio, circumsepio, circumroboro. περιφραγίζω. Colum. lib. 3. Priusquam pomarium constituas, quàm magnum hare uoles circummunito macerie aut fossa, ita ut non solum pecori, sed nec homini transitus sit.

Circūmnāscŏr, (περιφύομαι.) Plin. lib. 1. Lacus Sannacus in Asia circumnascente absynthio inficitur.

Circumpedes, serui erant. Cicero in Ver. 1. Circumpede homines formosi, & literati.

Circūmplectŏr, amplector. περιπλέκομαι. Sallust. Cum montem undiq; circumplexus obsideret.

Circūmscribo, significat prout sonat, id est περιγράφω, colligo, comprehendo, intra finem quendam complector, definio. Lactant. Cuius scientiæ summam breuiter circumscribo, ut neq; religio ulla sine sapientia sit, nec ulla sine religione probanda sapientia. Colum. Diophanes Bithymus Vticensem totum, Dionysij Pœni Magonis interpretem, per multa diffusum uolumina, sex epitomis circunscripsit. Cic. Parad. Exilium terribile est illis, quibus circunscriptus est habitandi locus. Per translationem, est dolo in re contrahenda atq; commercijs aliquem bonis priuare: ut apud Senecam de eo qui fratrem circumscripsit in diuisione hæreditatis, ut cum ex altera parte matrem fratris, ex altera omnia bona possuisset. Item decipere significat. Plin. lib. 7. Vana mortalitas, & ad circumscribendam seipsam ingeniosa.

Circūmsĕcŭs, penult. corr. significat in circuitu à lateribus. Apul. lib. 9. Quiq; circumsecus uenuntur.

Circūmstīsto, is. (περίστημι) pro circundo ponitur: siue ad obtinendum, defendendum, seu offendendum circum me pono. Liuius lib. 1. Centuriones ad Metium circumsistunt. Cæsar, Si quis grauiori uulnere accepto deciderat, circumsistebant id est, firmabant se circumfauentes ei, et tela ab eo arcentes. Verg. At fessi tandem ciues infanda furentem Armati circumsistunt.

Circūmspĕctŭs, qui in omnem partem circumspectat: hoc est, prudens & sagax. περιφυλακτικός, περισκεπτικός. Colum. lib. 1. Nam illa solennia sunt omnibus circunspectis, ut Ergastuli mancipia recognoscant.

Circūmsŏnārĕ, Cic. 3. Off. Conducere arbitror talibus aures tuas uocibus circumsonare. id est indesinenter audire.

Circūmspĭcio, omnia oculis collustro. περισκοπῶ. Iustin. libro 1. Primo latebras circumspicit. Hinc circumspecto. as. frequentatiuum, διαπαπλώσσω, κατασκοπῶμαι. Teren. in Eun. Et properans uenit, nescio quid circumspectat. Significat quoq; admirari. Cicero, Vsq; eo ne te diligis, & magnifice circumspicis? Item accuratè considerare. Idem Fam. 1. Hic ego quantum humano consilio efficere potui, circumspectis rebus omnibus, rationibusq; subductis, summam feci cogitationum mearum omnium. Et in Parad. Nunquam' ne homo amantissime te circumspicies? nunquam' ne quid facias considerabis, nec quid loquare?

Circūmspĭcŭus, componitur ex circum, & spicuus, & eum significat qui circum aspicitur. περιβλεπτικός.

Circūmsto, circundo. κυκλόω. Verg. Circunstant animæ dextra læuaq; frequentes. Hinc circumstantiæ, (περιστάσεις) quæ in unaquaq; controuersia quæri solent, & quasi quæstionem circumstant. Vide in dictione Locus.

Circūmuādo, pen. prod. περιπολῶ. Liuius De 2. bel. Macedonico. Repentè anceps terror hinc muros ascendentibus Romanis, illinc arca capta, Barbaros circumuasit.

Circūmuĕho. is. περιπλάνω. à quo frequentatiuum circumuecto. as. quod est sæpe circunfero. Vergilius libro 3. Georg.

» Singula dum capti circumuectamur amore.

Circūmuĕnio, idem quod circundo. κυκλόω. Liuius lib. 1. Vt & hostibus circumueniri se à tergo ratis, terror ac fuga iniceretur. Aliquando est circummunire. Sallust. Petere consulatum C. Antonium, quem sibi collegam fore sperabat, hominem nobilem, familiarem, & omnibus necessitudinibus circumuentum. Aliquando decipere seu insidijs inuoluere, πλουτικτίω, παραπρέομαι: tractum à uenatoribus, qui feras laqueis, retibus, & canibus circumuenire solent. Cicero libro 2. Off. Suum quisq; teneat, & neque tenuiores propter humilitatem circumueniantur, nec locupletibus ad sua uel tenenda uel recuperanda obsit inuidia. Aliquando opprimere. Sallust. Cuiq; optimo literas mittit, se à falsis criminibus circumuentum. Sic Liuius lib. 1. fœnore circumuentam plebem dixit.

Circūmuŏlito, περιπίτομαι. Huius proprius usus est apud

» Verg. libro 1. Geor. Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo. Colum. per translationem pro crebro uiso, seu pro celeriter circundo usus est, An honestius dixerim mercenarij salutatoris mendacissimum aucupium, circumuolitantis limina potentiorum.

Circūncellĭōnes, dicti sunt qui circũ cellas uagantur. ἀλήται. Solent enim ire hac atq; illac, nusquam habentes sedes.

Circūncīdo, penult. prod. circunseco. περικόπτω. Columella libro 5. Eiusdem spatij corticem circuncidito, & materiem deliberato.

Circūncŏlo, penult. cor. circumhabitò. περιοικέω. Liuius libro 5. Excepto Venetorum angulo, qui sinum circuncolunt maris.

Circūncŏlūmnĭum, locus est circunquaq; porticus habens, uel saltem à tribus lateribus, qualia fieri ruslicis domibus solent. περιστύλιον.

Circūndo, (περίδω.) & Circumeo, (περιαμβάνω) inter se differunt quoniam dicimus, Hercules circuiuit terram non circundedit: & annulus circundat digitum, non circumit. Circuitus tamen utrunq; complectitur. Cicero Catoni. Vallo & fossa circundedi. Plaut. in Asin. Circundato me brachijs, meumq; collum circumplecte.

Circūnfĕro, penult. cor. circumporto, circunduco. περιφέρω. Sallust. Fuere item ea tempestate, qui dicerent Catilinam, oratione habita, cum ad iusiurandum populares conscios sceleris sui adijceret, humani corporis sanguine uinum permistum, pateris circuntulisse. Per translationem ponitur pro purgare. Verg. libro 6. Idem ter socios pura circuntulit unda Spargens rore leui. Nam lustratio à circulatione dicta est, uel cæde, uel uictima.

Circūnflĕxŭs, undiq; flexus. περισπώμενος. inde accentus circunflexus, ex acuto & graui factus.

Circūnflŭo, abundo, ἐμπερέω. Cicero in Læl. Et circunfluere omnibus bonis copijs, atq; in omni rerum abundantia uiuere Proprie tamen circunfluere, est circum aliquid fluere, decurrere, περιρέω. Plinius, Id oppidum circunfluit amnis. Interdum concurrere, συμπερέω. Idem, Postquam uariæ undique gentes circunfluxere.

Circūnflŭŭs. a. um. quod circunfluit. περίῤῥυτος. Claud. libro 2. Et aurato trahitur circunflua Ponto. Plin. libro 2. cap. 66. Tellus medio ambitu præcincta circunfluo mari.

Circūnfŏrānĕă domus (περιφόρητος οἶκος.) apud Apuleium pro ea quæ mobilis & ambulatoria est, facilis ad circunferendum.

Circunforaneæ hostiæ dicuntur, non tam quæ circum fora, quàm quæ circum agros & urbeis in ambaruali sacrificio

circun

circunferuntur: à circunferendo dictæ.

Circūnfŏrānī, seu Circunforanei, (ἀγύρται) qui circa fora crebro uersari solent, quales nugatores, impostoresq́, qui fucis & strophis captant quæstum. Cic. pro Cluent. Tum repentè Anconitanum quendam L. Clodiū pharmacopolam circunforaneum, qui casu tum uenisset, aggreditur. Hierony. Garrulum nescio quem rumigerulum, circunforaneum. Et qui circa forum uenditant aut emunt, sciscitantur ue, circunforanei dicuntur.

Circūniăcĕo. ces. cui. Liu. Nam & Lycaonia, & Phrygia utraq́, & Pisidia omnis, & Chersonesus, quæq́ circuniacent Europæ, in uestra sunt potestate.

Circūniĭcio. cis. ieci. iectum, à iacio compositum. περιβαλλω. Liu. 3. bel. Maced. Postquam læuo latere nudato circunijcere hastas in uenientem ex transuerso hostem conati sunt. Circunijcere uallum, apud eundem, pro circunædificare. Et circunijcere ambitu extrema cæli. Cic. pro circundare, amplecti. Vnde circuniectus. a. um. pro circunpositus: ut, Circuniecta urbi loca Liu. Et circuniectus. us. Cic. de Nat. Qui terram tenero circuniectu amplectitur.

Circūnlino, in præterito, circunliui, uel circunleui, & circunlini, ex circumcirca, leuiter induco. Pli. Circunlini aluearia fimo bubulo utilissimum. Vnde circunlitio. onis. actus ipse circunliniendi. Alij circunlitiones uocant κονιάματα, siue politiones, cum operibus perfectis manus ultima admouetur. Plin. lib. 35. cap. 11. Hic est Nicias de quo dicebat Praxiteles interrogatus, quæ maximè opera probaret sua in marmoribus: quibus Nicias manum admouisset, tantum circunlitioni eius tribuebat.

Circūnsĭdĕo. des. circunsēdi, circunsessum, significat contrasedere, circundare, obsidere. Liuius, In nos uiri armati estis, agite, dum ubi hic curiam circunsederitis. Sallust. Igitur Iugurtha oppidum circunsedit.

Circŭs, (κύκλος) omnis in gyrum ambitus: à circuo secundum Seruium. Mathematici definiunt eum figuram planā, una tantum linea contentam, in cuius medio punctus sit, à quo omnes lineæ ad circunferentiam ductæ, inter se sint æquales. Et differt circus à globo, quòd circus est planities rotunda, ut circuitus: globus soliditas undique rotunda, ut est sphæra, & staminum glomera. Circus. (κίρκος, Athenæus li. 13.) etiam dicitur locus muris septus. Vergil. lib. 5. Mediáq́ in ualle theatri circus erat. Vnde Circenses ludi, quòd in circo fierent. Fuerunt́q tres Circi Romæ: Circus maximus inter Palatium & Auentinum: Circus Flaminius, qui & Apollinaris: & Circus Neronis in Vaticano. Dicitur autem circus uel à circuitu: uel à Circe solis filia.

Cirnĕă, uas uinarium. nam κιρνᾶ misceo significat. Plautus in Amph. Inde impleui cirneam.

Cirri, (βόστρυχοι, πλόκαμοι) à quibusdam appellantur capilli contorti, ac perinde crispati, quales picus Martius, & alauda, & grues in capitibus gerunt. Ouidius, Cirris & à tonso nomen sortita capillo. Ostreorum etiam capillamenta dicuntur cirri. Mart. lib. 7. Et ostreorū rapere liuidos cirros. Sed idem etiam, Teq́ iuuant cirres & aliâs gerres. & pelle melandria cana. Inde cirratus: id est capillatus. Persius, Ten' cirratorum centum dictata fuisse Pro nihilo pendas? Alij cirros capillos capitis attonsos putant, à κείρω attondeo, incido. Cato de liberis educandis, Itaq́ Ambraciæ primum puerilem dentem, item cirros ad Apollinem ponere solent. Inde Persius cirratos uocat pueros, qui cum comam nutrirent, eam Veneri consecrant detonsam.

Cirsōs, uocat Hippoc. uarices. Aristoteles uerò ixias. κιρσοί.

Cirtăcŭs, balsami genus, scabro aspectu, incuruum, fructuosum, odoratum.

Cis, (κίς) genus uermiculi, qualis hordearius, triticariusq́: à quo uermiculo pumex à Græcis (κωνωπίς) dicitur, quod nihil aliud ferè quàm pertusum erosumq́ significat.

Cis & Citrā, (ἐντὸς ἐπὶ τοῦδε, ἐπὶ θάτερα μέρη) differunt: quod cis magis proprijs nominibus fluminū uel montium præponi solet: reliquis magis citra, ut cis Rhenum, cis Padum, cis alpes. ἐπὶ τοῦδε τῶν ἄλπεων. Citra cruorem, citra forum, citra templum. Et habet quidem cis, sicut & citra contrariam significationem de ultra. Nam hæ particulæ citra, intra, ultra, ut docet Gel. apud ueteres singularibus syllabis appellabantur cis & uls. Dicebatuŕq cis Tyberim, & uls Tyberim: mox dici cœptum est, citra Tyberim, & ultra Tyberim: & intra Calendas, citra Calendas. Componiq́ potest & separari: ut Cisalpina Gallia, & cis Padum. Sciendum quòd quamuis cis habeat uim localem, per translationem tamen, & in tempore, & in alijs rebus uti possumus: ut, Cis definitum tempus ueniſti: sicut, ultra tempus à nobis datum uenisti. Cis naturæ leges: hoc est, minus quàm patiantur naturæ leges. Aliquando pro ultra. Sallustius, Cis Rhenum, atque intra mare nostrum & Oceanum, nisi qua in paludibus uia fuit perdomita. Citra etiam quandoq́ pro sine (χωρίς) ponitur. Colum. In agricultura uoluntas facultasq́ citra scientiam sæpe magnam dominis afferunt iacturam. Suetoni. in Cæs. Alij citra senatus, populiq́ authoritatem id est, sine authoritate. Quintil lib. 1. Tum neque citra musicen grammatice potest esse perfecta. Plinius li. 3. Citra fastidium nominentur. Quandoq́ ponitur pro ante, ut citra Calendas: id est ante Calendas. Suetonius in Augusto, Solebat etiam citra spectaculorum dies, si quando quid insuſitatum, dignumq́ cognitu, &c. Fit autem citra à cis: à citra citer, citerior, citimus.

Cisium. δίφρος. genus uehiculi biroti: à quo cisiarij qui cisium regunt. Cicer. Delituit in quadam cauponula, atq́ se ibi occultans perpotauit ad uesperum: Inde cisio celeriter ad urbem uectus, domum uenit capite inuoluto. Iureconsultus libro 20. Digest. Si cisiarius, dum cæteros transire contendit, cisium euertit, & seruum quassauit uel occidit, puta ex locato esse in eum actionem. Cissium Perottus duplici ſſ scribit.

Cissītes, (κισσίτης) gemma est ad similitudinem folij hederæ candicans. Plin. lib. 37. cap. 10. & 11.

Cissўbiŭm, ligneum poculum ex hedera, quod Græci κισσύβιον uocant. Meminerunt Theocritus & Homerus

Cistă, (κίστη) genus uasis uiminei. Colum. lib. 12. cap. 52. Fit etiam cista ex asseribus, in qua conduntur & pecuniæ, & alia usui nostro necessaria. Vulgò ein kist. Cicero 5. Verr. Quaternos H S. quos mihi Senatus decreuit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in cistam transferam ex fisco. Iuuenal. Nanque uetus Græcos seruabat cista libellos. Huius diminutiuum est cistula. Hinc aliud diminutiuum cistella: à quo cistellula. Cicero ad Heren. libro 1. Cistellam pro uase posuit, quo suffragia populi in creandis magistratibus legibusqûe ferendis colligebantur, cũ ait: Saturninus legem ferre cœpit, collegæ intercedere, ille nihilominus cistellam detulit. Cistifer. a. um. qui fert cistam. Martialis: Nupsisti Gellia cistifero.

Cistĕrnă, (ὑδραγωγὸς) locus in quo colligitur aqua pluuia per euripos & caniculos sub stillicidio positos, ad imbres suscipiendos. Vlpian. Cisterna aquam uiuam non habet. Et quidem cisternæ imbribus concipiunt, sed per glaream immissam in spongias purificatis. Dicta cisterna, quòd sit cista id est infra terram. Hinc cisterninus. a. um. Colum. li. 12. capite 43. Tota deinde uasa in aqua fontana uel cisternina ponderibus impositis mergi.

Cistŏphŏrŭs, numi species à Canephoris Palladis Atticæ uirginibus ministris dicti. Cic. Att. lib. 11. Ego in cistophoro in Asia habeo ad sestertia bis & uicies: huius pecuniæ permutatione fidem nostram facile tuebere.

Cĭtātŭs, uocatus, προσκεκλημένος: celer, ὀξύς. Apul. Citato, non teſtudineo greſſu.

Cĭtĕrĭă, appellabatur effigies quædam arguta & loquax ridiculi gratia, quæ in pompa uehi Romæ ſolebat. Cato in M. Cælium: Quid ego cum illo diſſertim amplius, quem ego deniq; credo in pompa ueclitatum iri ludis pro citeria, atque cum ſpectatoribus ſermocinaturum?

Cĭthărā. æ. (κιθάρα) pen.cor. inſtrumentum muſicum, alio nomine lyra appellatur, quam Hieron. ſcribit effici in modum Δ literæ, cum chordis uigintiquatuor, & per digitos uarijs uocibus tinnulisq; ictibus in diuerſis modis concitari. de qua in dictione Pſalterium aliqua dicuntur.

Cĭthărĭs. (κίθαρις) pen.cor. pileus, uel mitra pontificalis.

Citharĭſta, qui citharam tantum pulſat, non etiam accinit. Cicero 3. Verr. At etiam illum Aſpendium citharĭſtam, de quo ſæpe audiſtis id, quod eſt Græcis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, ſuſtulit.

Cĭthărĭſtrĭă, (κιθαρίστρια) quæ citharam canit, ſicut à tympano tympaniſtria.

Cĭthărĭzo. as. (κιθαρίζω) citharam cano.

Cĭthărœdŭs, (κιθαρῳδὸς) qui citharam canit. Iuuenal. Accipis uxorem de qua citharœdus Echion. Hinc Citharœdicus. a. um. κιθαρῳδικὸς. ut citharœdica ars. Sueton. in Ner. Item ſtatuas ſuas citharœdico habitu.

Cĭtĭmŭs, pen.corr. ſuperlatiuum à cis, idem eſt quod ultimus, extremus. ἀκρότατος. Et citima uocantur, quæ cœlo proxima ſunt. ἐγγύτατα. Cic. Quibus erat ea minima, quæ ultima cœlo, citima terris luco lucebat aliena.

Cĭto. as. (προσκαλέομαι, προσφέρω) frequentatiuum à cieo, quod eſt uoco, & modo eſt iudiciale uerbum, pro in ius uocare, iubere adeſſe, & diem alicui dicere: modo uero extra forum pro fide authoritatemq; alicuius obteſtari, & (ut nonnulli) allegare, ſiue (quod Latinis magis probatur) laudare ponitur. De primo ſignificationis genere. Cic. pro Cluentio: Cognoſcite nunc, ita reum citatum eſſe illum, ut reſemel atq; iterum præiudicata, condemnatus in iudicium uenerit. Et in Ver. 4. Citat reum, non reſpondet: citat accuſatorem, citatus accuſator M. Pacilius neſcio quo caſu non reſpondit, non adfuit. De altera ſignificatione, idem de Fin. lib. 2. Sed dies me deficiet: &, ut Aulus Varius, qui eſt habitus iudex durior, dicere conſeſſori ſolebat, cum datis teſtibus, alij tamen citarentur: Aut hoc teſtium ſatis eſt, aut neſcio quid ſatis ſit: ſic à me ſatis teſtium eſt dictum. Et Offic. 1. Quamuis enim Themiſtocles iure laudetur, & ſit eius nomen quàm Solonis illuſtrius, citetur q; Salamis clariſſimæ teſtis uictoriæ, quæ anteponatur conſilio Solonis ei, quo primum conſtituit Areopagitas: non minus præclarum hoc, quàm illud iudicandum eſt. Et de Natur. lib. 1. Tu ipſe pauloantè cum tanquam ſenatum philoſophorum citares, ſummos uiros deſipere dicebas. Huius compoſita ſunt, concito pen.cor. quod ſignificat ad iram prouoco. hinc concitatus, iratus. Gel. Erat enim aliquanto concitatior. Incito, excito, ſuſcito, &c. quæ ſunt in dictione Cieo.

Cĭtrā, (ἐντὸς) præpoſitio. uide in dictione Cis.

Cĭtrĕŭm, ut Cloatius ſcribit, eſt Perſicum malum. μηλιχὸν, πέρσικὸν, καὶ ῥόμβδον. de quo Vergil. Felicis mali, quo non præſtantius ullum. Oppius lib. de Sylueſt. arbor. Citra idem malus & Perſica, altera generatur in Italia, & in Media altera. Et paulò pòſt de Citreo: Eſt autem odoratiſſimum, ex quo interiectum ueſti tineas necat. Fertur etiam uenenis contrarium, quod tritum cum uino purgatiore, bibentes ſeruat uiribus ſuis. Generantur autem in Perſide mala Citrea, quæ uulgò narantia dicuntur.

Cĭtrō, cum ultro. ἀντὶ τοῦ κἀκεῖθεν.

Cĭtrŭs, (κίτρον) arbor nobiliſſima, quæ ſola apud Atlantem montem in Mauritania naſcitur: Romanis quondam gratiſſima. nam afferebantur ad ornamenta menſurarum & lectulorum. Non multum creſcit, & folia maiora habet quàm laurus. Hinc Citreus. a. um. ut Citreæ menſæ. Apud Dionem Cedron, & poma Cedria, pro citro & citrijs appellata inueniuntur. Alterius tamen generis ſunt Citri Atlantĭcæ, ex quib. menſæ fierent, quam noſtrates Citri. unde mala medica naſcuntur. Hæ folio ſpectantur arbuti ferè, aut lauri: Atlanticæ, cupreſſo fœminæ ſylueſtri, folio, odore, caudice. Dicitur & Citrum, neutro genere pro ligno.

Cĭttă, (κίττα) auis pica, quoniam (ut Galenus ait) terram auis illa mandat: aut quia colores habet, ut pica, diſpares, ita gra uidæ uarios appetunt.

Cĭtŭs, celer. ὀξύς. quaſi citatus. Liu. 6. bel. Pun. Eques citus ab Roma uenit. Sall. Modò citus, modò tardus inceſſus eius.

Hinc citior, citiſſimus. Plaut. Nullam ego rem citiorem apud homines eſſe, quàm famam reor, citiſſimus omnium rediit. Citò, (ὀξέως, ταχέως) aduerbium, citius, citiſſime. Plaut. in Mil. Ite citò, iam ego uos aſſequor. Interdum citus dicitur ſeparatus. Vergil. lib. 8. Haud procul inde citæ Metum in diuerſa quadrigæ. Quando habet pen. prod. ſignificat diuiſum, ut ait Seru. in 8. Aeneid. Vt eſt, inquit, in iure erecto, non cito. id eſt, in patrimonio uel hæreditate non diuiſa: Priſcianus uerò, à Cire quartæ coniugationis, excitum, concitum pen. prod. Ciere autem ſecundæ, pen. cor.

Cĭuĭcŭs. a. um. (πολιτικὸς) pen.cor. idem quod ciuilis: ut ciuica corona, quam ciuis ciui, à quo ſeruatus fuiſſet in prælio, teſtem uitæ dare ſolebat, ex fronde querna, quoniam cibus antiquiſſimus è quercu capi conſueuerat.

Cĭuīlis, & hoc ciuile, quod eſt ciuis, ſeu quod ad ciuĕ pertinet, πολιτικὸς: ut ciuilis mos, ciuile ius, ciuile odium, ciuile bellum, ciuilis homo, qui eſt peritus eorum quæ ad adminiſtrandam Rempub. pertinent.

Cĭuĭlĭtās, (ἡ πολιτικὴ) quaſi ciuilis mos, & accipitur pro moderatione quadam atque modeſtia, magis ciui hominiq; politico, quàm imperatori conueniente, quam in Auguſto fuiſſe ſcribit Sueton. Clementiæ ciuilitatisq;, inquit, eius multa & magna documenta ſunt. Iul. Capitolinus laudat Antoninum Pium, quòd imperatorium faſtigium ad ſummam ciuilitatem deduxerit. Hinc,

Cĭuĭlĭtĕr, aduerbium. Cic. 1. Offic. Vt enim cum ciuiliter contendimus: aliter ſi eſt inimicus, aliter ſi competitor. Iuuena. Saty. 5, Poſcimus ut cœnes ciuiliter. id eſt, ut tibi ſit panis idem qui alijs conuiuis, iiſdemq; ferculis utaris: non ut tyrannico more, aut regio cœnes.

Cĭuis, urbis colonus. πολίτης, ἀπὸ τοῦ. à coëundo (ut Ciceroni probatur) quòd uinculo quodam ſocietatis in unum coëat cœtum, & ſub legibus uiuat. Sciendum Latinè dici, Hic eſt ciuis meus, iſte eſt ciuis tuus, &c. pro eo quod uulgo dicunt, Hic eſt conciuis, uel compatriota meus, quam locutionem ineruditis relinquamus.

Cĭuĭtās, (πόλις) proprie eſt collecta ciuium multitudo, ad iure uiuendum. Aliquando ciuitas dicitur ius ciuium. unde ciuitate donare. πολιτείαν διδόναι. Vſurpatiuè tamen dicitur urbs, hoc eſt, ipſa mœnia & ædificia.

C ANTE L.

Clăbŭlă, uel ut quædam habent exemplaria, clauola, ſciſſio lignorum, uel præſegmina, authore Nonio. Varr. 1. de re Ruſt. cap. 40. Demum in oleagineis ſeminibus arbores uidendum, ut ſit de tenero ramo ex utr. parte æquabiliter præciſum, quas alij clauolas, alij taleas appellant, ac faciunt circiter pedales.

Clădēs, à calamis, quaſi calamides, hoc eſt calamitas: uel quaſi cades, à cadendo, κλάσις: uel à κλάω, quod eſt amputo, frango. Inde κλάσμα, fragmentum, & confractio.

Clām, (λάθρα, κρύφα) præpoſitio ſeparatiua eſt, & caſualibus tantum præponitur, ut clam patre egiſti. Quando q; repe

Lucret. lib. 6. mortiferum poſſit clam ferri
q flauæ coorta.

» ritur loco aduerbij posita. Verg. Clàm ferro incautum su-
» perat securus amorum. Sed oratores præpositionem potius
accipiunt, siue iungatur ablatiuo, ut Prisc. sentit, siue
accusatiuo, ut Donat. opinatur, ut clam me profectus est:
id est, me insciente. λαθὼν ἐμέ. Hinc compositum perclam,
quod est ualde occultè.

Clāmārĕ, est uociferari. κραυγάζειν. unde exclamatio. Plautus in
Merc. Nec tolerant, ut æquum est patres: sed clamant, inde-
center obstrepunt. Quandoq; uocare. φωνεῖν. Plaut. Plau-
dunt, partim clamitant me, ut reuertar. Huius composita
sunt: acclamo, conclamo: ut uasa conclamo. ἀναλυγὰ σκευά-
νω. Item declamo, exclamo, inclamo, proclamo, reclamo,
& succlamo, quæ habent penultimam productam.

Clāmŏr, uox quæ clamando fit. κραυγὴ, βοή. & propriè cala-
morum sonus, quasi calæmor. cum enim arundines uento agi
tantur, magnam uocem emittunt. Plin. in Epist. Turbidoq;
clamore postulauerat simul & oppresserat. Dicitur & cla-
mos, sicut arbos.

Clāmōsŭs. a. um. (κραυγασικὸς) à nominatiuo clamos, quod
» clamore obstrepit, uociferaturq;. Iuuen. Securum iubeant
» clamoso insistere circo. Quintil. Non turbidus, non clamo-
sus sit altercator.

Clānculŭm, diminutiuum est à clam. λαθραίως, κρύβδην. Ter.
in Eunu. In cellulam ad te patris penum omnem congere-
bam clanculum.

Clāndēstīnō, aduerbium. κρύφα. Lucilius: At enim dicit clan-
destinò tibi quod commissum fuerat. Plau. in Mil. Nam hoc
negotij clandestinò ut agerem, mandatur mihi.

Clāndēstīnŭs. a. um. pen. prod. occultus. κρυφιαῖος. quasi clàm
de astu: hoc est urbe. Manil. lib. 1. Et clandestinus surgentia
» fraudibus arma. Silius libro 7. Ceu clandestino traheretur
» fœdere bellum.

Clāngo. is. xi. uel gui. (κλάγγω) tuba cano, uel increpo.

Clāngŏr, (κλαγγὴ) uox tubarum est. Verg. Clamorq; uirûm,
» clangorq; tubarum. Licet etiam dicatur de sono anserum,
& aliarum rerum constrepentium. Cic. lib. 2. Tusc. de Pro-
metheo: Iouis satelles (intelligit aquilam) pastu dilaniat fe-
ro, tum iecore optimo farta & satiata affatim, clangorem
fundit uastum. Colum. De anseribus lib. 9. Eiusq; generis
anser præcipuè rusticis gratus est, quòd nec maximam cu-
ram poscit, & solertiorem custodiam præbet quàm canis.
nam clangore prodit insidiantem.

Clārĕo, es. ui. (ἀνδοκιμέω, φαίνομαι) clarus sum, uel manife-
stus, seu notus sum: ut, claret quòd mihi sis inimicus. Turpil.
in prima significatione, Cuius aduentu hodie claret Cy-
pros. Hinc fit compositum inclaret, quod est ualde clareo:
à quo fit inclaresco, quod est ualde clarus fio, περιφαίνομαι.

Clārĭfico. as. clarum facio, illustro. δοξάζω. Plinius libro 20.
capite. 13. Alterum est nigrius, quod capitis uitia purgat, ui-
sum clarificat.

Clārĭgātĭo, belli denunciatio. Accipitur & pro exactione
numaria, maximè quæ principis uel Reipub. edicto conce-
ditur. Liu. libro 8. In Veliternos ueteres ciues Romanos,
quòd toties rebellassent, grauiter sæuitum, & muri deiecti,
& senatus inde abductus, iussiq; trans Tyberim habitare,
ut eius, qui cis Tyberim deprehensus esset, usq; ad mille pas.
pondo clarigatio esset: nec prius quàm ære absoluto, is qui
cœpisset, extra uincula captum haberet.

Clārĭgo. as. pen. corr. clare repeto, bellum indico: à uocis cla-
ritate dictum: aut ἀπὸ τοῦ κλήρου, hoc est à sorte. nam bellica sor
te inuadebant agros hostiles. unde κληρονόμοι dicuntur, qui
iure sortiuntur bona defuncti. Plin. lib. 22. Hac semper & le
gati cum ad hostes clarigatum q; mitterentur usi. id est, res
raptas clare repetitum. Erat autem Romanis in more,
cum bellum indicere alicui uolebant, ut Pater patratus pro
ficisceretur ad hostiũ exercitũ, & præfatus quædam sollen-
nia uerba, clara uoce diceret se bellũ indicere, obcertas cau

Clārĭtās, luciditas. σαφήνεια. ut claritas solis. Plin. (sas. Anfonius, Pollet Aristides ueteres qui clarat Athenas.
Claritatis tantæ est uesper. Aliquando excellentia & splen-
dor. εὐκλεια. ut claritas generis, claritas rerũ gestarum. Cic.
ad Sulp. Quæ quanquàm ex multis pro tua claritate audi-
am, tamen libentissimè ex tuis literis cognoscam. Interdum
facilitas: ut, claritas orationis. Dicitur & Claritudo. Sal
lust. Cum præsertim tam multæ uariæq; sint artes animi, qui
bus summa claritudo paratur.

Clāro. as. clarum facio. Ausonius: Pollet Aristides ueteres qui
» clarat Athenas. Hinc Declaro. as.

Clārŭs. a. um. proprie dicitur quod est lucidum, non obscurũ:
ut clara dies. αὐθρι & λαμπρός. Figurate tamen pro insigni
atque excellenti accipitur, & eo qui ueluti fulgore quodam
famæ resplendet: qui & inclytus dicitur: quamuis plus sit in-
clytus quàm clarus, propter in, quæ ibi auget. Cic. 1. de Fin.
Claris & fortibus uiris commemorabilis. Plaut. in Trin. In
occulto iacebis cum te maximè clarum uoles. Item quoni-
am quæ clara sunt, ab omnib. cernuntur, clarum etiam pro
aperto & manifesto. ἐμφανὴς. sumitur: ut clarus sermo, clara
oratio. Interdum ponitur pro audibili. ἠχηρός. Ter. Dic
clarè. À clarus sit compositum præclarus, quod est ualde
clarus. Cic. O præclarum custodem ouium, ut aiunt, lupum.
Aliquando sumitur pro bono, seu pro optimo. Idem in Læ-
lio: Actum est præclarè.

Clāssĭārĭŭs, idem est quod assiduus & diligens, quia omnium
classium ciues semper parati erant ad omnem Reipub. neces
sitatem, propter quod ab assidendo assidui dicebantur. Apu.
Et laudum eius classiarius, atq; assiduus præco. At qui pri-
uatim quoscunq; in iudicium uocabant iussu magistratuum
dicebãtur Liburni, quòd fere è Liburnia essent. Dicitur &
classiarius custos, exercitatorq; classis, uel is qui in classe pu
gnat. Cæsar 3. bell. Ciuil. Itemq; per equites dispositos aqua
prohibere classiarios instituit. Sueton. in Galba: Nam cum
classiarios, quos Nero ex remigibus iustos milites fecerat,
redire ad pristinum statum cogeret.

Clāssĭcŭs. a. um. quod est classis, uel quod ad classem pertinet.
ναυτικὸς. ut classicum bellum, bellum nauale. Propert. li. 2.
» Et canerem Siculæ classica bella fugæ. Et classici. οἱ ἐπὶ νε-
νεῶν, οἱ ναύβατοι, οἱ ἐν τιμήματι. primæ tantum classis ho-
minum, de quibus mox. Etiam dicebantur præcones (κή-
ρυκες) qui tuba uel cornu iussu magistratuũ ex arce, uel cir-
cum muros populum ad comitium uocabant, dicti à calan-
do. id est uocando, siue à clangore. Vnde classica pro ipsis
» tubis. σάλπιγξ, σημεῖον, σημείωσις. Verg. lib. 7. Classica nan-
» que sonant. Liuius libro 5. Vocatis classico ad concilium mi
litibus. Item classicum canere, (σημαίνειν πρὸς ἐφοδον, σκα
μλῶσαι τῇ σάλπιγγι) signum dare, quo milites pugnam ini-
bant: canere autem receptui, (ἀναχαλᾶν) cũ reuocabantur.
Dicitur à classis, quod æquiuocum est. significat enim naui
um multitudinem πόλυς: ἀπὸ τοῦ πάλων. hoc est à lignis: quam-
» uis abusiue pro una tantum naui ponitur. Ver. li. 6. Lyciæ
» ductorem classis Orontem. Significat & hominum colle-
gia. τιμήματα. nam Liuius de Ser. Tul. rebus gestis scribit
urbem in quinq; classes diuisam, censumq; ab eo institutum
fuisse: rem saluberrimam tanto futuram imperio, quo pacis
belliq; munia, non uiritim ut antea, sed pro habitu pecunia-
rum fierent. Tũ classes centuriasq; ad hunc ordinem ex cen
su descripsit. Qui centum millia æris, aut maiorem censum
haberent, inter primarios numerabantur, & sub primæ clas-
sis titulo. Ex his octoginta fecit centurias, quadraginta se-
num, quadraginta iuuenum. Seniores ad urbis custodiam,
iuniores ut foris bellum gererent. Arma his, galea, clypeus,
ocreæ, lorica, omnia ex ære hæc, ut tegumenta corporis es-
sent. Præterea tela in hostem, hastæ, & gladius. Additæ sunt
fabrorum duæ centuriæ, quæ sine armis stipendia facerent.

datum munus, ut machinas in bello ferrent. Hinc classici, huius primæ tantum classis homines dicebantur, qui (ut docet Gell. li. 7. ca. 13.) centum & uiginti quinq; millia æris amplius ue censi erant. Hinc etiam classici testes, qui & assidui, & locupletes, qui (ut inquit Festus) signandis testamentis adhibebantur, hoc est primæ classis homines, quasi primæ authoritatis, & idonei ueritatis censores. Et metaphorice classicos authores uocat Gellius, quasi primæ notæ scriptores, Latinæq; elegantiæ testes idoneos, cuiusmodi sunt Cic. Cæs. Sallustius, Verg. Ouidius. Horatius, T. Liu. Intra centũ & uigintiquinq; millia census, secunda classis: ex quibus uiginti centuriæ seniorum, uiginti & iuniorum. Arma, ut in superiore, præter loricam. Tertia classis à septuagintaquinq; ad quinquaginta millia census. Arma, ut in superiore, præter ocreas. In quarta classe à quinquaginta ad trigintaquinq; millia census centuriæ, uiginti seniorũ uiginti iuniorũ. Arma mutata nihil, præter hastã & uerutum datũ. Quinta classis centurias triginta habuit, fundas lapidesq; missiles gerẽtes: & homines quintæ classis, pro tenuib. & minimæ authoritatis dicũtur. οἱ θητικὸν πλοῦτον. In his accensi cornicines, tibicines in tres centurias. Ex undecim postea millibus una centuria, & fuit hæc immunis militia. Et sciendum, quod infra classem esse appellabantur, secundæ classis, cæterarumq; omnium classium, qui minore summa æris, quàm classici illi, censebantur. Significat & classis, equitum ordines. Verg. Scio me Danais è classibus unũ. Vnde & classis procincta, (πρόσκλασμένον στόλος) dicitur exercitus instructus. Apud antiquos classes clypeatæ dicebantur, quos nunc exercitus uocamus. Classes quoq; in scholis sunt ordines discipulorum. Quintilianus author est, à præceptoribus suis pueros in classes distributos, ordinemq; discendi secundum uires ingenij datum.

Clathro. as. significat clathris claudere: uulgò uergetteren. Vnde fenestra clathrata, apud Plaut. Colum. li. 9. Satis est autem uacerras inter pedes octonos defigere, serisq; transuersis ita clathrare, ne spaciorum laxitas quæ foraminibus interuenit, pecudi præbeat fugam.

Clathrũs, & Clathrum, utroq; modo dicitur. Sunt autem clathra, ligna quibus transuersis aliquid munimus, sepimus ue. ut fenestras, quæ uulgò ferratæ dicuntur. Græcè κλεῖθρον, à κλείω claudo. Horatius: Obiectos caueæ ualuit si frangere clathros. Columella posuit pro lignis cancellatim cõpactis, quibus glebæ contunduntur: Hirpicem Varro appellat.

Clauã, fusiis teres ad claui similitudinem capitatus. κάλον, κορμών, ῥόπαλον. Plinius De lino: Interdum deinde in filo politur, illisum crebro in silice ex aqua, tectumq; rursus tunditur clauis, semper iniuria melius. Hinc claua Herculis, qua ille utebatur.

Clauãrius, appellatus est Suetonij pater, ab eo quod præfectus fuerit donatiuo imperatorio inter milites dispertiendo. Vnde Corn. Tacit. scribit, clauarium donatiui nomen esse: qui ait, Seditiosæ militum uoces terrebant clauarium, donatiui nomen est.

Clauãtus, a. um. (ἥλωτος) quod est clauorum aculeis modo prominentibus circundatum. Nam & clauatæ uestes (πλατύσημα ἱμάτια) hinc uocantur, quas uulgus à uerrucis clauo similibus uerrucatas appellat. Dicuntur etiam clauatæ uestes quamuis non ex auro, sed aut ex cocco, aut alijs coloribus uerrucas habeant. Lamprid. in Alex. Conuiuium neq; opimum, neq; nimis parcum, sed nitoris summi fuit: ita tamen ut pura mantilia mitterentur sæpius cocco clauata, aurata uero nunquam.

Claudẽo. es. idem quod Claudico.

Claudiana tonitrua, dicebantur quæ Claudius Pulcher instituit, ut in ludis post scenam factis, coniectus lapidum ita fieret, ut ueri tonitrui speciem repræsentaret.

Claudico. as. are. altero tantum pede incedere, (χωλεύω) uel alterum pedem infirmum, & instabilem, aut curtum habere, ac uacillare. Translate dicitur de omni eo, quod suis partibus rectum non est. Cic. 1. de Finibus: Qui uerentur, ne si amicitiam propter nostram uoluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare uideatur. Liuius. 2. bel. Pun. Si altera parte claudicet Respub. malis consilijs, idem ac boni iuris & potestatis erit. Hinc claudicatio, uerbale. Colum. lib. 6. cap. 12. Sanguis demissus in pedes claudicationem affert. Et

Claudicãs (χωλεία) idem: hoc est ipsa claudicandi actio. Plin. Repulsu durioris materiæ claudicatem illico affert.

Claudõ. is. si sum. includo. κλείω. Vergilius lib. 3. Georg. Aut intus clausos secum ad præsepia seruant. Interdum ponitur pro circuire. περικλαμβάνω. Idem: Claudite Nymphæ Dictææ Nymphæ nemorum iam claudite saltus. Interdum pro obsistere, arcere, ut apud eundem lib. 10. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Vlpianus clausos pro iunctis accipit, (συνεχόντας) si modo ita uincti sint, ut omni modo erumpere non possint. Interdum pro claudicare. Sallustius, Nihil socordia claudebat. Item in Histor. Equi præ labore claudunt.

Claudus, (χωλὸς) quasi pedibus clausus: id est impeditus, qui ex pedibus, aut cruribus femoribusue uitiatis non possunt passus facere, nam eos claudunt. Plaut. in Aul. Quasi claudus sutor domi sedet totos dies.

Clauicũlã. κλειδίον. diminutiuum à claui, uel à claua uirga. Dicitur quoq; clauicula, capreolus, siue pampinus in uite. Cic. de Senect. Vitis quidem quæ natura caduca est, & nisi fulta sit fertur ad terram: eadem ut se erigat clauiculis suis, quasi manibus quicquid est nacta, complectitur.

Clauicũlãrius, qui clauiculam. id est uirgam uel clauem gerit. κλειδοῦχος.

Clauicũlus, (κυμβίον) diminutiuum à clauo. Significatur etiam hoc nomine capreolus in uite. ἕλιξ Græcè, & pampinus à nostris dicitur.

Clauicũlatus, ἑλικοειδής, ἑλικοειδές.

Clauiger, uel clauigerus. κλειδοφόρος. Ouid. Clauiger inuidit Vulcani occumbere prolem.

Clauis, (κλεὶς) est qua ostia, arculæ, & id genus multa & claudũtur, & aperiuntur: à clam, quòd quæ celare uolumus, hac claudere soleamus. Cato de re Rust. cap. 13. Seram uinariam unam, clauem torculario unam. Habet & clauim in accusatiuo. Plaut. in Most. Clauim mihi harunce ædium nunc iam iube efferri. Vnde conclauia, loca quæ sub una eademq; claue clausa sunt: & conclauatus, locus una claue clausus. Clauem Theodorus Samius primò monstrauit: à qua faber clauicularius. κλειδοποιός.

Clauistrãrius, qui claues, & cætera ad claudendum opera facit. κλειθροποιός.

Clauistrinus. pen. prod. qui clauistri ianuæ præest. Et clauistrinus. a. um. quod est clauistri.

Clauistrum, (κλεῖθρον) clausura, siue quo aliquid clauditur. Plaut. in Curc. Nam sonitum, & crepitum clauistrorum audio. Verg. Portarum ingentia clauistra. In plurali tam masc. quàm neutri gen. est. Apud antiquos cloistra pro clauistra dicebantur.

Clausũlã, dicitur id quod claudit. Plin. lib. 11. cap. 45. Vngues qui clausulæ neruorum summæ existimantur, omnibus his quibus & digiti. Item pro exitu. Cic. pro Cælio: Mimi ergo est iam exitus, non fabulæ: in quo cum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus: deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. Sic cum pro sententia ponitur. Hanc Græci. περίοδον. dicunt, à breuitate & conclusione. Ci. Fam. 2. Quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est, utar ea clausula, qua soleo.

Clãu-

Clāustrā, (κλεῖθρον) à claustro, siue à claudendo dicitur.

Clāuŭs, (κλεὶς) dictus est quòd claudat, figat, atque contineat: à claudendo. nam ideo clauum figimus, ut claudat seu contineat aliquid. Cæsar 3. bel. Gall. Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus confixa clauis ferreis, digiti pollicis crassitudine. Et clauus, nauis gubernaculum siue temo, quòd eam dirigat, rectámq; teneat. πηδάλιον. Ci. in Cat. Ille autem clauum tenens quietus sedet in puppi. Item clauus genus tuberculi, quòd uulgò callus dicitur, rotunda specie, coloris albi, sit in plantis digitisq; pedum maximè: sic appellatus, quia ita pungit, ut quasi clauus ferreus infixus uideatur. Nam caro durescit in callum semper ferè pungentem. Eo morbo Silius Italicus interijsse fertur. Fiunt & calliosa quædam in candido oculi tubercula, quæ claui nominantur oculorum. Arbores quoq; clauum huiusmodi patiuntur, qui & fungus, & patella dicitur, ut inquit Plin. lib. 17. ca. 24. Idem scribit clauos innasci natibus, & purgari succo pyxacanthi. Sunt & claui caligares, à caligis militaribus, quibus suffigebantur. Idem lib. 9. cap. 8. In quibus pisces omnibus annis Vergiliarum exortu existunt, squamis conspicui crebris atq; præacutis, clauorum caligarium effigie. Præterea clauus est uestimenti genus, ueluti quibusdam clauis aureis distinctum: quòd & à palmarum similitudine palmatum uocabatur, & à uerrucis clauo similibus uerrucata uestis: quòd si latior ipsa uestis erat, latusclauus (πλατύσημον) dicebatur. Hac soli senatores & patritij induebantur. Horat. li. 1. Ser.

» Et latum demisit pectore clauum. Vnde laticlauos appellari senatores legimus. Sueton. de Nero. À laticlauo, cuius uxorem attrectauerat, cæsus. Ab Ouidio clauus simpliciter dicitur pro senatoria dignitate, illo uersu: Curia restabat, claui mensura coacta est. Suet. de Aug. Clauo nec lato, nec angusto. Hinc etiam clauata dicuntur, uel uestimenta clauis intexta, uel calceamenta clauis confixa. Et clauati socci, quòd sola habeant clauis intertexta. Clauata uero sunt uestimenta, etiam si non ex auro, sed aut ex cocco, aut alijs coloribus clauos & uerrucas habeant. Lamp. in Alex. Conuiuium neq; opimum, neque nimis parcum, sed nitoris summi fuit: ita tamen, ut pura mantilia mitterentur sæpius cocco clauata, aurata uero nunquam. Quæ autem cum auro, auroclauata dicuntur, & auroclauatæ uestes à textura aureorum clauorum. Clauus annalis, qui figebatur in parietibus sacrarum ædium, per annos singulos, ut per eos numerus colligeretur annorum. Apud Liui. scribitur dictatorem creatum fuisse caussa tantum figendi claui ad pestilentiam sedandam. Præclauum, uestis ante clauum texta. Afranius, Totum diem præclauum unum texere.

Clēmātis, huius clematidis, herba, quæ centunculus ab Italis dicitur. Plin. lib. 24. cap. 10. κληματίς.

Clēmēns: lenis, mitis, mansuetus, humanus, qui remittit de eo, quod possit prosequi: quasi colat mentem. Cic. 2. de Finib. Et si satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. Differt à placido, quòd clemens sit circa recte agentes, placidus circa delinquentes: & clementis est nullos lædere, placide arridere omnib. clemens animo, placidus uultu. Teren. in Adelp. Ille suam semper egit uitam in ocio, in conuiuijs, clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus.

Hinc clementia, & aduerbium clementer: quibus contraria sunt, inclementia, & inclementer.

Cleonymus. ῥίψασπις. id est, desertor ordinis: qui & abiecto clypeo fugit, dictus est. Vnde prouerbium Cleonymo timidior Aristophanes in Nubibus.

Clĕpo. is. si. tum. furor, furto surripio: tractum à uerbo Græco κλέπτω. unde cleptum, furto subtractum. Liu. Si quis clepsit, ne populo scelus esto, néue cui cleptum erit. Plautus, Rape, clepe, harpaga. Cicero de Repub. Non modò ut Spartæ rapere, ubi & pueri clepere discunt.

Clĕpsydrā. κλεψύδρα. pen. cor. duo significat, fontem scilicet, & horologium aquarium, horas aqua dimetiens. Est enim fons Athenis in arce illa Mineruæ quondā, nunc beatæ Mariæ uirgini consecrata. Is per alueum subterraneum, latentemq; fluens stadia uiginti: surgit tandem in riuos ad uicum Phalericum. Erat præterea uas quoddam uitreū graciliter fistulatum, quod æqualibus dimensionibus signatas horas ostenderet. Ad cuius etiam fundum erat foramen quod aquā guttatim emitteret: & ita horæ per aquæ diminutionē, quot essent, uideri poterant. Itaq; non absurde, siue de fonte, siue de horologio accipias, clepsydra nominatur: ab aquæ furto quòd aquam aut celet, aut furetur. Consimilia sunt hoc tempore clepsydris uascula illa apud nos usitatissima, quæ in medio instar duorum turbinum coarctantur: ex quibus pulueisculus per foramen minutum sensim delabitur, ex parte superiore in inferiorem, atque ita legitimum tempus horæ metitur. Vulgò dicitur horologiū puluisculi. Apud ueteres, oratoribus acturis caussas forenses, præscribebatur tempus dicendi datis clepsydris, quibus exhaustis, amplius dicere uetabantur. Plin. in Epist. Dixerā horis penè quinq;: nam tribus clepsydris, quas spatiosissimè acceperā, sunt additæ quatuor.

Clērŏnŏmĭă, (κληρονομία) hæreditas.

Clērŏnŏmŏs, (κληρονόμος) hæres.

Clērŏs, (κλῆρος) Latinè sors, siue sorte electus: inde clerici sortitii, quia de sorte sunt domini: uel quia dominus ipse sors: id est, pars clericorum est. Clerus etiam uermiculus. κυφώσις. qui in pauimento nascitur: ex quo crescente uelut aranea oducitur alueo, & faui carie pereunt, ipsis scilicet cum fœtu putrefactis. Plin. lib. 11. cap. 19. Sunt & operis morbi cum fauos non implent, cleron uocant.

Clibănārĭŭs, qui bene ferro & armis munitus certamen init. Nazarius in Panegyrico ad Constant. Operimento ferri equi, atque homines obsepti, clibanarijs in exercitu nomen est. Dicti clibanarij, quoniam more testudinis arcuatis armis, quæ clibani forma est, utebantur.

Clibănŭs. (κλίβανος) furnus: uel pectoris concauitas, per quā spiritus ultro citróq; cōmeat: à similitudine furni. uel instrumentum, quo aliquid coquitur sub testa, quod ex ære, seu ferro fieri solet, sæpe etiam opere figulino. Plin. lib. 19. Cortices quoq; decussi, clibanis & furnis præbent usum. Vnde panis testaceus is dicitur apud nos, quem illi κλιβανίτην. Scribitur à nonnullis cum, υ, κλύβανος. de hoc & in dictione Furnus. Col. lib. 5. scribit scrobem clibano similem esse, ut imus quàm summus patentior sit, ut latius radices uagentur. Et puto quòd clibanus secūdum sui formam profundiora, & ea quæ sint inenarrabilia significet in scripturis diuinis. Ferè tamen, præsertim apud prophetas, accipitur pro furno.

Clidūchŭs. (κλειδοῦχος) significat clauigerum.

Clĭēns, (πελάτης, θεραπευτὴς) qui sub tutela alterius est, quasi colens: quia dominū honorare debet, & est correlatiuum patroni. nam patronus defensor caussæ est dictus, quasi pater: cliens autem defensione indigens: id est litigator, qui patronum colit & sequitur, ut ab eo defendatur. Vulgò potest dici, ein hinderses. Sed ut rectius uim uocabuli intelligas, scito quemadmodum Budæus in Pand. scribit, moris fuisse apud antiquos, ut prouinciales & socij Populi Romani in clientelam sese darent proceribus Romanis, quos patronos sibi adoptabant, non modò publicè, sed etiam priuatim: ὑφ' ὧν ut clientes eorum dicerentur, inter se uerò hospites. Ferebat autem id huiusmodi necessitudo, ut clientes perpetuo patronorum suorum patrocinio, caput ac fortunas suas tuerentur: uicissimq; ipsi patronos suos omni obseruantia atq; obsequio colerent, & uenerarentur. Quinetiam (ut idem scribit) quos uasallos uocare solent, clientes appellare possumus: & clientelam obseruantiam ipsam, & obsequium, quod homagium dicunt, clientelaris officij sponsionem, agnitionemq;.

Huiur diminutiuum eſt clientulus. Clientum ueteres pro cli entem dixere. Et fœmnini generis Clienta. æ. Plau. in Mil. Habeo eccillam clientam meam, meretricem adoleſcentu lam. Idem in Ruden. Iam clientas repperi.

Clīēntēlă, (πλατεία) clientum, ſiue eorum multitudo, qui po tentem aliquem ciuem principem ue, fauore proſequuntur, & cuius dignitatem factionemq; tutantur, ducti aliqua mer cede uel beneficio. Cic. ad Att. lib. 14. Scis quàm diligam Siculos, & quàm illă clientelam honeſtam iudicem? Item clientela dicitur clientum officium erga patronos. Item clientum ſiue clientarum genus.

Clīmă. atis. κλίμα. Græca dictio, quæ ſpacium amplum uel cœ li, uel terræ ſignificat: quod etiam tractus dicitur. Vitr. li. 1. capi. 1. Diſciplinam uerò medicinæ nouiſſe oportet propter inclinationes cœli, quæ Græci κλίμα]α dicunt.

Clīmăctĕrĭcŭs. a. um. (κλιμακ]τικὸς) ſcalarius. Plin. in Epiſt. ad Caluiſium, Habes climactericũ tempus, ſed euades. Plin. alter li. 12. Nat. hiſtoriæ, Climacteras nuncupauit legem ſcă ſilem: Scanſili, inquit, annorum lege occidua, quam clima cteras appellant. Climactericum tempus, dubioſum dicitur: quoniam Chaldæi climacteras appellant pericula uitæ, for tunarumq; hominum, quæ fieri grauiſſima in ſeptenarijs di cuntur. Nam ſeptimum quenq; annũ periculoſum eſſe Cen ſorinus autumat. Alij climacteria periculoſum eſſe dicunt annum ſexageſimum tertium. unde Auguſt. ad Caium ne potem: Nam, ut uides, climactera communem ſeniorum om nium tertium & ſexageſimum annum euaſimus.

Clīmăx, (κλίμαξ) Latinè ſcala: & figura quæ dicitur Grada tio, ut apud Ouidium: Viderat hanc, uiſamq; cupit, poti turq; cupita.

Clīnē, (κλίνη) Latinè lectus, lectica, menſa. unde ἑξάκλινον &, horus diſcubitorius qui ſex capiebat. Martialis, Et teſtu dineum menſus quater hexaclinon.

Clīngo, ueteres pro cingo uſurparunt: à Græco κλάω.

Clīnĭcē. ces. medicina quæ uictu & pharmacis corporibus me detur. Aliqui clinicem in duas partes diuiduntur: unam diæti cen, quæ uictu medetur: alteram pharmaceuticen, quæ medi camentis curat. Plin. lib. 29. cap. 1.

Clīnĭcŭs, (κλινικὸς) pen. cor. medicus qui curat medicamen tis: dictus à lectis ægrotantium, quos frequentare ſolet, qua ſi lecticularius. Martial. Sotæ filia clinici. id eſt medici. Di cuntur & clinici qui ita morbo affecti ſunt, ut ſurgere è le cto non poſſint, nullaq; amplius de eorum ſalute ſpes eſt. Pli. li. 25. ca. 5. Medetur ita morbis comitialibus, ut diximus, uer tigini, melancholicis, ſtomachicis, ſpaſticis, clinicis, &c.

Clīnĭdĭŏn, (κλινιδίον) lectulus.

Clīnŏpŏdĭŏn, (κλινιπόδιον) herba quædam, quæ ſpeciem lecti pedum præbet, ut inquit Plin. lib. 24. cap. 15.

Clīno. as. (κλίνω) Græcum eſt, & ſignificat inclino. & licet nõ ſit in uſu, eius tamen compoſita uſurpantur, quæ ſunt: accli no, declino, inclino, & reclino, pen. prod. Vergilius libro 12. Defigunt telluri haſtas, & ſcuta reclinant.

Clīnŏpălē, (κλινοπάλη) palæſtra lecti dicitur. κλίνη Græcè le ctus, πάλη palæſtra, ſiue lucta. Suet. in Domi. Aſſiduitatem concubitus uelut excercitationis genus clinopalen uocabat. Sic Vergil. nocturna bella nominat colluctationes Vene reas, & ab Apuleio militia amatoria dicitur.

Clīſĭs, (κλίσις) declinatio.

Clitĕllæ. arum. dicuntur quibus ſarcinæ colligatæ mulis, & id genus ueterinis portantur, qui uulgò baſti uocantur. ἀναλφο ρα, ἐπισάγματα, ἀσπάλθια, σαβμάδια. Horat. in Saty. Hinc muli clitellas tempore ponunt. Ci. ad Att. lib. 5. Clitellæ bo ui ſunt impoſitæ. Item locus Romæ propter ſimilitudinem, & in uia Flaminia loca quædam deuexa ſubinde, & accli ua. quo etiam nomine appellatur quoddam tormenti genus,

Clitellārĭŭs, qui clitellis utitur. ἐπισαγμεύς, σκευοφόρος.

Vnde clitellarij muli dicuntur, qui neq; ephippiati ſunt, ne que deſultorij: nec bigas, aut quadrigas, aut currus ducunt, ſed clitellati ferunt onera. Plaut. in Muſt. Muliones mulos clitellarios habent, ego habeo homines clitellarios: magni ſunt oneris quicquid imponas uehunt.

Cliuĭă auſpicia, (ἀνάντη) quæ aliquid (inquit Feſtus) fieri pro hibebant: nam & omnia difficilia & ardua nominabantur cliuia. Vnde.

Cliuŭs. γήλοφος. qui eſt locus molliter arduus. & pro colle po nitur. Ci. ad Att. li. 2. Quem ego in cliuo capitolino te ſigni fero à principe collocaram. Huius cõpoſita poſſunt eſſe tam ſecundæ quàm tertiæ declinationis: ut accliuus. a. um. & ac cliuis, & hoc accliue: decliuus & decliuis: procliuis, quæ ha bent pen. prod. Dictus cliuus à clino pro inclino. Val. lib. 4. cap. 43. Mart. Debet Aricine conuiua recumbere cliuo.

Cliuŭlŭs. li. diminutiuum à cliuus.

Cliuōſŭs. a. um. adiect. ut cliuoſa loca. Col. De arborib. cap. 4.

Clŏācă, (ἀφιδρῶνες) penul. prod. à cloacare, ſiue à colluendo quaſi collucæ. Fiſtulæ quoq; foſſæ, ubi & uiæ illæ ſubterra neæ parietibus in modum aquæductuum munitæ, per quas aquæ pluuiæ extra urbem uel fluuium dilabuntur, cloacæ dicuntur, (ὀχετοὶ) quòd urbem immundicijs purgent. A Clo dio Albanorum duce dictæ. Plautus uerò in Curc. per ſto machum, immundæ uetulæ aluum cloacam nominauit: Age effunde hoc cito in barathrum, properè prolue cloacam. Ci. pro Cecin. Qui de foſſis, de cloacis, de minimis aquarum, itinerumq; controuerſijs interdicit.

Clŏācālĕm, Cato dixit flumen, pro cloacarum omnium collu

Clŏācārĕ. μολύνω. inquinare. unde cloaca. (uie.

Clōſtĕr. κλοιὸς. Latinè filum, uel nexus.

Clōſtrŭm, idem quod clauſtrum. Cato de re Ruſt. ca. 13. Trul las ligneas duas, claues cum cloſtris.

Clūdo. is. (κλάω) idem quod claudo, quo ueteres utebantur. Ci. 2. de Nat. Ipſum autem mare ſic terram appetens littori bus cludit. Mart. lib. 11. Sed mors uocis iter properauit clu dere blandæ. In ueteribus numiſmatibus legimus, Ianum cluſit. Huius, compoſita magis ſunt in uſu, accludo, conclu do, circumcludo, excludo, includo, intercludo, introcludo, oc cludo, (Plaut. Occluſit oſtium ancillæ) præcludo, anteclu do. Col. li. 7. Hirundo adhærens faucibus ſanguinem ducit, & incremento ſuo tranſitum cibis præcludit. Recludo, ape rio. Vergil. Veteres tellure recludit Theſauros. Secludo, ſeorſum claudo. Subtercludo, quæ habent pen. prod.

Clŭĕo. es. ere. perhiberi, putari, nominari. Plaut. in Trin. Ita ſis ut nomen cluet. Idem in Epid. Senatui, qui columen clu ent. id eſt, habentur, & reputantur columnæ ſenatus. Idem in Pœn. Vt uolupe eſt homini, mea ſoror, ſi quod agit, cluet uictoria. id eſt, uictoriæ tribuatur. Cic. De claris ora. Tum duo Cæpiones multum cluentes conſilio & lingua, plus au toritate tamen & gratia ſubleuabant. Cluere, pugnare. Plinius lib. 15. cap. 29. Depoſitis armis in eo loco, qui nunc ſigna Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui pugna re dicebant.

Clūmă, (ἴλυφα, ἄχυρα) ſunt folliculi hordei. Feſtus. Melius Glumæ. uide infrà.

Clūnăcŭlŭm, culter ſanguinarius: quod ad clunes dependeat, uel quia clunes beſtiarum diuidat. Vulgo ein uueydner.

Clūnēs, (πυγαὶ) nates ſiue natium tumor: tam maſcul. quàm fœminini generis. Iuue. Tremulo deſcendunt clune puellæ. Plaut. Quaſi lupus ab armis ualeo, cluneis infractos gero. Horat. Quod pulchræ clunes, breue quod caput, ardua cer uix. Ab hoc ſimias clunes appellatas uolunt, quòd clunes tri tas gerant. Huius diminutiuum eſt cluniculæ. Gel. Cætera rum auium atque altilium, niſi tantum apponatur, ut à clu niculis inferiore parte ſaturi fiant.

Clŭpĕă, piſciculi nomen, de quo Plin. lib. 9. cap. 15.

Clũ-

Clūsīnŭm, far candoris nitidi. Colum.lib.2.cap.6. Martial. Imbue plebeias Cluſinis pultibus ollas.

Clўpĕŭs, & Clypeum, ſiue Clupeus, y in u conuerſa, dicitur. Sunt autem propriè clypei ſcuta maiora: & tantum peditum, ſicuti ſcuta equitum, Seruio authore. Liui.li.6. Clypeis antè Romani uſi ſunt: deinde poſtquam ſtipendiarij facti ſunt, ſcuta pro clypeis fecere. Dicti clypei, quòd celent totum corpus: uel à clepere, quod eſt furari ab ictibus. Varro à clauus deriuat. Plin.lib.35. ἀπὸ τῆς γλύφης: hoc eſt, ſculpendo, cælando q deduxit, ita ut dicatur clypeus quaſi γλυπτὸς. id eſt ſculptus, g in c mutata. Scutis enim qualibus pugnatum eſt apud Troiam, continebantur imagines. Vnde & nomen habuerunt clypeorum. Hinc Clypeatus, clypeo munitus. Plaut.in Curc. Clypeatus elephantum ubi machæra digitur. Sic apud Ver.7. Aenei. Clypeata agmina. Clypeum quoq; (ut Feſt. ſcribit) antiqui ob rotunditatem etiam corium bouis appellarunt, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat deſcriptum.

Clўſmŭs. κλυσμὸς. Latinè purgatio ſiue lotio dicitur.

Clўſtĕr. eris. κλυστὴρ. penul. prod. quod & clўſtĕrĭŭm dicitur, ἀπὸ τῆς κλύζειν, quod eſt abluere. nam clyſtere aluum ægrotantium lauare ſeu purgare ſolemus. Pli. Cucurbita infuſa clyſteribus inteſtinorum omnium uitijs medetur. Macer tamen huius nominis penult. corripit, Appoſitis digitis aut intus clyſtere fuſis.

C ANTEO.

CNĭdĭŭm oleum, quod fit è grano cnidi.

Cŏăcēſco, ex con & aceſco, ſed n abijcitur, ſignificat ſimul ſeu totum acidum fieri, σφοδρύνω. Cicero in Cato. Vt enim non omne uinum, ſic non omnis ætas naturæ uetuſtate coaceſcit.

Cŏætānĕŭs, eiuſdem ætatis: quod dicitur & coæuus: ab ætate illud, hoc ab æuo. Græcè ἡλικιώτης.

Coæuus a.um. æqualis, cum aliquo ætate conuictus. Cicero in Vat. Nunquam puer, aut adoleſcens inter coæuos fuerat?

Cŏāgmēntă, coniunctiones arctæ & compares: à cogendo: id eſt, ſtringendo. Græcè σφιγκτοὶ, συνάψεις, ζωκείματα, συνήματα.

Cŏāgmēnto. as. coniungo, & compares coniunctiones cogo ac ſtringo. σφίγνυμι, ζωρμόω, καταρτίω. Cicero in Catilinam: Viuendi finis eſt optimus, cum integra mente, certis q ſenſibus, opus ipſa ſuum, eadem quæ coagmentauit, natura diſſoluit. Et translate, apud eundem de Orato. Verba enim uerbis quaſi coagmentare negligat: id eſt, ne nimium diligens ſit in uerbis coniungendis. Plinius paſtinum protulit: Mox pluribus coagmentatur nucleis, & his ſeparatim ueſtitis.

Cŏāgŭlo. as. at. aui atum. cogo, conſtringo. πήγω. Gellius, Semen in utero mulieris primis ſeptem diebus conglobatur, coagulatur. Plinius libro 12. capite 27. Summa probatio eſt, ut lac coagulet.

Cŏāgŭlŭm, à cogendo. id eſt, colligendo, ſiue ſtringendo, dicitur ea pars uiſcerum, qua ad denſandum lac utimur. πυτύα. Tibul. Et miſcere nouo docuiſſe coagula lacte. Per metaphoram, quicquid denſat ac coniungit, coagulum dicitur. Gellius, Vinculum illud coagulum animi atque amoris. Item coagulum, herba ſeu potius ſpongia aquarum dulcium, quam alij ſtrunium, alij ſtrygnon, alij conſeruam uocant.

Cŏălēſco, coaleſcis, coalui, concreſco. ζωίσκω, συμφύομαι. Columella De arboribus: Sic interpoſito triennio coaleſcet ficus oliuæ. Liuius libro primo, Vocata ad conſilium multitudine, quæ coaleſcere in populi unius corpus nulla re, præterquam legibus potuit, iura dedit. Saluſtius, Hi poſtquam conuenerunt in una mœnia, diſpari genere, diſſimili lingua, alij alio more uiuentes, incredibile memoratu eſt, quàm facile coaluerunt. Eius ſimplex protulit Varr.li.1. de re Ruſtica: Quemadmodum quicquam ſeri, aut aleſcere aut meti poſſit.

Cŏāngūſto. as. idem quod coarcto. Cicero de leg. Hæc lex dilata in cunctum ordinem coangustari etiam poteſt.

Cŏārctārĕ, comprimere, intro cohibere. Cice.1. de Orato. Sed tu hoc nobis da Scæuola & perfice, ut Craſſus hæc quæ coarctauit & perangustè refersit in oratione ſua, dilatet nobis atq explicet. Græcè dicitur coarctare. ἀντιπεριίσάναι. Hinc ἀντιπερίστασις. id eſt, coarctatio, cohibitio, & compreſſio undique circunfuſa. dictio frequens apud Phyſicos.

Cŏāſſo. as. per duplex ſſ, quod & coaxo dicitur pro contabulo. Cvidló. unde coaxatio, (Cvídωσις) contabulatio: ab axibus. nam aſſeres tabulæ non ſunt. (Vitru.) ſed craſſior & anguſta in modum paruæ trabis materia: ab aſſidendo parietibus atq tignis appellati, ut inquit Feſtus. Eſt & coaxare, proprium uocis ranarum, λοαξῶν. Ariſtophanes ἐν βατράχοις τοῦ Διονύσου, βρεκεκεκὲξ, κοὰξ, κοὰξ.

Cōccĕtŭm, genus edulij ex melle & papauere factum: ſic dictum, quòd ad ignem coquatur.

Cōccĕŭs, ſiue coccineus. a.um. idem ſignificant. id eſt, κοκκοβαφὴς, κόκκινος: ut coccinei acini, Plinius. & coccea indumenta apud Lamprid.

Cōccĭnŭm, ſubſtantiuum, pen. cor. ueſtis coccinea. κόκκινον & τὸ κόκκινον. Martia. Coccina famoſæ donas & ianthina mœchæ. Idem: Si fuerit ſæuus, coccina quid faciunt?

Cōccĭnāti, dicuntur qui coccineis ueſtib. ſunt induti. κόκκινοι. Martial.lib.5. Clamat coccinatus Euclides.

Cōccĭnŭs. κόκκινος. pen. cor. color eſt purpureus, quo panni inficiebantur. Hic color exuberantiam quandam ac ſplendorem ruboris oſtendit: qui & ſpadicus & phœniceus, & roſeus uocatur.

Cōccŭm. ci. eſt ueluti granum, quod ex arbuſto ilici ſimili, uel ex rubenti gramine naſcitur: uulgo granum dicitur. Plin. li.21.ca.8. In quibus unguento uicisse naturam gaudens luxuria, ueſtibus quoq prouocauit eos flores, qui colore commendantur. Hos animaduerto tres eſſe principales, unum in cocco, qui in roſis micat: gratius nihil traditur aſpectu, ut in purpuras Tyrias, dibaphasq, ac Laconicas. Coccum à Dioſcoride κόκκος βαφικὴ dicitur: hoc eſt, granum tinctorium. Prutex eſt fullonius cui adhærent grana, quibus fit color ille lanarum præcipuus, cuius copia ſumma in ea parte Hiſpaniæ, quæ Tudertana appellatur: ut eſt author Strabo in 10. Quidam id eſſe putant, quod nos carmeſinum dicimus. uide Bayf. Vnde coccus pro purpura.

Cochlĕă, (κόχλος & ἡ κοχλίας) propriè teſta limacis: licet quandoq pro ea limace, quæ teſtam habet, ſumatur. Limax enim propriè, quæ eſt ſine teſta. Plaut.in Pœn. Viciſti cochleã tarditudine. Idem in Cap. Quaſi cum caletur, cochleæ in occulto latent. Plin.lib.19. Naſcuntur in uitia, & aliquando è terra cochleæ minutæ, erodentes eam. Cochleæ tam terreſtres quàm aquatiles, exerẽtes ſe domicilio, binaq; ueluti cornua prætendentes, retrahentesq, ideo corniculis prætenta re iter putantur, quia oculis carent. Cochleæ etiã lapides ſunt ex flumine, rotundi ad cochlearum ſimilitudinem, quæ & cochlacæ (κόχλακες) dicuntur. Similiter cochlea ſiue cochlis. is. turris dicitur, ſiue ſcala rotunda, qua turrim per circuitum à cochlearum ſimilitudine conſcendimus: quemadmodum torcularia ad inſtar cochlearum facta, cochleæ nominantur. Huius diminutiuum eſt cochleola.

Cochlĕārĕ, (δοίδυξ) & per apocopen cochlear, inſtrumentum quo cochleæ, & alia huiuſmodi ueſcendo ſumuntur. Martia. Sum cochleis habilis, ſed non minus utilis ouis: Nunquid ſcis potius cur cochleare uocer?

Cochlĕārĭŭm. rij. menſura quædam, qua medici in potionibus ægrorum utuntur. Erat autem cochlearium maius, & coch

learium minus. Plinius lib.21.cap.17. Arida tusa hydropicis datur in aqua, cochlearij mensura, celerrimeq; reddunt aquam.

Cōchlidiū.κοχλίδιον. scala rotunda. Strabo li.ultimo: Hæc est etiam altitudo quædam manufacta, turbinea, petrosæ ripæ persimilis, in quam per cochlidium ascenditur.

Cōclitēs, penul.cor. luscos dixerunt antiqui: hoc est, qui unum tantum habent oculum, quasi ocliter. μονόφθαλμοι. Nam & Cyclopas coclites legimus, unum oculum habentes.

Coctana: uide Coctona.

Cōctilis, & hoc le. (ὀπτὸς) penul.corr. accipitur pro re quæ cocta est, & non cruda: sicut fictile, quod factum est à figulo. Plini.lib.7. Epigenes apud Babylonios septingentorum uiginti annorum obseruatione siderum coctilibus laterculis inscriptas docet.

Cōctibilis.le. quod facile coquitur: ut coctibilis caro. Plinius libro 16. capite 6.

Cōctito, (ὀπτάω) frequentatium, quo Plaut. sæpe utitur

Cōctiuus.a.um. pe.pro. quod facile coquitur, uel maturatur, ὠμάτιος. ut coctiua poma, coctiuum legumen, coctiuæ castaneæ. id est nigræ, quæ magis in usu sunt. Plin.lib.35.cap.23.

Cōctŏnă.κυδώνια σῦκα. fici quidam sic dicti: alij Cottana, alij coctana, alij coctona, alij cotona scribunt: placet cottana scribi. Mart. Testa rubet, nec quæ cottana parua gerit.

Cōctŏnŭm, nonnulli bambatium, uulgares indocti bombycem, literati xylon siue gossypion (γωσσύπιον) appellant: genus illud lini candidissimum ex Aegypto. Hæc uox autorem non habet, præter uulgus.

Cōctūră æ. idem quod coctio. Columel.lib.12.cap.18. Si quinta pars picis Brutiæ in uniuersam coctura adijciatur, utilissimū fit omni uindemiæ. Coctura dicitur etiam cœli temperies, à perfecta fructuum coctione. Plin.li.14.cap.4. Cum C. Gracchus Trib. Ple. seditionibus agitatis interemptus, ea cœli temperies fulsit, quam coctura uocant solis opere.

Cōctŭs.a.um. (ἑψητὸς) à coquendo, quia coquendo coërcetur, ut ad utilitatem uescentiū perducatur. Et coctum dicitur, quod est multi temporis. Vnde & recocti homines, ipso usu & frequentia & longitudine temporis cautiores exercitationesq; facti dicuntur. Horat. in Serm. Plerunq; recoctus
» Scriba, ex quinqueuiro coruum deludet hiantem.

Cŏcŭlŭm, uas æneum coctionibus aptum. χαλκίον. Plaut. Aeneis coculis excocta est mihi omnis materia. Alij cocula accipiunt pro lignis minutis quibus facile decoquuntur obsonia. Idem est coculare, & per Apocopen cocular.

Cŏcŭlŭs. pen.cor. diminut. paruus cocus. μαγειδείσκος.

Cŏcŭs per simplex c. nam primam corripit: siue coquus per q.
» nam & coquo.is. dicimus. Martia. Qui propter cœnam ru-
» stice cædo coquum. Est autem cocus, qui cibos coquit ac
» uendit. μάγειρος. Idem: Non satis est ars sola coco seruire pa
» lato: Nanq; coquus domini debet habere gulam.

Cōccȳx.gis. (κόκκυξ) auis temporaria, quæ in trium auium nidis oua generat: palumbarum, alaudæ, & chloridos. Hæc uulgo cuculus (κόκκος) dicitur, siue cucu: cuius uox cocytus, (κοκκυσμὸς) quoq; dicitur. Est autem ex accipitrum genere, licet ungues aduncos non habeat. Procedit uere, occultatur caniculæ ortu. Plin.lib.10.ca.9. Est & piscis quidam nobis ignotus eiusdem nominis apud Græcos.

Cōdăm, ueteres dicebant quam caudam dicimus.

Cōdătrĕmŭlă, auis quæ semper mouet caudam, aliâs motacilla dicta. σεισοπυγίς.

Cōdex, arboris robur. uide in dictione Caudex.

Cōdĭcārĭæ naues, dictæ sunt à codice pro truncо arboris seu tabula. quæ & caudicariæ dicuntur, quòd è caudicibus, hoc est, lignis crassioribus factæ sint. Varro: Quod antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebant, à quo in Tyberi naues codicarias appellamus. Vide caudex.

Cōdicillŭs, diminutiuum à diminutiuo codiculus. Sunt autem codicilli literæ breues. hoc est, epistolæ. Sulp. Ciceroni: Puer Acydim mihi obuiam uenit cum codicillis. Budæus in secun.æd. Annot. scribit codicillos esse diplomata: id est, chartulas complicatas, & lino traiectas, obsignatasq; que. Vnde Codicillaris potestas Lampridio: id est, quæ à principe confertur. (nitur.

Cōdicŭlŭs, (βιβλίον) diminutiuum à codex, dum pro libro po-

Cōdĭŏn (κωδία) genus lactucæ, à corij similitudine in petris nascens, comosissimum inter omnes.

Cœlĭăcī (κοιλιακοὶ) dicuntur, qui ex uitio stomachi: id est uentris profluuium patiuntur: à κοιλία, id est uentriculo stomachi, quòd is morbus in ipsius uentriculi porta, ut ait Celsus, consistat, quæ pyloros à Græcis nominatur. Vnde medicamenta quædam huic uitio contraria cœliaca dicuntur. Varro: Qui ex floribus nucis Græcæ & cornu fiunt, cœliacas fieri atq; urina pota reficī.

Cœlostomia. κοιλοστομία. cum uox quasi in recessu oris auditur.

Cœlum, uide Cælum. (de Cæmentum.

Cæmēntŭm. cum æ diphth. à κοινὸν, quasi cœnimentum. uī

Cæmitērĭŭm, (κοιμητήριον à κοιμάω, sopio) qui ibi mortui dormire dicuntur, quasi mortuorum dormitorium. à quibusdam dicitur sepulchretum

Cænă.næ. & in plurali Cœnæ.arum. apud antiquos dicebatur (authore Festo) quod nunc est prandium. Vespertina, quam nunc cœnam dicimus: à κοινὸς, quod est cōmunis, quia multi in commune cœnare consueuerunt. Græce δεῖπνον. Plin. in Epist. Apponitur cœna non minus nitida, quàm frugi, in argento puro & antiquo. Quæ sit cœna recta, uide in dictione Recta. À cœna fit domicœnium, (οἰκοστασία) quo usus est Martialis. Plautus, Incœnem dixit, sine cœna. Martialis. Addideris uerbum, cœna parata tibi est.

Cænăcŭlărĭă.æ. à cœnaculū. Vnde cœnaculariam facere, siue exercere dicebantur, qui domus totas conductas per singula cœnacula inquilinis locabāt, ut inde quæstū facerent, pluris in summā locando. Vlpianus, Si quis cœnaculariā exercens, modicum hospitiū sibi retinuerit: residuum locauerit pluribus, omnes tenebūtur, quasi in uno cœnaculo habitātes, unde eiectum effusum ue est. Sic cœnacularius homo. ὁ ἐπὶ μισθῷ οἰκῶν. qui cœnaculū conduxit. Idem de pignoratitia actione: Videtur aūt tacitè, & cum domino ædiū hoc conuenisse, ut non pactio cœnacularij proficiat domino, sed sua propria.

Cænăcŭlŭm, (κατῳκῶν, ἀνώγεων, σωοικία) à cœnando nomen assumpsit, locus ad cœnandum idoneus. Varro: Sicut penarium, ubi penus: ubi cubabant, cubiculum: ita ubi cœnabant, cœnaculum. Sed postquam in superiori parte cœnitare cœperunt, superior domus uniuersa cœnaculum dicta est, ad quod scalis siue cochleis ascēditur, ut scribit Festus. Hæc autem incolebant tenuiores & inquilini, ut Iuuen. Saty.10.
» docuit: Lateranorum obsidet ædes Tota cohors, rarus ue
» nit in cœnacula miles. id est ad inquilinos & pauperes, qui in conducto habitant. Solet tamen cœnatio, & cœnaculum, & diæta accipi pro loco in quo æstate cœnatur.

Cænătĭcŭs.a.um. (συμποσιακὸς) quod ad cœnā pertinet: ut apparatus cœnaticus, sermo cœnaticus, Varro. Cœna cœnatica, & spes cœnatica. id est spes cœnandi, Plaut.

Cænātĭo. δοιητήριον. locus ad cœnandum aptus, qui in imo do-
» mus, & potentiorū erat: unde Iuue. Et algentem rapiet cœ-
» natio solem. Suet. in Ner. Præcipua cœnationum rotunda
quæ perpetuò dieb. ac noctibus uice mūdi circumageretur.

Cænātĭŭncŭlă, diminutiuum. Plinius in Epist. Pons oritur in monte, per saxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manu facta: ibi paulū retentus, in Larium lacū decidit.

Cænātōrĭŭs.a.um. δοιητικὸς. quod ad usum cœnæ pertinet.

Cænātōrĭŭm, substantiuum, pro uestе cœnatoria: cum qua discumbere in conuiuijs solebant. quæ & alio nomine triclina

ris toga dicebatur. Martialis lib.10, Ebriæq; noctis Cœnatoria amittit aduocato.

Cœnātūrio,(δειπνησάω) laboro ut cœnem: quam significationem habent ferè in rio desinentia: ut mulier parturit, id est, laborat ut pariat. Martial. In omnibus Vacerra, & quod conclauibus Consumit horas, & tota die sedet, Cœnaturit Vacerra, non cacaturit. id est, laborat ut cœnet.

Cœnĭpĕtă,(ἐπιθυμόδειπνος) penul.cor. qui libenter petit alienas cœnas, & parasiti sæpe personam induit.

Cœno.as.aui. & cœnatus sum. δειπνέω. Plautus in Most. Hic apud nos hodie cœnes. Hinc Cœnito frequentatiuum, frequenter cœno. Cic.lib.9. Epist. Itaq; non desino apud istos, qui nunc dominantur, cœnitare.

Cœnŏbĭum,(κοινόβιον) locus ubi communis uita ducitur. κοινὸς enim communis: βίος uita. Hinc cœnobitæ, pen.prod. qui in commune uiuunt.

Cœnŭlă, diminutiuum. συμπόσιον. Hiero. Cõmunem cœnulă breuemq;, ad refocillationem potius, quàm ad delectationẽ.

Cœnum, lutum dicitur. βόρβορος. Plin.lib.14.cap.12. Ad hæc pertinent peregrinæ exercitatiões, & uolutatio in cœno. Ci.4. Tuscul. Sic se dicere omnes stultos insanire, ut male olere omne cœnum. Per metaphoram ponitur pro crimine. Hinc cœnosus.a.um. plenum cœno. Colum.lib.7.cap.20. Nec ulla re magis gaudet, quàm riuis, atq; cœnoso lacu uolutari.

Cŏĕo,cois,coiui,coitũ, ex con & eo, sed n abijcitur. & est tam actiuum quàm neutrum: significatq; conuenio, coniungo, ad uno, contraho, socio, colligo, congrego. ξυίημι, συνάγω, συλλύω, ξυίσαμαι. Verg.li.11. Coëant in fœdera dextræ Quà datur. Lactan. de Ira: Denique si atomorum & coitio & conglobatio efficeret omnia. Cicero accusatiuo usus est.2. Phil. Vtinam Cn. Pompei cum C. Cæsare societatem aut nunquã coisses, aut nunquam diremisses. Gel. Protulit passiuum, Coibatur societas inseparabilis. Nam proprie coiri societas dicitur. Sic ab Vlpiano societas coita, pro contracta & collecta accipitur. Coire etiam aliquando concumbere dicitur. ὀχέω. Lactantius lib.3. Quid ego de Cynicis loquar, quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit? Hinc Coitus, pro concubitu. ὀχεία. Aliquando congredi. ξυνοδεῖν. Terent.in Phorm. Vide quid agas. Prima coitio est acerrima, si eam sustinueris, post illam iam, ut libet, ludas licet. Vbi bona translatio à prælio. nam & congredi milites, & coire dicuntur. Propriè autem coire est simul ire. Cicero libro 3. Offic. Solus neglexit fidem, furere insimulauit, ne coiret instituit.

Cœpī,(ἐπιβάλλομαι, ἐπιχειρέω, ἄρχομαι) uerbum defectiuũ, à cœpio pro incipio, quod apud antiquos in usu erat. Cato: Cœpio seditiosa uerba loqui. Nunc tantum præterito eius pro præsenti utimur cum suis deriuatis, cœperam, cœpissem, cœpero, cœpisse, cœptũ ire. Hinc cœptum.ti. pro principio. Ouid. Dij cœptis (nam uos mutastis & illas) Aspirate meis. Cœptus, huius cœptus, idem. Gel.li.2.cap.ult. Nos uerò, ut cœptus noster est. Cœpto.as.are. idem quod incipere. Plau. in Merc. Cur isthoc cœptas consilium? Terentius in Eunu. Quid cœptas Thraso?

Cŏĕrcĕo.es. (καθάρχω) ex con et arceo, sed n abijcitur, & a in r mutatur, significatq; restringere. Cic. in Læl. Quem serpentem multiplici lapsu, & erratico ferro amputans, coërcet ars agricolarum. Item refrenare, continere. Lactantius libro 3. Illud satis est ad coërcendum furiosi hominis errorem. Item colligere, siue simul stringere. Ouidius libro 1. Metamor. Vitta coërcebat positos sine lege capillos. Item compellere. Cicero lib.3. ad Heren. Prudentiæ partibus utemur in dicendo, si commoda cum incommodis conferemus, cum alterum sequi, alterum uitare coërcemur. Alij ita significationem huius uerbi distinguunt, ut aliquando uim in se contineat, atq; castigationem, aut certe reprehensionem atq; animaduersionem, & pro repellere siue punire ponatur: aliquando simpliciter sine ui, pro continere, complecti, comprehendere: propriè tamen de ijs, quæ aut diffluunt, aut præter modum erumpunt.

Cœtŏn,(κοιτὼν) Græci dicunt thalamum. Vnde procœtion dicunt antithalamum.

Cœtŭs, cum œ diphth. conuentus, congregatio. ξυνουσία, σύνταγμα. à coëundo. id est, conueniendo in unum. Seneca li.3. De cla. cœtum esse ait nomen magnæ multitudinis coëuntis ex consensu quodam.

Cõgĭtātĭm, aduerbium pro cogitatè ponitur. ἐννοημόνως.

Cõgĭto.as. (ἐννοέω, διανοέομαι) frequentatiuũ à cogo.is. quòd mens plura in unum coëgit, unde elicere possit. Nam cogo et cogito, sic est ut ago & agito, facio & factito. Veruntamen sic non animus hoc uerbum sibi uindicauit, ut quod alibi, sed quod in animo colligitur, cogitare propriè iam dicatur. Cogitare itaq; est cogere ad aliquid inueniendum: siue mente agitare, & ueluti in mora esse concilij explicandi. ἐννοεῖν, διανοεῖσθαι. Vnde cogitatio, (διαλογισμὸς, διάνοια) quæ est ueluti coagitatio. id est, longa in eadem mora concilij explicandi agitatio. Item cogitatò, cogitatè & cogitatim aduerbia, pro consultò, accurate. À cogito fiunt composita, excogito. ἐκφροντίζω, καταπονέω. quod proprie est perfectè cogito, licet pro inuenio sumatur. Sed idcirco fit, quòd cũ quis perfectè cogitat, aliquid ex eo quod cogitat, elicit & inuenit. Ci.li.1. Tuscul. Quid illa uis, quæ tandem est, quæ inuestigat occulta, quæ inuentio atque excogitatio dicitur? Præcogito, (προνοεῖσθαι) prius cogito. Quintil. libro 12. Licet tamen præcogitare plura, & animum ad caussas componere. Recogito, iterum atq; iterum cogito.

Cõgnāti,(συγγενεῖς) ab eo dicti putantur, quasi unà, communiter uenati, uel ab eodem orti progenitore. Plautus in Pœn. Vos meæ estis filiæ ambæ, Et hic cognatus uester huiusce fratris filius. Cic. Pro reditu Pompilij nulli cognati & affines deprecati sunt. Translatè posuit Plin. Eadem (inquit) caussa est, ut pleræq; alituum oculos hominum potissimum appetant, quòd effigiem suam in ijs cernentes, uelut ad cognata sua desideria tendant, id est sibi proxima & suæ naturæ quodam modo similia.

Cõgnātio.onis. modo naturæ est, & sanguinis. Cicero 7. Verr. Nulla tibi Quinte cum isto cognatio est. Idem 4. Verr. Quo quisq; te maximè cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maximè manus tua putabatur. Modo aliarum rerum, ut cognatio studiorum, Cic.

Cõgnĭtŏr.oris. qui cognoscit. ὁ γινώσκων. & dictio forensis est qua olim appellabantur, qui hodie procuratores iudiciales, dicuntur: quamuis proprie cognitor is dicatur, qui litem alterius coram eo, cui datus est, tractat: procurator autem (ἐπίτροπος) absentis nomine actor est. Ascon. & Budæ. in Annot. sec.

Cõgnōbĭlis,(ἄγνωστος) qui cognoscitur. Gell. His solis cognobiles fuerunt.

Cõgnōmĕn,(ἐπίκλησις) quod ab euentu imponitur alicui. Dicitur & cognomentũ. ἐπωνυμία. Vnde Cognomines, qui eiusdem nominis sunt. ὁμώνυμοι. Sic à Plauto duæ sorores Bacchides nominatæ, uocantur cognomines. Declinatur q; hic & hæc cognomnis, & in genitiuo huius cognomnis. Nam apud Plaut. legitur, Illa mea cognomnis fuit.

Cõgnōmĭno.as. cognomen impono. ἐπικαλέω. Fit autem ex con & nomino, n in g mutata. Plin.lib.21.cap.3. Suario cognominabatur, propter simlitudinem Suarij cuiusdam negociatoris.

Cõgnōsco.is. γινώσκω. ex con & noscо, mutata n in g, ut fiat consonantior uox. Est autem cognoscere, noscere eos qui prius incogniti erant: cum agnoscere, (ἐπιγινώσκειν) sit olim notos. Vergilius: Incipe parue puer risu cognoscere matrem

trem. Varro: Vereor, ne me quoq; dum reuertero, præter canem agnoſcat nemo. Confunduntur tamen hæc ſæpenumero. Donatus: Cognoſcere, eſt diligenter attenteq; conſiderare. Terentius in Hecy. Poſtquam ipſe ſeſe, & illam, & hanc quæ domi erat, cognouit ſatis. Interdum cognoſcere ex literis, nuncijs, & id genus: pro intelligere, ſiue certiorem fieri. Interdum ſimpliciter pro intelligere. Cic. in Horten. Vnde autem facilius, quàm ex annalium monumentis, aut bellicæ res aut omnis Reipu. diſciplina cognoſcitur? Terentius, Eo pacto & gnati uitam & conſilium meum cognoſces. Interdum concũbere: uerecundiæ cauſſa: ut in Euan. Et non cognouit eam. Aliquando ad forum pertinet: ut cognoſcere de hæreditate, auoir lacognoiſſance. congnoſcere de actis Cæſaris, ſenqueſter daucun. cognoſcere cauſſas. iuger des cauſes. Cicero 2. libro Officio. Adhibuit ſibi in conſilium quindecim principes, cum quibus cauſſas cognouit. Vnde Cognitio, iudicium, iudicatio. γνῶσις. erkantnus.

Huius uerbi compoſita ſunt: Præcognoſco, (προγινώσκω) ante ſcio. Plan. Ciceroni: Quod ſi Latro præcognito noſtro aduentu rurſus in Italiam ſe recipere cœperit. Percognoſco. διαγινώσκω. Plautus in Trucul. Vtroſq; percognoui probè. Recognoſco, de quo alibi.

Cõgo. is. coẽgi, coactum: ex con & ago, in quo a & n abijciuntur, niſi in ſupino. Eſt autem cogere, in unum colligere. σωάγειν. Cic. libro 1. Tuſc. Cœlum hoc in quo nubes, imbres, uentiq; coguntur. Terentius in Heaut. Quaſi talenta ad quindecim coẽgi. Quandoq; urgere. ἀναγκάζειν, βιάζεσθαι. Idem lib. 3. Offic. Diogenes contrà, Num te emere coẽgit? Quando» doq; mulgere. μιγνύειν. Vergilius: Cogite oues pueri, ſi lac præceperit æſtus. Quandoq; ſtringere, denſare ſiue durefce» re facere. πήγειν. Idem libro 4. Georg. Nam frigore » mella Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit. Quandoque imprimere, ſeu intus ponere. καταφέρειν. Idem, » Quadrifidam quercũ cuneis & forte coactis Scindebant. Quandoque in ordinem ponere. διατάττειν. ut omnes arbores in ſulcum cogendæ ſunt. Verbalia: ut, Coactio argentaria, munus ipſum cogendi pecunias. Sueton. in Veſp. Vbi deinde uenia, & miſſione impetrata, coactiones argentarias factitauit. Et coactor: quo nomine dicebantur, qui nunc receptores particulares. Cice. pro Cluentio: Ne multa perquiritur à coactoribns, inuenitur ea ſerrula ad Stratonem peruenisſe. Et coactus, huius coactus, idem quod coactio. Cicero 4. Ver. Eum quoque oſtendam ſi quando ſit datus, coactu iſtius, quod non ſenſerit iudicaſſe. Idem ad Brutum: Coactu tuo ſcribam quod ſentio.

Cõhibẽo. es. ἐπέχω, κατασχέω. ex con & habeo, quaſi mecum habeo, & retineo apud me, conſtringo, freno. Plin. Et impetum furentis blanda oratione cohibuit. Plautus in Mil. Cohibere intra limen etiam uos parumper.

Cõhors (σπεῖρα, τάγμα) à cohortando dicta eſt, quòd tribunus eam ut ſequatur, hortari ſoleat: ſeu quod ipſa ſe mutuo frequenter ad pugnam hortetur. Eſt & cohors, quæ & chors, (ἔπαυλις) locus cinctus parietibus, quo gallinas, anates, & id genus reliqua habere in uilla ſolemus. Var. de ling. Lat. Cohors, quòd ut in uilla ex pluribus tectis coniungitur, ac quiddam fit unum: ſic ex manipulis pluribus copulatur cohors. In uilla uero cohors dicitur, quòd circa eum locum pecus coerceretur. Hinc cohortales gallinæ (σιτικοὶ ὄρνιθες) uocantur apud rei Ruſticæ ſcriptores, quæ in cohorte domi aluntur. Poſſunt etiam dici cohortales ab horto. nam cum ueteres hortos, uicos dicerent, quòd qui arma ferre poſſent ibi naſcerentur, inde cohortem dixerunt manum hominum ex eodem uico ad pugnam exeuntium, quòd illi eſſent ex eodem horto. id eſt, uico geniti. nam & galli, ut eſt apud Cæſarem hoc modo pugnabant. quiſque enim pagus per ſe pu» gnam capiebat. Ouidius, Abſtulerat multas illa cohortis aues. Dicitur & chors in hac ſignificatione. Varro, In urbana quoque domo chortem facere poterimus: in qua paſcere ciconias, grues, pauones, gallinas, anſeres & ſimilia dabitur ad uſus quotidianos. Martialis. Raucæ chortis aues.

Cõhortãri, (παρακελεύειν) id eſt, ſimul aut uehementer hortari. Cicero ad Terent. lib. 14. Eum ut potui, per literas cohortatus ſum.

Cohortatio. onis. idem eſt, quod hortatio Cice. ad Att. Incredibiliter me commouet tua cohortatio.

Cŏhŭm, lorum quo temo buris cum iugo colligatur: à cauo dictum, inquit Varro quaſi chaum. Choum etiam poëtæ cœlum dixerunt: à chaos, ex quo putabant formatum.

Cŏĩnquĩno. as. pen. cor. κοινῶ. Horat. Merdisq; coinquiner alibis. Cicero de Nat. Deor. Periculum matres coinquinare regias. Ouidius lib. 4. Faſt. Quid tamen hoc refert? uitio tibi gratior ipſa eſt. Quid facis? amplexus inquinat illa tuos. uide in dictione Inquino.

Cŏĩs, (βαμβύκινον ἱμάτιον) ueſtis ſubtiliſſimæ genus: à Co, (quam alij Cœam dici uolunt) inſula dicta, ubi Pamphila Platis filia prima eius telæ fila retorquere, ac inde texere cœpit. Horat. Altera nil obſtat Cois tibi pene uidere eſt. ubi Cois ſeptimi uidetur caſus.

Coitio. onis. confœderatio, & pro pugna ipſa ac militum congreſſione ponitur: de quo Cicero multis in locis.

Cŏĩx. cis. κόιξ. genus ſtirpis, cuius folia ad textum ſunt utilia, ſimilia iunceis atq; palmeis. Strabo.

Cŏlăphizo. as. (κολαφίζω) cum pugno clauſo uerbero.

Cŏlăphŭs. (κόλαφος) & Colaphum. pen. cor. eſt alapa. Teren. in Adelph. Colaphis tuber eſt totum caput. Sic colaphos infringere alicui, pro illidere, infligere, apud eundem: & colaphos incutere, apud Iuuen. Nos colaphum incutimus labenti cruſtula ſeruo. παίειν ἐπὶ κόρρης.

Cŏlăſis, (κόλασις) genus pœnæ eſt, quod adhibetur caſtigandi uel emendandi gratia.

Cŏlăx. κόλαξ. Latinè aſſentator dicitur: à κολακεύω, adulor.

Cŏlĕŭs, teſtis, ſiue teſticulus per diminutionem. πτεύς. à colo. is. quòd colat mulieris pubem. unde illud in Priap. Stamus ſub Ioue coleis apertis. Dicitur etiam culeus. Mart. » Cum depilatos Chreſte culeos portas.

Cŏlĭcŭlŭs, (καυλίον) per ſimplex l, eſt exiguus ac tener braſſicæ uel uitis caulis. Varro: Capreolus eſt coliculus uiteus, intortus, uel cincinnus.

Cŏlĭnă, per ſimplex l, à colo. is. quam poſtea culinam, deinde à coquendo coquinam uocauere: quòd ibi colebant ignem locupletiorem. Vide culigna.

Cŏlĭphĭŭm, (κωλίφιον) panis genus, ἀπὸ τῆς κάλης κοὶ ὄπτου: uel ἀπὸ τῆς κόλικος. Eſt enim colix ſubcinericius panis. Plautus: Coliphia mihi ne incocta detis.

Cŏlis, (κλῆμα) per ſimplex l, ſignificat pampinum. Varro, Pampinare eſt ſarmento coles qui nati ſunt, de his qui plurimum ualent ad ſecundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere: ne, relictis colibus, ſarmentum nequeat miniſtrare ſuccum. Item colis dicitur quaſi caulis, (καῦλος, πτεύλος. Ariſtot.) pro haſta & fuſte membrũ uirile. Celſus libro 4. Tum maſculis iter urinæ ſpacioſus & compreſſius à ceruice huius deſcendit ad colem. Hinc colei: quamuis & à colendo quidam deducant. Huius ſuprema pars glans appellatur. βάλανος. & pellicula quæ glandem tegit, præputium. πόσθη. dicitur. Item colis pro cauli. Horatius libro ſecundo. Serm. Cole ſuburbano nihil eſt elutius horto. ſicut ploſtrum pro plauſtrum, Clodius pro Claudius.

Cŏlŭmbæ, uocantur maiores ſulci, in quibus aqua, ſi redundat, excoletur. Dicuntur & elices, foſſæ quædam in eundem ferè uſum. Colum. uocat colliquias lib. 2. cum ait: Cauebitur

ut patentes liras, crebrosq; sulcos aquarios (quos nonnulli elices uocant) faciamus, & omnem humorem colliquias, atque inde extra segetes deriuemus.

Cōllă, (κόλλα) à Græcis dicitur, quam nos glutinum dicimus, quo ligna ferruminantur. Vtimur autem tantum eius compositis: ut, Sarcocolla, Ichthyocolla, Chrysocolla.

Cōllābefăcĕrĕ, rumpere, destruere: & collabefieri apud Cæs. 2. bel. Ciuil. Illæ adeo grauiter incitatæ conflixerunt, ut uehementissime utræq; ex concursu laborarent: altera uerò perfracto rostro tota collabefieret. Vnde collabefactari tessiula. ἠοσραχίζω. significat eijci ex urbe per signa testarum.

Cōllăbĕllo, labra adiungo. Laberius: Perge iam, collabella osculum. hoc est, iunctis labris osculare.

Cōllacrўmo, & Collacrўmŏr, (προσαναλαίω) dicitur. uide Lacrymo.

Cōllārĕ, (πτειραχήλιον, πτειδήριον) uinculi genus quo canum colla astringuntur, & melium uocauit antiquitas. Fit ex corio firmo cum clauis capitatis. Varro 2. de re Rustica: Ne uulnerentur à bestijs, imponuntur his collaria. Plautus collaria. Collariæ fœmi. gene. pro ferro rotundo, quo constringuntur colla malefactorum. Plautus in Capt. Collus collaria caret.

Cōllāctānĕŭs, (ὁμογάλακτος) qui eisdem mammis est nutritus: sicut collacteus, (συγγαλάκτος) qui uno & eodem lacte. Iuuen. Quid dicat notæ collactea Mauræ. Mart. Sed quod sororis, eius amica, & indiscreto fœdere collactea uideretur.

Cōllātīnŭm sacrificium, (ἡ δὲ ἱράνη θυσία, καὶ ἐναγώγιμος) quod ex collatione offertur.

Cōllātīnŭm uentrem, magnum & turgidum Plautus dixit, quia in eum omnia edulia conferuntur.

Cōllātĭo, dicitur quod in unum confertur. ἔρανος, ἀσφορά. Est etiam collatio idem quod comparatio. Plautus in Mil. Vbi facta erit collatio nostrarum malitiarum, Haud uereor ne nos subdola perfidia peruincamur. Budæus, Collationem antiqui uocabant, quæ indictio aliàs Latinè dicitur: uulgus taleam uocat.

Cōllātīs signis pugnare, (συναλόφ) significat unum in locum ad pugnam perlatis.

Cōllātĭtĭŭs. a. um. (ἀσυγκλινῶς μάχη, ἐνηγώγιμος) quod collatum est. Apul. lib. 4. Choraula doctissimus collatitia stipe de mensa paratus. Pecunia enim quæ confertur à populo, collatitium dicitur.

Cōllĕctă. æ. quæ ex pluribus locis in unum lecta est. symbolum alias dicitur: & uulgo scotum lescot. Cic. Quoniam collectam à conuiua Crasse exigis.

Cōllĕctānĕŭs. a. um. quod mixtum est, & ex diuerso usu conflatum: ut æs collectaneum. Vnde collectanea. orum. dicuntur scripta. quæ ex pluribus excerpta locis, in unum lecta sunt.

Cōllĕctĭtĭŭs. a. um. idem quod collectus uel comparatus, siue ad exercitum, copias, manum, uim, gratiam, beneuolentiam, famam, rumorem, inuidiam, aut aliud quodlibet referatur. Cic. Mario: Signa & tyrone, & collectitio exercitu cum legionibus robustissimis contulit.

Cōllĕgæ, (ἐνάρχοντες) pen. prod. dicuntur duo eiusdem potestatis simul missi. Vnde & collegium. συνάρχοντες. quod est propriè collegarum societas. Tres numero collegium facere existimauit Horat. Priscus: quod magis sequendũ affirmat Marcellus, quàm quod plerique scripserũt, maiorem ad id numerum necessarium esse. Plaut. in Menæchmo: Captum sit collegium augurum. Cic. 6. Verr. Tum ex amplissimo collegio decemuirali, &c. Collegium item cõgregationem & societatem quorumcunq; hominum significat. Plin. in Epistolis: Tu domine despice an instituendum putes collegium fabrorum duntaxat hominum. Cl. ego attendam ne quis nisi faber recipiatur. Horat. Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ.

Cōllĭcŭlŭs, per duplex ll, significat paruum collem. Apul. li. 1. Flor. Colliculus sepimine consecratus.

Cōllīdo. is. pen. prod. simul percutio. συμβάλλω, ἐνστρέφω, συγκρούω. Colum. li. 12. ca. 16. Ne inter se pondere suo pressæ collidantur. Lactantius De ira: Durissimi rigoris materiæ si ictu uehementiore collidantur, ignis excutitur. Hinc collisio, quæ est duorum aut plurium corporum mutua confrictio. πρόσρηξις, συνθλασμός, σύγκρουσις. Collisus, huius collisus, idem Plinius libro 9. capite 35. Ceu sono quoque & collisu ipso margaritarum.

Cōllĭgās, docet Plin. 31. uocari quasdam speluncas, in quibus aphronitrum inuenitur.

Cōllĭgo. is. pen. cor. in unum redigo. συγκομίζομαι, σωρεύω, συνάγω. Vergilius: Colligere arma iubet, ualidisq; incumbere remis. Inde collectio. συλλογή, σωκομιδή. Quandoq; aufero. Lucilius: Ruis huc, & colligis omnia furtim.

Quandoque lego. Verg. Collige uirgo rosas. Cum uerò dicimus: Colligo me, colligis te, tunc proreficere, & quasi dilapsum spiritũ in unum redigere ponitur. ἀναλαμβάνω, ἀναθαρρέω. Cic. Sed manifesto furto perturbatus, ubi se colligit. Idem lib. 4. Tusc. Quid est autem seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursum in suum locum congerere? Quod si alium casum addamus, collegit se in arma: idem est, quod parauit munitiq;. ἀναλαμβάνω. Colligit se in iram: id est excitauit. Vergilius, Subsistit Aeneas, & se collegit in arma.

Cōlligĕrĕ rationem, (λογίζω) dicitur rectè computare, ita ut quæ colligenda sunt, colligantur: & quæ subducenda, hoc est detrahenda, detrahantur.

Cōllĭgo. as. (συνδέσμεύω) penultima correpta, simul ligo. Plautus Amph. Neque eum colligare quiuit quisquam in cunabulis.

Cōllīmārĕ, ferire signum destinatum oculis collimatis. σκοπὸν ἔχω, ἐνσκήπτω βάλλω. Ci. lib. 2. de Diuinat. Neque est enim qui totum diem iaculatus, non aliquando collimet. Apud Plau. significat obliquis oculis aspicere. Collimatis, inquit, oculis ad umbram meam.

Collinio. as. ad lineam rectam facio. κατασκῶ, ὀρθογραμμῶ. August. Cor tyum quandiu prauum est & distortum, non potest colliniari rectitudine dei.

Cōllīs, per duplex ll, minor mons, & quasi monticulus. βουνὸς, λόφος. Cic. 5. Verr. Quos ego campos antea, colles q; nitidissimos, uiridissimosq; uidissem. Vnde Roma Septicollis dicta est, quòd septem habeat colles, Palatinum, Quirinalem, Auentinum, Cœlium, Viminalem, Exquilinium, & Ianicularem: & à colendo dicitur. Varro: Quòd primum ex agro fructus capiebat, campus dictus est: posteaquam superiora loca colere cœperunt, à colendo coles appellauerũt: sed metri gratia à poëtis l interpositum est. Colles etiam dicuntur dorsa. nam spina humilis uallecula, emmentes pulpæ ab utroq; latere speciem habent collium.

Collitiæ, colliciarum, maiores sulci, in quibus aqua, si redundat, excolatur: dicuntur & plices. Colum. li. 2. colloquias uocat. Festius, Collitiæ tegulæ, per quas aqua in uas defluit.

Cōlloco. as. loco, pono, statuo. Ci. pro Plan. Huius ego manib. in naui tuta collocatus, columnas non rectas collocarat.

Collocutio. onis. colloquiũ, sermo. Cic. in. Epist. Hac me mente fuisse in nostris sermonibus, collocutionibusq; uidisti.

Cŏlōssŭs, per duplex ss, (κολοσσὸς) statuæ moles, turri par: à colon membrum, seu ἀπὸ τοῦ κολάζω: quod est cruciare, & modum excedere in aliqua re. Nã propter magnitudinem inamabilis erat, ob sumptuum magnitudinem. Statuam solis, seu (ut quidam aiunt) Iouis apud Rhodum centum & quinque pedes altam, ex ære Cares Lysippi discipulus fecisse traditur. Plura Plinius libro 34. capite 7. Ab hoc colosso Rhodij Colossenses appellati sunt, quibus scribit

Apo

Apostolut. Dicitur etiam Colosseus. Plinius li.35.Nero princeps iusserat colosseum se pingi, centum & uiginti pedes in linteo,incognitum ad hoc tempus. Lamp.in Alexan. Statuas colosseas in urbe multas collocauit. Vitruuius Colossicas usurpauit. Alioquin Romæ amphitheatrum ipsum hodie Colosseum uulgò dicitur à colosso. Martial. Hic ubi »sidereus propius uidet astra colossus. Lege Suid.& Aristi. in Or ad Colosse.

Cōllūco.as.pen.prod. apud Catonem significat profanæ syluæ ramos decido officientes lumini. Colum. li.2. capite 22. Neq; arborem collucare.

Cōllŭm per duplex ll, pars corporis:à colo.is.quia hæc præcipue pars torquibus ac monilibus ornari consueuit. Græcè φάχλος,λάρι. Hinc decollo & subcollo,de quibus suis locis. Legitur & collus apud Plautum. Collum obstrictum (φάχλος περιτραμμένος) seu collum obtortum,uerbum est iuris.nam in collo constricto rei trahebantur.Plau.in Cur. Collum obstringe,adduce istum in malam crucem.Hieron. Obtorto collo me in ius trahit.

Cōllŭuiārĭă, dicta sunt in ductibus aquarum, per quæ colluuies, & immunditia eiectantur .ὀχνοί. Vitruuius libro 8. Etiam in uentre colluuiaria sunt facienda,per quæ uis spiritus relaxetur.

Cōllŭuiāris porcus, dicitur qui in colluuie nutritur,cibo permixto. Supra malè scribitur caluinaris.

Cōllŭuĭo, colluuionis & Cōlluuies æi.(συγκύσ.) uide in dictione Alluuies.

Cōllūtŭlo,penultima correpta,fœdo,dedecoro.πτλόω. Plautus in Trin. Hæc famigeratio te honestet, & me collutulet,si sine dote duxerit.

Cōllўbŭs.bi.(λόγυβος) id detrimentum pecuniæ est, quod in ratiocinijs emptionem auri appellant,& uulgò cambium dicitur, cum pecunia ad exteras nationes exportanda est, & apud numularios alijs speciebus commutanda. Vt si argentea moneta,aurea mutetur:aut genera quædam pecuniæ abrogata & antiquata, aut quouis modo repudiabilia in una prouincia,alio quo genere permutanda sint, rato, receptoq;, & promulgato in ea prouincia. id enim, quod ex summa apud numularium decidit, & ueluti deperit,collybus uerbo Græco appellatur.Cic.5.Ver. Ex omni pecunia quam aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant:primum,pro spectatione et collybo:deinde pro nescio quo cerario. Hæc omnia iudicas non rerum certarum, sed furtorum improbissimorum sunt uocabula. Nam collybus esse qui potest, cum utantur omnes uno genere numorum? Collybum appellat pecuniæ permutationem,& numorum quasi intertrimentum. Bud. in Pand.

Cōllўbīsтēs,(λογυβιστής) numularius. Cicero in Verr.act.5. Collybistes esse qui potest, cum utantur omnes uno genere numorum? Hieron. Collybistas à collybijs uocatos tradit. Collybiæ uerò,(ut ipse ait) sunt quæ tragemata bellariaq; dicuntur, ciceris frixi, uuarumq; passarum uilia munuscula.Vnde collybistæ,pro numularijs formis minutatim exercentibus dicuntur. Suidas λογύμβων dixit. Theoph. lib. De gemmis colymbon uocari tradidit genus ponderis, hoc modo: Minimum pondus est hordeum, sequens colymbus. Bud.Pand.Herm.Corol.

Cōllўră.λογύρα.penul. correp.panis triangulus & modicus. qui alibi dicitur tortus panis.Plautus in Persa:Collyræ facite ut madeant.Cæl.li.2.ca.30.

Cōllўrĭŭm,(κολλύριον) medicamentum oculorum. Horatius: »Oculis collyria lippis. Et non solum oculis adhibetur,sed aluo quoq; subijcitur in cura equorum & boum, ut autor est Colum.qui li.7.scripsit,Salis sextans,cum decem cæpis conteritur,& admisto melle decocto, collyria immittŭtur aluo, atq; ita citatus bos agetur.Idem:Melle decocto & sale,collyrium tenue inditur foramini,quò meat urina: collyrium inseritur naturalibus.

Cōlo.as.(κόλω) pen.produ.Manilius:Et colare uagos inductis retibus amnes. Est autem colare pauxillatim liquorem alĭquem stillatim q; emittere. Apule.libro Flo.de Gymnosophistis: Non illi norunt aruum colere, uel aurum colare, uel equum domare. Vnde & Cōlă,(κόμοι) dicta per quæ liquor emittitur. Inde composita percolo,(λίνω.) excolo,(ἀπκόλω.) Colum.lib.8.Nam maximè refert primo quoque tempore ferrum percolari.

Cŏlo.is.colui,cultum: adoro,ueneror. σέβομαι,καθόω,θεραπεύω. Vergilius lib.9.Summe deũm sancti custos Soractis »Apollo,Quem colimus. Plaut.Ego te semper ut parentem colui. Colimus pares amore & officio,minores humanitate & beneficijs:hoc est,amamus.Hinc cultus & cultura,quam Græci καθαίραν uocant. Item colere,exercere, ἀσκεῖν,ἐπιτηδεῦειν. Liui.lib.1.Abi nuncia Romanis,cœlestes ita uelle,ut mea Roma caput orbis terrarum sit,proinde rem militarem colant. Item habitare.οἰκέω, οἰκεῖν. Plautus in Aulu. Hanc domum iam multos annos ego possideo & colo.Vnde & cœlicolas dicimus,quòd cœlum colant inhabitando,tanquam quosdam cœli colonos.Item diligere.Teren.in Heau. Quippe forma impulsi nostra nos amatores colunt.Item du»cere,διάγειν. Verg.lib.3. Georg.Hanc olim ueteres uitam coluere Sabini.Item arare,seu quoquo modo terras aptare. γεωργεῖν. Colu.li.1.Nam ubi sedulò colitur ager.Hinc agrĭ cultor, agricultura,agricolatio,& colonus. Item ornare. κοσμεῖσθαι.Plaut. Quin tu te colis, antequam exeas domũ. Cic.Erat enim non tam grauis, quàm elegans & faceta & culta oratio. Hinc cultus corporis,(κοσμητικός) dicitur ornatus. A colo fiunt composita,accolo,circuncolo,incolo,excolo,percolo,intercolo,& recolo.pen.cor.

Cŏlŏbĭŭm,(κολόβιον) genus tunicæ, quo antiquĭ Romanorum utebantur:sic dictum quòd sine manicis esset ac mutilatum. Nam κολοβὸν breue,mutilatum,truncum significat.Hæc & cataclysta uestis dicitur.

Cŏlŏcāsĭă,(κολοκασία) faba Aegyptia. de qua Palladi. Hoc mense colocasiæ bulbos ponemus.Amant humidum locum, pinguem,maximè irriguũ. Frondere propè semper possunt, si tanquam citreta tegumentis defendantur à frigore. Colo»casium neutro genere dixit Vergil.in Pollione: Mistaq; ri»denti colocasia fundit acantho.

Cŏlŏcўnthă,(κολόκυνθα) quæ à nostris coloquinta:agrestis cucurbita, secundũ Dioscor.Hæc & colocynthis.idis.uel idos. κολοκυνθίς.Hanc Plin.minorem esse ait,quàm satiuam.

Cōlŏn, (κῶλον) est crassius intestinum, tabulatum, ex quo excrementa eam accipiunt formam,qua egeruntur, plurimas cellulas atq; cauernas habens,ad renemq; sinistrum religatur. Vnde uerbum κολάζεσθαι, pro eo quod est torqueri cruciariq;:& colicus dolor. Serenus.Cũ colon inuisum morbĭ genus intima carpit, Mande galeritam uolucrem quam nomine dicunt, Aut pauidi leporis madefacta coagula pota.

Hic morbus & chordios,& cordapsos dici solet. Dicĭtur etiam colon, (κῶλον) membrum orationis. Præterea quæ nos crura & lacertos dicimus,Græci eodem uerbo κῶλα nuncupant.unde monocolon metrum dicitur unimembre:dĭcolon bimembre: tricolon trimembre. Et in primo significatu habent pen.correptam,in alijs productam.

Cŏlōnĭă,(ἀποικία) gens ad habitādum aliquam terram missa: ab incolentibus inhabitantibusq; terram dicta. Aug. lib.10.De Ciuit. Ciuitates à maioribus ciuitatibus uelut populorum examinibus conditæ,coloniæ appellantur. Coloniarum aliæ Latinæ,aliæ ciuium Romanorum dictæ sunt,aliæ ex utrisq;, nonnullæ ex peditibus uel equitibus,cum in agrũ bello captum stirpis augendæ causſa mitterentur. Bononia Latina colonia, Mutina & Parma Ro.ciuium. Erat & aliud

aliud genus coloniarū, quales olim Pompeius Strabo Transpadanas colonias traduxerat. Non enim nouis colonis eas constituit, sed ueteribus incolis manentibus ius dedit Latij, ut possent habere ius quod cæteræ Latinæ coloniæ. id est, ut ius petendi magistratus in ciuitate Romana adipiscerentur. Erant præterea coloniæ, quibus ius Italiæ dabatur.

Coloniarum autem huiusmodi ratio erat. Cum in urbe Roma multos ex ueteribus, nouisq; incolis, paupertate premi intellectum erat, adeò ut censui soluendo non sufficerunt, Triumuiri à senatu creabantur, qui locis primum consideratis, in quibus reipublicæ expediret propugnaculum constitui, noua edicta proponebant, danda esse nomina ab illis, qui in nouam coloniam deduci uellent: sicq; urbs pauperib. exonerabatur, & rei famliaris pondere grauati, ad nouas quibus indigerent, diuitias gratis datas cum familia accedebant. Accipiebant enim duo quatuor, sex, aut septem agri iugera, & quandoq; plus. Colonia etiam dicitur agricolationis locus, & aratoris officina. Paul. Seruus qui coloniæ ascriptus est, ad periculum coloni pertinebit. à cultoribus terræ sic dicta. Græcè γεωργοῦντα. Plautus in Pseud. Det nomen ad molariam coloniam.

Cŏlōnĭcŭs. a. um. quod est coloni, seu quod ad colonum pertinet. γεωργικός. Varr. Atq; etiam leges colonicas tollis. Colonicum uerò pecus, dicitur hirsutum, cum molle dicatur tectum, ut est apud Columel.

verg. Eccl. q. Harmonia fruit ut terra domi gratę coloni. Cŏlōnŭs. ἄποικος. à colendo. id est habitando, terras ue aptando. Nam coloni erant ciues à Roma ad aliquam urbē habitandam missi, qui non proprijs, sed populi Romani legibus uiuebant. Vnde & colonia dicta est. Vergil. Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni. Ab incolendo enim, non ab agricultura colonos uocauit. Quandoq; tamen coloni agrorum cultores, (γεωργοί) dicuntur. Idem: Vt quamuis auido parerent arua colono.

Cŏlōnŭs, (λοφωνὸς) à Græcis editus locus, apud Athenienses dicebatur, ubi Neptunus colebatur.

X Cŏlŏr. (χρῶμα) dicitur id quo aliquid coloratur, & duo sunt principes colores, albus scilicet & niger: alij non dicuntur colores, nisi per participationem. Colores etiam apud rhetores dicūtur ornamenta orationis. id est figuræ, quæ à Græcis σχήματα dicuntur. Nam ut scripsit Cicero, sunt actori ut pictori colores ad narrandum. Iuuen. Dic Quintiliane colorem. Ab hoc nomine fiunt composita, concolor. ὁμόχρως. eiusdē coloris. discolor, uersicolor, (ποικιλόχρως) diuersi coloris. decolor, (κακόχρως) quod est colore uitiato, & habent penul. cor. Dicitur & colos.

Colora, Latinè camarus. Apitius li. 2. Vel camarum defrutum mittas, quod Romani coloram uocant.

Cŏlōrĭæ uestes, sunt quæ ex lana non tincta. hoc est, nativo colore factæ sunt.

Cŏlōrĭfĭcŭs. a. um. (χρωματοποιὸς) quod colorem facit.

Cŏlōro. ras. penultima producta, colorem induco. χρωματοποιῶ, ἐπιχρωματίζω, χρόννυμι. cuius contrarium est decoloro. Cic. 1. De Nat. Deorum: Formare, fucare, colorare, animare nō possent, Seneca: Flumen aut colorat, aut decolorat. De coloratur (κακοχρωῖ) id est, cuius color uitiatur, non mutatur: coloratur id, cuius alia fuit quàm sit facies. inde decolorata manus, dicuntur maculosæ. Frontin. libro 1. Strateg. Quòd ab itinere strigosiores notabat equos, & coloratiora hominum, ut ex uia corpora. id est, fusca. Claud. ad Stilichonem: Quomodo montibus Idæ Nigra coloratus produceret agmina Memnon.

Cŏlŏs, (κόλος) podex. à quo colici dicuntur Iulio Polluci. Sed melius ab intestino, quod κῶλον uocatur, colicos, eius ægritudine affectos denominari: utrumq; certa ω mega habet in prima, eamq; producit.

Cŏlōstrŭm, & Colostra. æ. spongiosa lactis densitas à partu pri-

Colostra sup ē post collocatio.

ma. φοφαλίς. Martial. Surripuit pastor quæ nondum stantibus hœdis, De prima matrum lacte colostra damus. Palladius: Colostram uocant pastores illud exiguum lactis in quo est spissior natura. Est & colostratio, morbus quo lactentes tentantur: si biduo à partu maternum lac gustauerint: qui colostrati dicuntur, densato in casei speciem lacte. Ideò infantibus nutricis, non matris lac exhibere conuenit, quia matris exitiosum est.

Cŏlōtŏs, (κώλωτος) penultima producta. Aristot. lacertæ genus facit: alij colotem, (κωλωτὴν) alioquin quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci κῶλα dicunt.

Cŏlpŭs, (κόλπος) & Colphus sinus appellatur.

Cŏlŭbĕr (ὄφις) penultima correpta, serpens qui umbras nemorum incolit: anguis & hydrus, qui in aqua: serpens, qui in terra serpit: draco, templi. sed sæpe confunduntur. Hieronymus ad Præsid. Coluber ad bibendum ueniens in aqua uenenum deponit, ne eum uenenum aqua coneretum occidat. Nudum hominem timet, uestitum persequitur, caput tamen suum celat, ubi scit esse mortem suam. Serpens quidem si semel calamo percutiatur, moritur: sin uerò iterum percutiatur, confirmatur. Brumali tempore infirmior efficitur, & à soricibus uincitur. Igitur ante hyemem circa se colligit segetes, ut illæ sibi escam præbeant. Colubram fœminino genere probat Nonius ex Lucilio lib. 20. Saty. ut, Marsus colubras Disrumpit cantu.

Verg. 3 Georg. Aut ut uetus obsurdu colubr succedat & ambiguæ.

Cŏlŭm, penultima prod. uas linteum, siue uiminibus contextum ad colandum aptum, à colando, Græce κόσκινος. Vergilius: Colaq; prælorum fumosis diripe tectis. Vnde colum uinarium, uas ex lapide spongioso factum, ad colandas niues. Colum, etiam est genus morbi, quem primus in Italia sensisse Tiberius princeps dicitur, cum prius ignotus esset. Plin. lib. 26. cap. 1.

Cŏlŭmbăr, genus uinculi. Plaut. in Ru. Illic in columbum credo leno uortitur. Nam in columbari collus haud multo post

Cŏlŭmbārĭs. re. adiectiuum: ut columbare stercus, & columbaris cella. περιστερικός. Columel. li. 9. Cæterum cibos iuxta parietem conuenit spargi: quoniam ferè partes hæ columbari carent stercore.

Cŏlŭmbārĭum, siue Columbaria. æ. locus ubi habitant columbæ. περιστερών. Palla. Columbarium potest accipere sublimis una turricula in prætorio constituta, leuigatis & dealbatis parietibus. Colum. lib. 9. Qualia columbariæ tectis superponuntur. Græcè περιστεροτρόφια columbaria dicūtur. Propriè tamen columbarium, loculamentum in peristerotrophio singulis columbarum paribus præparatum. Varro lib. 3. Singulis paribus columbaria fiunt rotunda, in ordine crebra. Columbaria singula esse oportet, ut os habeant quo introire & exire possint.

Cŏlŭmbārĭŭs, qui columbas curat. περιστεροτρόφος. Var. Ipsæ propter pullos quos habent utiq; redeūt, nisi à coruo occisæ, aut ab accipitre interceptæ, quos colūbarij solēt interficere.

Cŏlŭmbātĭm, aduerbium, significat ad similitudinem columbæ. περιστερωδῶς.

Cŏlŭmbīnŭs. a. um. quod est ex columbis. περιστερώδης. Plin. Columbinus fimus in aqua decoctus.

Cŏlŭmbŭs, & Columba. περιστερὰ. in singulari: in plurali magis fœminino genere utuntur authores. Vergil. Præcipites atra ceu tempestate columbæ. Martialis, Nec uiolet teneras præduro dente columbas. Quidam hoc nomen à colendo deducunt, quod lumbos colat. Et de domesticis quidem & agrestibus columbi: palumbes dicuntur tantum de syluestribus. Varro: Duo genera earum in peristerotrophio esse solent: unum agreste, quod habetur in turribus ac culminibus uillæ, à quo appellatæ columbæ, quæ propter timorem naturalem summa loca in tectis captant: alterum columbarum genus est clementius, quod cibo domestico intra limi-

na pascitur. Columbæ agrestes à colore liuiæ dicuntur, quasi liuidæ: domesticæ uero, cellares. Ex colũbo agresti, & columba domestica, uel è contrario, nascitur genus tertium columbarum: à nostris miscellæ dicuntur, ob duorum generum commixtionem. Columbos esse in tutela Veneris ideo fictum putant, quia fœtui semper indulgent.

Cŏlŭmĕllă, penultima producta, diminutiuum est à columna Significat etiam maiorem seruum in familia. Martialis: » Lucili columella hic situs Metrophanes.

Cŏlŭmĕllārēs dentes, caninis proximi. Varro libro 2. de re Rustica: Incipientes quartum agere annum, itidem eijciunt & totidem eijciunt proximos eorum quos amiserant, & incipiunt nasci, quos uocant columellares.

Cŏlŭmĕn, (σύλη, ἔρεισμα) penultima correpta, à columus: id est culmus: significat culmen, uel columnam. Varro 3. De re Rusti. Quod habetur in turribus ac columinibus uillæ. Et Terentius in Phormio. Bone custos salue, columen uero nostræ familiæ, Cui commendaui filium hinc abiens meum. Vbi Donat. Columen familiæ, sustentatio, decus: unde columnæ dictæ. Plautus in Cass. Sed eccum egreditur senati columen, præsidium populi.

Cŏlūmis, & Incolumis, penultima correpta, utrunque sumitur pro sano. σῶος. Cicero lib. 1. ad Heren. Casu & fortuito nauis in portum incolumis delata est. Hinc columitas & incolumitas, pro salute. σωτηρία. Idem Treb. Itaque si quis erit mihi aditus de tuis fortunis. id est, de tua incolumitate, qua sunt omnia agenda. Et lib. 3. ad Heren. Dicebat nullam utiliorem esse incolumitate.

Cŏlūmnæ, dictæ sunt, quòd culmina sustineãt. Pilaria à nostris uocantur. Est autem inter columnas. κίονας. & pilas (πίλας) hæc differentia, quòd columnæ uno scapo constant: id est, lapide oblongo perpetuo. pilæ autem structura constant aut lapidea, aut cæmentitia, aut lateritia. A columna fit Intercolumnium, quod est spacium inter columnas. Cic. lib. 4. ad Heren. Aedes inter columnium. μεσόκιον. angulum, fornicem. Columnarum tria sunt genera: teretes, quadrangulæ, striatæ. Quæ superponuntur columnis, epistylia: hoc est, capitella: quæ supponuntur, bases siue spiræ dicuntur, Authore Quinti. Antiqui columam dicebant, detracta n litera, pro columna. unde per diminutionem columella dicitur, pro columnella.

Cŏlūmnātĭo. στήλωσις. à columno. uide in dictione Marmoratio.

Cŏlūmnŭs, à ueteribus dicebatur, qui nunc culmus.

Cŏlūrnŭs. a. um. dicitur quod est ex materia coryli. Vergilius » Pinguiaq; in uerubus torrebimus exta colurnis.

Cŏlūri, duo sunt circuli in sphæra, propter imperfectam conuersionem sic dicti: quippe Græci κόλουρον imperfectum uocant. Nunquam enim integri apparent: nam pars in antarctico mergens aut non est, aut si est, nostris se tamen non ingerit obtutibus. Boëti. de Arith. libr. 2. & Macrob. in Somnium Scipion. Colura quoq; animalia sunt caudam non habentia, uel mutilam caudam habentia, quæ in sacrificijs non offerebantur.

Cŏlŭs, masculini generis tormenti genus, quod fit ex corio, sicut scribit Festus.

Cŏlŭs. ἠλακάτη, ἀφακτυλίς. fœmini. generis tam quartæ quàm secundæ declinationis instrumentum quod pensa continet, à quo fuso fila ducuntur, habetq; pen. cor. Ouidius lib. 4. Meta » morph. Et colus & fusus digitis cecidere remissis. Cicero 2. de Orat. Quid tu Egilia mea, quando ad me uenis cum tua colu & lana?

Cŏllŭs, per duplex ll, apud Plautum pro colo legitur.

Cŏlŭthĕă, arbor syluestris apud Theophrastum in 3. De plantis, fructum ferens in siliqua, magnitudine lentis. Vnde colutheum, fructus colutheæ. Plautus in Persa: Commisce mulsum. struthea, colutheaq; appara.

Cŏlўmbădēs. κολυμβάδες. uocabantur oliuæ, ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν, quod innatare est. nam propter suam leuitatem urinabant. Plinius lib. 23. cap. 3.

Cŏmă. æ. (κόμη) breuis capillorum ornatus, ἀπὸ τοῦ κόπτειν, quod est incidere: sicut apud Latinos à cædendo cæsaries. Cic. 3. Tusc. Scindens dolore identidem intonsam comam. Est & genus morbi, simile ueterno. Inde comaticus.

Cŏmārĕ, (κομᾶν) est longiorem comam habere. Gel. Equum fuisse dicunt magnitudine inusitata, ceruice ardua, colore phœniceo, flaua & comanti iuba. Hinc comatus (κομήτης) sicut à capillo capillatus. Per translationem etiam de arboribus herbis que dicitur. Vergilius lib. 4. Georgi. Nec » sero comantem Narcissum. id est florem habentem.

Cŏmărŭs, (κόμαρος) pen. cor. arbutus, & genus mori.

Cŏmātŭs. a. um. participium sine uerbo, qui longiorem habet comam.

Cŏmātŭlŭs, pen. cor. diminutiuum à comatus. Vnde Hieronymus comatulos pueros dixit.

Cŏmōsŭs. a. um. adiectiuum, à coma. Plin. lib. 16. cap. 6. Hemeris uocatur, breuior, & in orbem comosa. Idem lib. 19. cap. 26. Comosissimum ex omnibus maxime cauliculis.

Cōmbăm, Sabini uocant, quam militares lecticam. Inferius cumbam scribitur, & cubam.

Cōmbĕnnōnēs. uide in Benna.

Cōmbīno. as. pen. prod. significat quod lingua uernacula dicimus acobiare. συνδιάζειν. Hinc combinatio, quam Græci ἐπίζευξιν uocant, cum in oratione eadem dictio sine medio duplicatur. Verg. Me me adsum qui feci.

Cōmbūro. is. pen. prod. ex con & uro, b interposita, simul cum alijs uro: uel, ut suum simplex, uro, cremo, exuro. καταφλέγω, πυρπολέω. Cic. pro Clu. Puer ante noctem mortuus, & postridie antequam luceret combustus est. Idem de Natu. Deo. Libri Protagoræ in concione combusti. Et ad Quin. Frat. lib. 2. Fumo ut combureretur, tota plaudente prouincia.

Cŏmē, (κόμη) herba est, quam barbam hircinam uocant: à comæ similitudine, quòd folia in circuitu spargat. Plin. lib. 21. cap. 15. Et lib. 17. cap. 13.

Cŏmĕdim, pro comedam scripserunt Veteres.

Cŏmĕdo. is. dit. & Comedo, comes, comest. in infinitiuo comedere, uel comesse, idem significat quod suũ simplex edo. φάγω, ἐσθίω. Plautus in Trin. Quod ebibit, quod comest, quod facit sumpti. Cice. Sed ad extremum pollicetur prolaturum se quæ comest. Supinum comesum & comestum. Sallust. Comesa matrimonia, comesa patina. Vbi translate ponitur pro consumere, dissipare.

Cŏmĕdo. onis. & comedus. di. pen. cor. qui bona sua consumit. Var. Putat fore hoc quod hinc comedonibus conuenit.

Cŏmĕs, dicitur qui sequendo aliquem se maiorem comitatur. ἀκόλουθος, συνοδοιπόρος, ὁπαδός. socius uero par est. Cice. Non comitem sed ducem præbuit. Ponitur tamen quandoq; comes pro socio. Idem ad Heren. Qui cum ante lucem surrexisset, comitem suum inclamauit, & antea dixit, Et secum aliquantum numorum ferentem est comitatus. Comes quoq; qui utcunq; alterius sequitur ductũ: socius plerunq; in negocijs serijsq; rebus, & fortunæ arbitrio subiectis: sodalis. ἑταῖρος. in leuioribus, ac sæpe uoluptuosis. Cice. Epulabar modicè cum sodalibus. Et sodales sunt eiusdem collegij. unde Cicero Norbanum quæstorem suum appellat sodalem. Comes uero pro dignitate, generis com. est, quamuis apud uulgus comitissa dicatur. Vnde ab Ammiano largitionum comes dictus est, qui præerat largitionibus imperatorijs. Alij pro dignitate comarchum, (κόμαρχον) usurpant.

Cōmēssātĭōnēs. ὄρθροι, κῶμοι. conuiuia sunt nocturna post cœnam, & alia intempestiua: sicut merẽda, cibus qui ante cœnã sumitur, & ientaculũ ante prandium. Comessari. κωμάζειν. enim est post cœnam epulari, à Como. uide Comus. Sueton.

Vitel. Epulas tripharia semper, interdu quadrifaria dispertiebat, in ientacula, prædia, cœnas, & comessationes. Liu. li. 40. refert Demetriu post cœnã, qua sodales acceperat, dixisse Quin comessatu ad fratrẽ imus. Vnde comessabundi, & comessatores, qui comessatum aut perpotatum eunt madidi, ui nolenti. Sic comessabundus (ἐπίκωμος, κωμαστὴς) Alexandri Magni exercitus dicitur à Curtio, quasi indulgens præter modum prodigis epulis. Apud Aristot. accipiuntur tanquam sint conuiuia, ex collectiooe symbolis que confecta, quæ Lacedæmonij Phiditia, Cretes Andria nuncupauerunt. Vnde ait lib. 2. Polit. Comessationes phiditia nominant Lacedæmonij, apud quos unusquisque conferre habet, & si sunt pauperrimi. Qui uerò comessationũ esse participes nequeunt, hi ad reipub. gubernationem non admittuntur. Ideo autem phiditia dicuntur, quia scilicet φιλίας. id est, amicitiæ & humanitatis causa sint, ὁ pro λ accipiendo: siue quòd ita consuescerent ad parsimoniam, quæ Græcè dicitur φειδώ. Andria uerò Cretenses dixerunt, quasi uirilia, eo quòd uiri adultæ ætatis ad ea uocabantur. Habet hoc nomen primam productam. Martialis: Non Albana mihi sit comessatio tanti. Dicta comessatio à uicis, quos Græci κώμας uocãt. Veteres enim in uicis habitantes, antequam oppida conderentur, alij alios causa uictus inuitabant.

Cŏmētēs, (κομήτης) penultima producta generis masculini. crinitus dicitur. Est enim stella crinita. Lucan. lib. 1. Ignota obscuræ uiderunt sidera noctes, Ardentemq; polum flammis, cœlóque uolantes Obliquas per inane faces, crimenq; timendi Sideris, & terris minitantem regna cometen.

Cŏmĭnŭs, aduerbium (ὅσον ἐφ' ἵκω) non est idem quod prope: sed (ut sic dicam) à prope: ut cominus te incessebant lapidibus: hoc est, è propinquo loco. Cice. 2. de Diuinat. Nunc cominus agamus, experiamúrque, &c. Idem pro Cecinna: Neque conflictus corporum, neque ictu cominus, neque coniectione telorum. Significat etiam, statim sine intermissione. Vergilius lib. 1. Georg. Quid dicam? iacto qui semine cominus arua Insequitur.

Cominia, genus oleæ.

Cŏmis, benignus, facilis, & suauis, qui non grauate alijs inseruit. ἀνθρώπικος. Cice. 2. de Finib. Quasi quis illum neget & bonum uirum, & comem, & humanum fuisse. Hinc comitas, humanitas, & morum suauitas. φιλοφροσύνη. Cicero de Amicitia: Sed amicitia remissior esse debet, & liberalior, & dulcior, & ad omnem comitatem facilitatemq; procliuior. Comiter, suauiter, mansuetè. φιλοφρόνως.

Cŏmĭtātŭs, participium à comitor, (παραπέμψας, καὶ παραπεμφθεὶς) actiuè & passiuè accipitur. Actiue. Plinius, Quicunque eum comitati fuerant. Passiue. Cic. lib. 2. in Catilinam: Illud etiam molestè, quòd ex urbe parum comitatus exierit. Vergilius: Ipse uno graditur comitatus Achate. Idem in significatione passiua incomitatus posuit, cum ait, Sæpius Andromache ferre incomitata solebat.

Cŏmĭtātŭs. us. clientela sequens dominum. Cicero ad Lepidum: Eius Falernum mihi semper idoneum uisum est diuersorio: si modo tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. Item pro comite. Sallustius, L. Valerio Flac. Cn. Pompeio prætoribus imperat, ut in ponte Miluio per insidias Allobrogum comitatus deprehendant. Et pro conuentu. Auspicia ut multos inutiles comitatus probabiles impedirent moræ: quasi sæpe comitia populi temere coacta obnunciatione augurum disturbata fuerint.

Cŏmĭtĭālis, comitiale. (ἀρχαιρεσιακὸς) quod ad comitium pertinet: ut dies comitialis, qui comitijs gerendis aptus siue dicatus est, quo cum populo agi licebat, ut inquit Macrobius, & quò populus Romanus conuenire solebat ad suffragium ferendum. Cicero ad Qu. Fratrem. Consecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat. Ioue autem tonante aut fulgurante, comitia populi habere nefas erat. Comitialis homo (ἐπίληπτος) qui comitiali morbo laborat. Plinius, Vel testudinum naribus illitum comitiales erigit attollitq;. Dictus comitialis, quòd comitia uitiare diceretur. Interrumpebantur enim comitia, quo die aliquis concidisset. Cato: Quod comitia prohibere solet, nec id quidem mihi uitium fuit. Serenus: Est subiti species morbi, cui nomen ab illo, Quod fieri nobis suffragia iusta recusat: Sæpe etenim membris acri languore caducis Concilium populi labes horrenda diremit. Ipse deus memorat dubiæ per tempora lunæ Conceptum, talis quem sæpe ruina profudit. Hic morbus alio nomine dicitur sacer, & morbus maior, propter grauitatem: quoniam homo subitò concidit & spumæ ore mouentur. Docet etiam Aristoteles, hunc morbum à priscis Herculeum fuisse nominatum, quia Hercules eo laborasse fertur, idq; ex atra bile pleriſque consistere tradit. Plato & Apuleius diuinum nuncuparunt, quòd animi partem rationalem, quæ longe sanctissima esse uidetur, obsidet. Græci ἐπιληψίαν uocant, hoc est, à contractionem. contrahuntur enim hoc morbo nerui. Plini. Folia heliotropij contractionibus medentur, etiamsi id comicialiter accidat. id est, etiam si contractiones fiant ex morbo comitiali. Vulgo caducus dicitur, quod cadere faciat. Plautus tamen comitiales homines in Pœnulo appellat litigiosos, qui in comitio propter lites quasi habitare dicuntur, inquietantes tribunal prætoris, qui si nihil est litium litem serunt. Hic etiam à nonnullis lunaticus dicitur, cum tamen ab inuicem separentur, quòd eum qui interlunio natus est, hunc ferè pati compertum est.

Cŏmĭtĭātŭs. us. dicitur ipsa comitialis congregatio.

Cŏmĭtĭŭm, (ἀρχαιρεσία, καὶ τὰ ἀρχαιρέσια) conuentus populi, qui fiebat quando magistratus creabantur, à simul itando sic appellatum. Differtq; à consilio, quod comitium sit, quum uniuersus populus conuenit: concilium, (συνέδριον) quum populi pars. Fuerunt autem comitia consularia, prætoria, quæstoria, tribunitia, ædilitia, & omnium denique magistratuum qui suffragijs consularibus crearentur. Illæ enim coitiones populi ad creandos magistratus, & ad leges ferendas dicebantur comitia: quarum alia calata, alia centuriata, alia curiata. Calata comitia uocabantur, quæ pro collegio pontificum haberi solebant, aut regis aut flaminum inaugurandorum causa. Curiata (simile est apud Græcos κατὰ φυλὰς) quæ ex curijs: id est tribubus, quæ triginta quinq; erant: & ex censu & ætate per lictorem curiarum procalari. id est, conuocari solebant. Centuriata, quæ habebantur in creandis consulibus, cum centuriatim. id est, per singulas centurias calculus unus pro suffragio ferebatur. Et hæc per cornicinem ex regionibus & locis constabant. Dionysius libro 7. Historiarum scribit in comitijs curiatis omnem potestatem creandi magistratus fuisse penes populum, in centuriatis penes diuites. Comitij nomine (ut inquit Gellius) intelligitur locus coëundi, qui pro Asconij sententia foro prope senatum erat, quo equitibus Romanis populoq; Romano licebat coire, ibiq; stans populus suffragia ferebat. Cicero pro Sexto: Cum forum comitium, curiam multa de nocte armatis hominibus ac seruis plerosq; occupauissent, impetum faciunt in Fabricium. Tempus comitiorum habendorum id erat, quod augures designabant. Comitia pro hominibus Cicero ibi posuit, Venio ad comitia siue magistratuum, siue legum.

Cŏmĭtŏr. συμπαραμαρτέω. pen. corr. depon. à comes fit. Et est propriè minorũ erga maiores. Plin. Quicũq; eũ comitati fuerant. Idẽ: Funerantium more comitantur exequias. quod & comito, as, actiuũ dicitur. Oui. li. 2. de Pon. Quem pia nobis

cũ proles comitauit euntẽ. Et li. 4. Met. noſtraq; adulãtes co mitãt ueſtigia donec. Eſt & comitor paſsiuũ. παραπέμπομαι.

Cõmmã.atis. per duplex mm. κόμμα. inciſio: à κόπτω incido. genus autem eſt diſtinctionis, quando poſt duos uel tres pedes ſupereſt ſyllaba quæ partem terminet orationis: ut, Arma uirumq; cano Troiæ. Quandoq; uero poſt duos pedes nihil remanet, & colon dicitur: ut apud Horatium, Terruit urbem. Quæ tamen nomina apud oratores indifferenter ponuntur, qui integram ſententiam periodon appellant: ut Nihil tibi profuit nocturnum præſidium palatij, nihil urbis uigiliæ, nihil timor populi, nihil concurſus omnium bonorum. Partes autem, cola & commota uocant. Commata etiam ſunt aquarum emiſſoria, & inciſa, ad hoc inuenta ſtructaq;, ut pro arbitratu Aegyptiorum Nilus uiciſsim admittatur in campos aruales, aut intra alueum contineatur. Vlpian. de extraordin. crimin. lege ſacculatij. Commota etiam, & diacopi, qui in aggeribus fiunt. Budæus.

Cõmmãducãrẽ, maſticare. Vnde commanducatus cibus, (μεμασημένον βρῶμα) dicitur à Plinio lib. 20. cap. 3. multa iteratione molitus, ac propè liquefactus, quem manſum Quintil. uocat. Commanducatur, deponens, apud Lucil. lib. 4. legitur pro comedit, uel deuorat: Aſſequitur (inquit) nec opinantem, in caput inſilit, ipſum commanducatur totum complexum. Commanducatus. us. Plinius lib. 24. cã. 4. Vlcera commanducatu impoſitúq; efficaciſsimè ſanari

Cõmmẽãtũs. us. (ἄδεια) licentia, ſiue quod dicitur ſaluus conductus, quẽ dat imperator militi, præpoſitus inferiori, eundi quò uelit ad præſcriptũ diem reuerſuro. Cic. ad Heren. Ille qui ad diem commeatus non uenit, quòd eũ aquæ intercluſiſſent. Liu. lib. 23. Magna pars ſine cõmeatibus dilabebatur. Aliquãdo accipitur pro cibarijs ad alimoniam exercitus & Reip. aut multitudinis alicuius, uel etiã priuatim. φορά. Saluſt. Si uincimus, omnia nobis tuta erunt, cõmeatus abunde. Cic. pro leg. Manil. Iam cõmeatu & priuato & publico prohibemur. Aliquando pro tranſitu multitudinis. Apule. lib. 6. Sed cuneatim ſtipato cõmeatu difficultates tranſabiremus.

Cõmmẽmõro, pen. cor. commonefacio, in memoriam reduco. ἀπομνημονεύω, ἀναμίμνησκω, λέγω. Cic. in Catili. Pythagoreorumq; more exercendæ memoriæ cauſſa, quid quoq; die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro ueſperi. Cic. Quænam ſit iſtius ueteris quam commemoras, Academicorum, & definibus bonorum Peripateticorum ſententia? Terentius in Phor. Quid ego nunc ea commemorem Demipho ſingulatim qualis ego in hunc fuerim?

Cõmmẽmõrãtio, uerbale. Terent. in Andr. Nam iſthæc commemoratio Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij.

Cõmmẽmõrãbilis. le. dignus qui commemoretur. Cicero 2. De Natur. Deor. Multaq; alia in alijs locis commemorabilia proferre poſſum.

Cõmmẽndãtĩtĩũs. a. um. quod cõmendari ſolet, uel in quo quis, uel quid commendari ſolet. συστατικός. Cicero: Et ſi ſtatueram nullas ad te literas mittere, niſi commendatitias.

Cõmmẽndo. as. ex con & mando, tribus conſtrui ſolet modis. Nam quandoq; accuſatiuum tantum habet. Val Max. libr. 10. Qui propter non ludicram artem commendauit. Quandoq; ultra accuſatiuum conſtruitur cum aliquo accuſatiuo mediante apud, & huiuſmodi: ut, commendaui te apud prætorem. Et ſic ſumitur pro laudo. ἐπαινῶ. Quandoq; poſt accuſatiuum iungitur datiuus, & ſignificat quaſi charum quid commutto, (ἐπιφιλῶ) ſed non recedit à ſignificatione laudo. Semper enim fit cum charitate & laude eius qui commẽdatur. Plaut. Quali ne amico mea commendaui bona? Probo & fideli & fido. Cicero: Petis à me ut te quàm diligentiſsimè Bibulo commendem. Hinc

Cõmmẽndãtus. a. um. participium. Cic. pro Roſci. Amer. Cui fama mortui, fortunæ uiui commendatæ ſunt. Commendatus, huius commendatũs, nomen. Commendatio, commendator, commendatrix, uerbalia. Commendabilis. le. dignus quod laudetur.

Cõmmẽntãcũlũm, (inquit Feſtus) uirga qua in ſacris utebãtur ad ſacrificia pergẽtes, ut à ſe obuios homines amouerent.

Cõmmẽntãrĩ, frequentatiuũ eſt à comminiſcor, & ſignificat cogitare, agitare, tractare, mentionem facere, diſputare. διαλαμβάνειν, πραγματεύεσθαι. Cic. ad Att. lib. 4. Veruntamen id ipſum mecũ in his locis commentor, ut iſta improbem. Idem in Læl. Cum in hortos D. Bruti commentandi cauſſa (ut aſſolet) ueniſſemus. hoc eſt tractãdi uel diſputandi. Idẽ: Quæ poteſt eſſe in uitio commentatio. id eſt, cogitatio. σκέψις.

Interdum ſignificat fingere. Plaut. in Caſsin. Vt citò commentatus eſt: ecquid te pudet? πλάττειν. Interdum commentarium ſcribere. ὑπομνηματίζειν. ſcribendo aliquid componere. Plin. lib. 18. cap. 25.

Cõmmẽntãrĩũm, commentarius, & commentarij, plurali numero, (ἀπομνημονεύματα, ὑπομνήματα, ὑπομνηματισμοὶ) pro una eademq; ſignificatione ſumuntur, ſcilicet pro libris, in quibus non late diffuſéq; res, ſed quo breuius poterant explicantur, cum in his ſimpliciter & quaſi per capita deſcribuntur. Cic. in Bruto: Non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum, & orationis commentariũ paulò plenius. Sic Cæſaris Commentarij dicuntur, quos Plut. ὑφηγεῖσθαι appellat inquiens. καίτοι ἐν τοῖς ὑφηγεῖσι γέγραφεν. in quibus ad exequendam hiſtoriam alijs uidetur materiam ſubieciſſe. Vnde Seneca lib. 3. Declam. Sine commentario nunquam dixit Seuerus Caſsius, nec hoc commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur. Gellius: Eſt adeò Probi Grammatici commentarius ſatis curiosè factus. Et iterum: Nonnulli grammatici qui commentaria in Vergilium compoſuerũt. Idem: Noſter Taurus in primo commentariorũ quos in Gorgiam Platonis compoſuit, ſcriptum reliquit. Quidam etiam huiuſmodi commentum uocauerunt. Præterea commentarius quandoq; dicitur commentator, (ὑπομνηματιστὴς) hoc eſt, qui commentarium ſiue commentum compoſuit. Seruius ſuper primo Georg. Superfluam mouent quæſtionem commentarij. Et à commentarium fit diminutiuum commentariolum. ὑπομνημάτιον.

Cõmmẽntĩtĩũs. a. um. ſignificat partim fictum, & ad tempus commentum, & excogitatum, partim nouum. πλασματώδης, πλασματίας. Cicero 1. De Orat. Vt ſi in illa commentitia Platonis ciuitate res ageretur. Idem 4. Academ. Ne ue fueris commentitijs rebus aſſenſus.

Cõmmẽntũm, expoſitio. ὑπόμνημα. à con & mente quidam cõpoſitũ & deductum uolunt, cum ſit commonitio mentis. Aliquando accipitur pro fictione. πλάσμα. & tunc à comminiſcor fit. Terẽ. Atqui ipſis commentũ placet. Commenta pro ſcriptis. Cic. Vt ſua commenta & ſcripta meminiſſet.

Cõmmẽo. as. ex con & meo, quanquam alij à con & eo. is. componi uelint. Vnde remeare. ἀναστρέφειν. pro redire. Eſt autem commeare, animo redeundi abire, ultro citróq; ire, φοιτᾶν. Inde commeatus dari dicitur: id eſt, tempus quo ire & redire commodè poſsit. Et commeare, ire ſeu conferre. Lactanti. lib. 3. Quid ergo interfuit quo animo philoſophus ad meretricem famoſiſsimam commearet. Terentius in Hecy. Nam ſenex rus abdidit ſe, huc raro in urbem commeat. Donatus: Commeat, eſt abeſſe, inde, ubi te eſſe oporteat Ergo hoc dicto oſtendit, quàm raro ad urbem ueniat ſenex. quippe commeatus, eſt ex aliqua commoratione temporalis abſceſſus.

Cõmmẽrcĩũm, eſt libera commeandi contrahendiq; facultas, ab ijs qui merces ultro citróq; conuehunt. Aliter commercium eſt uiciſſitudo dandi & accipiendi. à con & merces: mercium commutatio, quæ uictus cauſſa inuenta fuit. ὠνὴ καπηλεία, ἀλλαγή, ἐμπορία. Plinius in Pane. Diuerſaq; gentes

ita

ita commercio miſcuit, ut quod genitum eſſet uſquam, id apud omnes gentes natum eſſe uideretur. Accipitur & pro uſu & conſuetudine. κοινωνία. & tunc præpoſitioni cum iungitur. Cic. de Senect. Nec habet ullum cum uirtute commercium. Plaut. in Bacchidi. Quid tibi commercij eſt cum dijs damnoſiſſimis? Idem in Aulular. Quid tibi mecum eſt commercij ſenex?

Cōmmĕrĕo, committo, male ago, delinquo, pecco. ἁμαρτάνω. Terent. in And. Quid feci? quid commerui, aut peccaui pater? Vbi Donat. Commerui minoris culpæ eſt: peccaui, multo minoris, uel leuioris. Idem in Phorm. Nam ſi te ſenſerit timidum pater eſſe, arbitrabitur Commeruiſſe culpam. id eſt (inquit Donat.) commiſiſſe. Idem in Hecy. Quibus iris impulſus nunc in illam iniquus ſim? Quæ nunquam quidquam erga me commerita eſt pater Quod nollem, & ſæpe quod uellem meritam ſcio. Vbi Donatus, Aduerte, (inquit) proprietatem expreſsit commerendi & merēdi. Mereri bona dicimus, cōmereri mala. id eſt delinquere, peccare. Ergo hic meritam pro præſtitiſſe dixit. Cic. de Ora. Interrogabatur reus, quā quaſi æſtimationem cōmeruiſſe ſe maximè diceret.

Cōmmĕto. as. pen. cor. commeo: hoc eſt, me confero. Næuius: Cum ad lupam noſtram tam multi commetant lupi.

Cōmmigro. as. eſt alium locum habitatum ire. μετοικεῖν. Vall. lib. 5. cap. 58.

Cōmmilitōnēs, dicuntur qui ſimul ſunt in militia. συστρατιῶται. Sueton. in Cæſa. Nec Milites ſuos pro concione, ſed blandiore nomine commilitones appellabat, tanquam & ipſe unus eſſet ex numero militum.

Cōmmilitĭum. (συμμαχία, συστρατεία) ipſa belli ſocietas. Iuſtin. lib. 5. Deinde cogitatione legum ſacrarum, tum uetuſti per tot bella commilitij, orat miſereatur ciuium exulum. Apul. etiam Commilitia. æ. uſurpat.

Cōmmĭniſcŏr, (συμπλάττω, ποεῖσθαι) à con & mente dictum eſt, cum finguntur in mente quæ non ſunt: ſeu magis à con & miniſcor. unde & reminiſcor, quod eſt cum quæ tenuit mens à memoria, cogitandóq; repetuntur. Terent. in Hecyra: Aliquid tuliſſe commiſcentur mali. Plaut. Fac ſis commentus. id eſt, memineris. Cicero 4. de Finibus. Ille enim occurrentia neſcio quæ commiſcebatur.

Cōmmĭnŭs. uide Cominus.

Cōmmīſūræ, iunctūræ, quales ſunt tabularum & aliarum rerum. ἁρμογαὶ, ἁπτικαί. Cicero de Vniuerſ. Deinde in orbem torſit, ut & ipſe ſecum, & inter ſe ex commiſſura quæ è regione eſſet, iungerentur.

Cōmmiſtŏr, (συμμικτὴς) à commiſceo. uide Miſceo.

Cōmmĭtigo. as. pen. corrept. ſignificat mitigare. καταμαλάσσω. καταπιόω. Terent. in Eunuch. Tibi uti commitigari uideam ſandalio caput. Vbi Donatus: Commitigari, eſt tundendo deprimi, atq; deponi.

Cōmmītto, aliorū fidei trado. ἐπιτρέπω, πιστεύω. Terenti. Quem lupo commiſiſti. Quandoque committere eſt iniungere aliquid faciendum, & quaſi commendare. ἐπιτάττω. ut, Rex mihi hoc negotium commiſit. Quandoq; peccare. πλημμελεῖν. inde commiſſa dicuntur peccata. πλημμελήματα, πλαίσματα. Aſconi. Commiſſa dicuntur facta contra uoluntatem conditoris. Quandoq; ſociari, coniungere. συνάπτω. Vergil. Delphinum caudas utero commiſſa luporum. Quandoq; facere. ἐπιδείκνυμι. Salluſt. Sempronia, quæ multa ſæpe uirilis audaciæ commiſerat. Quandoque incipere. ἐσβάλλω. καθίστημι. Verg. lib. 5. Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos. Salluſt. Quibus dictis mox prælium commiſere. πόλεμον καθίστημι. Quandoque poteſtatem dare, ſeu permittere, & cauſſam præbere in malam partem: ſed hoc præcedente negatione, & ſequente ut, uel quamobrem. Terent. in Hecyra, Nunquam tam dices commodè, ut tergum meum tuam in fidem committam. Cice. Nihil tibi eſſe commitendum conſiderare debes, quamobrem eorum quos laudas te non ſimilimum præbeas. Aliquando etiam ſine negatione. Idem lib. 2. Offic. Periculoſum ipſi eſt, tum etiam ſordidum ad famam committere ut accuſator nominetur. (προσίεσθαι.) Quandoq; comparare, & in contentionem deducere, confligere. συμβάλλειν, συγκρούειν, συμπλέκνυσθαι. Suet. in Caligula, Nec ceſſauit ex eo criminari alterum alteri, atq; inter ſe omnes committere. id eſt, in certamen mittere. Propriè tamen ratione præpoſitionis con, ſignificat ſimul mittere, ſiue ſimul iungere. συμπλέκνυσθαι. Gellius: Gordiū nomen eſt urbis, quam Sangarius amnis interfluit, magna ex parte cingitur fluctibus, ſpeciem inſulæ præbet: ac niſi tenue diſcrimen obijceret, maria quæ nunc diuidit, committeret. Vall. libr. 2. cap. 38. & lib. 5. cap. 62.

Cōmmŏdātă res, (χρῆμα κιχρώμενον) proprie intelligitur, ſi nulla mercede accepta uel conſtituta, utenda res data eſt. Nam commodatum debet eſſe gratuitum.

Cōmmŏdātārĭŭs, ſiue commodo. onis. qui commodatū accepit.

Commoditas, aptitudinem quandam conuenientiamq; ſignificat, & utilitatem. εὐπρέπεια. Cice. 4. de Finib. Sed non ſunt in eo genere tantæ commoditates corporis, tamq; productæ temporibus, tamq; multæ.

Cōmmŏdo. as. pen. cor. utile & commodū facio, ſeu commoditatem præſto. σωφελεῖν. Cic. Ad filiū: Cui ego quibuſcunq; rebus potero, libētiſsimè cōmodabo. Cic. Cæſari: Quicquid ei commodaueris, erit mihi gratū. Sicut è contrario incommodo, moleſtus ſum, & noceo ſignificat. βλάπτω. Terentius in Andr. Magis adeò ut mihi incommodet, quàm ut obſequatur gnato. Et commodare eſt mutuò dare, hoc eſt alicuius rei uſum ad tempus concedere. χρῆσαι, κιχράναι. Cic. Dando & accipiendo, mutuandiſq; facultatibus, ac cōmodandis nulla re egemus. Nec rei tantū mobilis cōmodatio dicitur, ut Vlpianus exiſtimauit, ſed etiam ſoli. Plaut. Cum ædes pauperi cōmodaſſet. Cic. li. 4. ad Heren. Ait cuidam ædes maximas ad nuptias cōmodaſſe. Et licet (ut multi aſſerunt) cōmodentur quæ redduntur in eodē numero & ſpecie: ut ueſtis, equus, liber: mutuentur quæ non redduntur eodē numero, ſed ſpecie: ut uinū, frumentū, numi: Cicero tamen in Verr. Act. 6. uſus eſt etiam ad ea quæ redduntur, ſimilia ait enim, At publice cōmodaſti, nō ſine magno quidem prouinciæ Siciliæq; detrimento, tritici modios ſexaginta. Sumitur nonnunquam ſimpliciter pro impendere. παρέχειν. Hinc fit accommodo.

Cōmmŏdŭm, pen. cor. fit à modo & ſignificat utile, emolumentum. ὠφέλεια, νύχρησιμα. Cuius contrarium eſt incōmodium, pro damno. ἀνυχρήσιμα. Cic. lib. 2. ad Heren. Cauſſa eſt qua induxit eū commodorū ſpe, aut incommodorū uitatione. Et infrà. Hic accuſator in ſpe cōmodi cupiditatem oſtendet ad uerſarij, & in uitatione incōmodi formidinem augebit. Quādoq; commodū dicitur bonum, aptū, conueniensq;, quaſi cum modo & ratione. ἐπιτήδειον. Incommodū, malum, ineptum, atq; inconueniens. Sic commoditas & incommoditas. Terent. in And. Nempe incommoditas deniq; huc omnis redit, ſi euenerit (quod dij prohibeant) diſceſsio: At ſi corrigatur, quot commoditates uide. Aliquando utrouis modo accipi poſſunt ut apud eundem in Hecy. Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda æquum eſt ferre. Inuenitur etiam commodum, (κατὰ ταυτὸ) aduerbium, & ſignificat, iam ſeu tunc, id temporis, eo momento. Apule. Commodū limen euaſerant, & fores ad priſtinū ſtatum integræ reſurgunt. Idem: Commodum cœnare incipientem inuenio. Idem lib. 1. Igitur in efficaci celeritate fatigatur, commodum ueſpera oriente ad balnea proceſſeram. Gellius libro 2. Taurus ſectatoribus commodum dimiſsis, ſedebat pro cubiculi foribus. Cicero Attico: Commodum diſceſſeras heri, cum Trebatius uenit. Commodum ſequente cum ſignificat uix, uel tantū. Cic. Attico: Commodum diſceſſeras heri, cum Trebatius uenit.

Item pro opportune. Plaut. Mere. Commodū obuiam uenies patri. *Idem in Mil. Hem, te ipsum quæro, commodum uir lepidissime. Idem significat commodè, ut cōmodè agere, audire, dicere, &c. id est bene, uel optime, apte. Et Cicero Fam. lib. 1. Sed ex illo senatusconsulto, quod te referente factū est, tibi decernit ut regem reducas: quod cōmode facere possis. id est commodo tuo, facile, sine molestia. Quo loquendi modo, quasi per parenthesim interposito uti solemus. Inde formauit Plautus diminutiuum in Sticho: Hoc conuiuium est Pro opibus nostris, satis commodulè nucibus, fabulis, faculis, Olea interrupto lupillo, comminuto crustulo sat est seruo homini.*

Cōmŏdŭs. a. um. (πρόσφορος, ἐπιτήδιος, ἄξιος) *quod est utile, siue aptum: à quo commodus & incommodus. Terent. Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non uidi. Vbi Dauus admiratur, quod in ipso articulo periculi superuenerit Crito. Et in Epi. Plin. Hinc illa ita funus parauit, ita duxit exequias, ut ignoraret maritus. quinimo & quoties cubiculum eius intraret, uiuere filium atq; etiam commodiorem esse simulabat. id est paulò iam à morbo confirmatum, conualuisseq;. Cornelius Cel. Sed inter omnia maximè commodum est modice exercere.*

Cōmmăr̆ĕo. καταλυῶ. *totus, uel in totum tristor. Plau. in Epid. Nescio ædepol quid tu timidus es, trepidas Epidice, ita uoltum uideor uidere commœruisse.*

Cōmmŏnefăcĭo, commoneo, adduco. ἀναμιμνήσκω. *Sallusti. in Cic. Videlicet ut nos commonefacias, quàm cōuersa sit Res. cum in ea domo habitares, &c. Huius passiuum commonefio. Cice. 7. Verr. Quin tui sceleris & crudelitatis ex illa oratione commonefiat.*

Cōmmŏnĕo. es. penult. cor. *idem quod admoneo.* ὑπομιμνήσκω. *& construitur cum genitiuo. Quintil. Grammaticos sui officij commonemus. Terentius in Andri. Aliorum exempla commonent.*

Cōmmōtrĭæ, (κομμώτριαι) *subministræ & ornatrices. Romæ quidē (ut Festus ait) sex Vestæ sacerdotes cōstitutæ sunt, ut populus pro sua quaq; parte haberet ministram sacrorū, quia ciuitas Romana in sex esset distributa partes. Hinc & instrumentum muliebre* κομμώτριον, *apud Iulium Pollucem.*

Cōmmŏuĕo. es. penult. cor. perturbo. σωταράττω. *Terentius, Commoui hominem. Interdum significat à proposito deflecto, & quod uolo persuadeo. Cicero, Visi sumus senatum commemoratione tuæ uoluntatis erga illum ordinem commouere. Interdum lædere. Colum. libr. 2. Ne in radicem maiore nixu uomis impactus colla commoueat. Interdum recedere.* ἀποχωρῶν. *Cic. Tyro: Tu & cura ut ualeas, & te isthinc ne temere commoueas.*

Cōmmūnĭco. as. κοινωνέω, κοινόω. *penul. corr. ex con & munico compositum est. munico autem à munis fit. & est communicare, participari, conferre, impartiri: quando quod est, aut esse potest priuatim, fit uniuersorum. Varia huius uerbi constructio est. Cum accusatiuo. Cicero de Amicitia: Nam & secundas res splendidiores facit amicitia, & aduersas partiens communicansq;, leuiores. Cum accusatiuo & ablatiuo habente præpositionem cum. Cicero pro C. Balbo: Est enim in populū Roma. graue, non posse uti socijs excellenti uirtute præditis, qui uelint cum periculis nostris sua communicare. Idem Fam. 15. Nam, ut illa omittam, quæ ciuitate teste feci sti, cum mecum inimicitias cōmunicasti. id est, quando ostendisti te etiam esse inimicum aduersariorum meorum, &c. Et Attic. Nihil mihi scito nunc tam deesse, quàm hominem eum, qui cum omnia, qui me cura aliqua afficiunt, unà communicem. id est, cum quo ea loquar, quæ uehementer me iam solicitant. Cum accusatiuo & præpositione inter. Cicero, Sed hæc (ut spero) breui inter nos communicabimus. Item cum inter & præpositione de. Cicero Fam. 15. Tum ut quibus de rebus uellemus, tu tuis, ego meis inter nos communicaremus. Et Lentulo Fam. 1. Etenim Pompeium, qui mecum sæpissime non solum à me prouocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet, scis temporibus illis non sæpe in senatu fuisse.*

Cōmmūnĭs, (κοινὸς) *ex con & munis, quod est quasi cum munere: sicut immunis, (ἀτελὴς) sine munere. Ille autem communis dicitur, qui omnium est, quasi omnibus consentiens. à quo communitas. κοινότης. & aduerbiū communiter. κοινῶς. pro quibus ueteres munitas & muniter usurparunt. Si quidem apud ueteres munes & munifici non à largitione, quæ ignota erat, dicebantur: sed ita appellabantur consentientes ad ea, quæ amici uellent. Pacuuius: Nam qui à tam largitio multis ignota erat, munificus nemo putabatur nisi pariter uolens. Lucilius, Munifici comesq; amicis nostris uideamur uiri. Vsus eius multiplex est. Absolute. Cic. Offic. 1. Magnum est enim eadem habere monimenta maiorum, eisdem uti sacris, sepulchra habere communia. Cum datiuo. Plaut. in Rud. In foro palàm omnes uendo pro meis uenalibus: Mare quidem commune certò est omnibus esse. T. Assentio, Qui hunc communem quæso, mihi esse oportet nidulum? Cum datiuo & præpositione cum. Cice. Fam. 13. Cum Patrono Epicureo mihi omnia communia sunt, nisi quod in philosophia uehementer ab eo dissentio. Et aliquando sine datiuo. Cic. De Sen. Quid illud est crimen senectutis, cum illud uideatis cum adolescentia esse commune? Cum genitiuo. Terent. in Adel. Commune omnium uitiū, quod nimiū ad rem attenti sunt senes. Cic. in Verr. Communis omnium inimicus. Cum præpositione inter. Terē. Adel. Nā uetus uerbum hoc quidem est, Cōmunia esse amicorū inter se omnia.*

Communes dies, (κοιναὶ ἡμέραι) ad emendationem infausti nominis dicti sunt, qui uelut infelices ad omnia cauendi sunt, prius atri dicti.

Cōmmūto. as. ἀμάλλομαι, καταμάλλομαι. *pen. prod. simul, uel contrà, uel totum simul muto: quod fit, cum una res pro alia datur: & ille commutat, qui alteri quod habet, concedit, ut aliud quippiam assequatur. Cice. 5. Verr. Vt non modò eorum agris uectigal nouum nullum imponerent, sed ne legem quidem uenditionis decumarum, ne ue uendundis aut tempus, aut locum commutarent. Plin. in Epist. Librum tuum legi, & quàm diligentissimè potui, annotaui quæ commutanda, quæ eximenda arbitrarer. Commutare uerba, (μεταβάλλειν τοὺς λόγους) est pro bonis dictis mala ingerere: id est, iracundia in maledicta compelli, altercari, & iurgia habere. ἐριστικὸν εἶναι. Teren. in And. Nunquam hodie tecum commutatur patrem unum esse uerbū. Inde commutabilis. le. μεταβλητός.*

Cŏmo. is. pſi. ptum. κομῶ. *significat compono, orno. Terentius, Dum moliuntur, dum comuntur annus est. Hinc comptus. a. um. ornatus, politus. κεκαλλωπισμένος. Plautus in Mil. Capite compto, crines uittasq; habeat. Vnde diminutiuum Comptulus. κομψότης.*

Cōmœdĭă. κωμῳδία, ἀπὸ τῆς κώμης. *id est, à uico & ᾠδὴ cantilena. genus poēmatis, quod in initio in uicis iuuenes quæstus gratia cantare soliti essent, crebro conuenientes. Comœdia eo confecta creditur, ut affectus nostros moderemur in alienis personis, expressamq; imaginem nostram uitæ quotidianæ uideremus. Est autem poēma, in quo humiles ferè personæ inducūtur, & amores, uirginumq; raptus describuntur. Huius nominis pen. cor. apud Latinos, acuitur Græcis. Horat. Interdum tamen & uocem comœdia tollit.*

Cōmmœdĭcē, aduerbium, significat mansuetè, suauiter. κωμῳδικῶς, κατὰ κωμῳδίαν. *sicut tragœdicè, crudeliter. Plautus, Euge astitisti & dulcè, & comœdicè.*

Cōmmœdĭŏr. aris. (κωμῳδέω) *significat ridiculè ac loquaciter loquor.*

Cōmœdŭs, (κωμῳδὸς) *qui repræsentat comœdias, sicut Callippus,*

pius. Comicus, (κωμῳδοποιὸς, κωμικὸς:) qui componit, ut Terentius. Plin. lib. 13. cap. 1. Hoc erat celeberrimum Menandri poëtæ comici ætate.

Comosis, primum fundamentum operis apum dicitur, teste Plinio libro 11. cap. 7.

Comosus. Vide supra post comatulus.

Cōpāctŭm, (συνθήκη) dicitur quod inter aliquos conuenit. Plautus. Rem de compacto geris. id est, ex eo quod inter se conuenerant.

Cōpāgĭno. as. (συναρμολογῶ) pen. corr. coniungo, copulo. quòd paginæ simul iunguntur. Augustinus: Vt autem simus membra eius, unitas nos compaginauit.

Cōpāgo. ginis. & Compages, compagis. pen. prod. pro coniunctione & compositione. Ouid. Atque ita disparibus calamis compagine ceræ Inter se iunctis nomen tenuisse puellæ. Cicero. De Senect. Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis munere quodam necessitatis, & graui opere perfungimur. Pacuuius, Saluete gemmi mei compages sanguinis.

Cōpār, idem quod par. ῎Ισος. Liuius, Comparem cladem ad Aegetis insulas Carthaginensium prælio nauali acceptam, qua fracti Sicilia ac Sardinia cessere. Idem lib. 1. ab Vrbe, Id enim demum compar connubium fore. Inuenitur & compar, pro socio, seu coniuge. Plautus in Cass. Meus socer, compar, commaritus, tillicus. id est, socius, uel æqualis. Plinius libro 18. cap. 23. Coniuga fermè uagantur, nec nisi cum compare uita est. Rhetores Compar id esse dicunt, quod duabus aut pluribus sententijs breuibus, & inter se paribus exigitur. (πάρισον.)

Cōpărātiuŭs. a. um. (συγκριτικὸς.) quod adæquat. Vnde dicimus comparatiuum gradum, cuius proprium est superare positiuum in ea qualitate quam obtinet, licet quandoq; pro positiuo ponatur. Est autem comparatio, ut docet Priscianus, ad unum uel ad plures, tam sui generis quàm alieni: quamuis Græci honoris caussa suæ gentis magis, quàm ratione ueritatis dicant, non posse ad multos sui generis fieri comparationem. Statius libro 8. Thebaidos: Sed pectora flectas, Et melior sis quæso deis. Valerius Max. lib. 4. Idem sentit Fabricius Licinius, honoribus & authoritate omni ciue temporibus suis maior. Et lib. 7. Tertium te importuniorem superioribus habere cœpimus rectorem. Comparatiua & superlatiua quæ à præpositionibus ueniunt, præter suam constructionem ablatiui & genitiui, aliquando accusatiuo iunguntur. Cic. ad Octauium: Propius urbem. Sallust. proximè Hispaniam Mauri sunt.

Cōpăro, comparas. pen. corr. uerbum est semper aliquid efficiens, parans. Vnde multiplex eius usus est. Significat enim aliquando comparationē facere, siue adæquare. συμβάλλειν. Et tunc habet uel datiuum. Cic. Ami. Memineram Paulum, uideram Caium, sed ij nec comparantur Catoni maximo, & spectato uiro. Vel præpositionem cum. Idem de Sen. Quæ sunt igitur uoluptates corporis cum authoritatis præmijs comparandæ? Vel inter. Idem Offic. 3. Etenim non modo pluris putare quod utile uideatur, quàm quod honestū: sed hæc etiam inter se comparare, & in his dubitare turpissimum est. Vel ad. Terentius Eunuch. Ac. 4. Sce. 4. Hau, ne comparandus hic quidem ad illum est. Vel accusatiuum solum, sine præpositione. Cice. in Bruto, Vt crebro conferant pugnantia, cōparent contraria. Item cōstituo, adapto. πρὸς κινάβρα. Cic. de Nat. Deor. Ego me ita cōparaui. ὅπως πίφυκε. Et natura ita comparatū est. id est, constitutū (ὅπως πέφυκε.) Item præparo, paro, quæ uidetur propria esse significatio huius uerbi. συσκευάζω. Cic. in Verr. Act. 2. Vt erat inter suos copiosus, conuiuium comparabat. Sic comparare copias exercitum: & per translationē, comparare risum, dolum, insidias, malum alicui. Item do. Idem ibidem: Et omni gemitu ac dolore certa merces comparabatur. Item socio, coniungo. προσάγω. Plautus in Asin. Prehende auriculas, compara labella labellis. Item compono, machinor. συνυφαίνομαι. Sisennius libro quarto Historia. Eos qui hoc malum publicum clandestinis consilijs comparauerint. Et comparare, emere. ποιέομαι, ἀντικαταλλάττομαι. Cato De re Rustica. Prædium cum comparare cogitabis, sic in animo habeto. Liuius libro secundo. Annonæ in primis habita cura, & ad frumentum comparandum missi, alij in Volscos, alij Cumas. Item habita ratione rerum & hominū, aliquid statuo: & cōparatio, eiusmodi constitutum. Liuius, His Volsci siue sorte, siue comparatione prouincia data. id est, sine conuentu, et certo constituto. ἀπευθύνω. Accipitur etiam pro quærere, siue acquirere. Cicero Offi. 2. Prima est adolescenti commendatio ad gloriam, si qua ex bellicis rebus cōparari potest. Idem de Orat. Equidem mihi hoc subsidiū iam inde ab adolescentia comparaui. Et pro Quintio: Nam quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparaui. Hinc

Cōmpărātio, uerbale. idem quod apparatus: ut, comparatio belli. Item acquisitio: ut, comparatio uoluptatis. Item constitutio. Liuius, His Volscis siue sorte, siue cōparatione prouincia data est. Est etiam id quod analogia Græcè dicitur, Cic. de Vniuers. Quid autem Grammaticis sit comparatio, uide in dictione Comparatiuus.

Cōmpărātè, aduerbium. Cic. in Top. Cum autem quæritur quale quid sit, aut simpliciter quæritur, aut comparatè.

Compareo. es. appareo. Cic. Atti. Pompeium comparere.

Cōmpāsco. is. simul pasco. ζυνόμαω. Varr. Colonus in agro furcularione capras compascat. Inde compascuus ager, (συνόμου & ἀγρὸς) qui relictus est ad pascendum communiter uicinis. Vale. lib. 6. cap. 7.

Cōmpĕdes, (πέδη, ποδοκάκη) pen. cor. à singulari compes, quod non est in usu, uinculi genus, cuius arctura rei custodiuntur: à compedio. is. (πεδάω) quod ex con, & pedio componitur, & est tam masculini quàm fœminini generis. Genera cōpedum sunt numellæ, boiæ, pedicæ, neruus.

Cōmpĕdio, compedis. pen. cor. compediui. ditum. significat pedes ligare, & uincire. Varro, Domum intro, & pedes corrigijs compedio. Hinc

Cōmpĕdītŭs, participium, (πεπεδημένος) compedibus ligatus, Plau. in Capt. In lapidicinas compeditum condidi.

Cōmpĕdo. as. occido. August. super Leui. Solet & uulgò apud nos dici, Compedauit illum: quod est, occidit illum.

Cōmpĕllo. is. compuli, cōpulsum: propriè significat (inquit Seruius) diuersa uel diuersorum generum animalia eodem cogere. (ζωηλάνειν, ζωοβῶν.) Vergili. lib. 7. Forte sub arguta consederat ilice Daphnis, Compulerantq; greges Corydon & Thyrsis in unum. Et Plau. Pœn. Hunc nunc Lyce ad te diripiendum adducimus Cum præda, hic hodie incedit uenator domum. Canes compellunt in plagas lepide Lycum. Quin etiam de hominibus dici solet. Cicero de Inuen. Qui dispersos homines in agris, & in tectis syluestribus abditos, ratione quadam compulit in unū locum, & cōgregauit. Liu. ab Vrb. 3. Compulsis deinde in oppida Aequis, ea multitudo dilapsa cum Antium redisset, &c. Plin. lib. 36. cap. 5. Quod Hipponax indignatus amaritudinem carminum distrinxit in tantum, ut creditur aliquibus ad laqueum eos compulisse. Et per translationem. Plautus Asin. Quæ uolet faciemus, qui hosce amores Nostros dispulsos compulit. Cicero Acad. quarto, Cum sit enim campus in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias, & in Stoicorum dumeta compellimus?

Cōmpello. as, ad aliquem loquor, alloquor. ζοινολογοῦμαι, ἐντυγχάνω. Verg. lib. 2. Vltro flens ipse uidebar Compellare uirū. Cicero post Reditum in Sen. Neq; solum id dixit, sed quos ei commodum fuit, compellauit. Aliquando infamo, accuso.

προσκαλοῦμαι. Sueto. in Cæs. Eodem modo Nonium quæsto rem, quòd compellari ad se maiorem potestatem passus est. Cicero ad Atti. libro secundo. Nigidium minari in concio ne, se iudicem qui non adfuerit, compellaturum. id est, incu saturum.

Cōmpēdiārĭŭs. a. um. breue & summum, siue optimum. σώτε μος. Cic. lib. 2. Offi. Præclarè Socrates hanc uiam ad gloriā proximam, & quasi compendiariam dicebat esse, si quis ita ageret, ut qualis haberi uellet, talis esset.

Cōmpēdĭōsŭs. a. um. quod est ualde utile. λυσιτελής. Colum. li bro primo, Quod & per partes nonnunquam damnosum est, in summa tamen sit compendiosum. Interdum dicitur ualde bene. ζωοπλικὸς. quòd ea quæ simul penduntur, celerius expediantur.

Cōmpēndĭŭm, (ἐπιτομὴ, σώσφις) à compendo, quod in usu non est, cum tamen compenso eius frequentatiuum inueniatur, quòd ima cōpenderet. Et est id quod parsimonia quadam ser uamus: sicut e contrariò dispendium, (βλάβη) quod uel incu ria, uel immoderatione dispendimus. Plinius, Bubulas car nes, caules caprifici, magno lignorū compendio percoquunt. Idem, Magno id lignorum dispendio fit addito sale: nam per coqui integro die uix possunt. Compendium dicitur etiam utilitas, lucrum. ὠφέλημα. sicut dispendium, damnum. Tibul lus, Nec uagus ignotus repetens compendia terris, Presserat externa nauita merce ratem. Cic. lib. 4. ad Heren. Duæ res sunt, quæ possunt homines ad turpe compendium commoue re, inopia atq; auaritia. Item compendium breuitas in qua tamen utilitas est, quales sunt libri in quibus breuiter mate ria colligitur. Vnde Plaut. in Mil. Quàm potes, tam uerba confer ad compendium.

Cōmpendĭfăcio, duco ad compendium. id est, breui utor oratio ne. ζωτίμως, μεθοδικῶς. Plau. in Mostel. Orationis operā com pendifacito.

Cōmpēnso. as. quasi simul pondero, retribuo. ἀνταμείβομαι, ἀν ταποδίδομαι. Valeri. Maximus: Tarditatem q; supplicij gra uitate compensat. Modest. Compensatio, est debiti & creditī inter se contributio. ἀμοιβή.

Cōmpĕrendĭno. as. pen. cor. significat in longum de die in diem differo. ἀναβάλλομαι, ὑπερημερῶ. Vnde Comperendinatio, (ἀναβολὴ) quæ est (sicut docet Asconius) ab utrisque litiga toribus inuicem sibi denunciatio in perendinum diem. Nam cum rem aliquam agerent litigatores, & pœna se sacramen ti peterent, poscebant iudicem, qui dabatur post trigesimum diem: illo dato, inter se comperendinum, ut ad iudicem ueni rent, denunciabant. Quò cum esset uentum, antequam caus sa ageretur, quasi per iudicem rem exponebant. Quod ipsum dicebatur caussæ coniectio, quasi caussæ suæ breuis coactio. Cicero in Verr. Actio. 3. Vt his ludorum diebus interposi tis, nemo istum comperendinatum iudicaret. Dies com perendinaria, dicebatur iudicium in tertium diem constitu tum. Dies comperendini, (ἡμέραι ἀμφαὶ) quibus uadimo nium iuberi licet, ut inquit Macrobius. Val. libro secundo, ca pite 33. Bud. in Annot.

Cōmpĕrĭo, & comperiŏr deponens differunt, authore Diome de, quòd comperiri est ex opinione colligere, & pro explora to compertum habere. καταλαμβάνω. Sallustius in Iugur tha, Sed ego comperior Bocchum magis Punica fide, quàm ob ea quæ prædicabat, simul & Romanos, & Numidam spe pacis detinuisse. Comperire uero ab alio cognoscere. πυνθά νομαι. Terentius, Item alio die Quærebam: Comperiebam nihil ad Pamphilium Quicquam attinere. Compertum est mihi, & exploratum est mihi. hoc est, per inuestigationem. πιστὸν, βέβαιον, ζωῶπλαι. Aristot. & πληροφορῆσαι.

Cōmpĕrnēs, dicuntur homines genibus plus iusto cōiuncti, uel qui longos habent pedes. Lucil. li. 17. Saty. Compernem, aut uaram fuisse Amphitryonis coniugem Alcmenam.

Cōmpĕsco. is. compescui, est unà pascere, & in uno loco; ac ue lut in eodem pascuo continere, inquit, Fest. Sed transfertur, & pro cohibere, siue coërcere ponitur. συνέχω, σωφρονίζω. Plin. libro 20. capite 7. Semine trito ex uino poto & libidinū imagines in somno compesci. Plin. in Epist. Nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. Iuuenal. Digito compesce labellum.

Cōmpĕto. is. pen. cor. significat honorem, uel coniugiū, uel quic quid aliud aduersus alium, & pro quasi simul peto. συμμετίημι. Vnde competitores, (συμμετίοντες) dicuntur, qui in mægistratibus, officijs, & honoribus petendis concurrunt. Et sic est actiuum. Aliquando competere est parem esse, contingere, conuenire. συνοίσειν, συμπίπτειν. Vnde in æstima tione rerum dicimus, Hoc illi competit. Senec. Nihil ei ma gis competebat. Colum. lib. 2. Nec omnino cunctabimur, quo minus sub tectum congeratur. Vel si non competet, ut aut in uillam fœnum portetur, aut in manipulum colligatur, certe in metas extrui conueniet. Hic cōpetet, capitur pro sufficiet. Hinc competentia, (ἀναλογία) pro conuenientia. Gell. lib. 2. Comprehensa autē mensura Herculani pedis, secundum de bitam membrorum omnium competentiam modificatus est.

Item quandoq; constanter ualere. Sall. lib. 1. Hist. Si uero quasi formidine attonitus, neq; animo, neq; auribus, aut lin gua competeret. & sic est neutrum.

Cōmpīlo. as. pen. pro. undiq; furripio. ἁρπάζω, συλάω. Di ctum à πιλῶ, quod est complano, non à pilis uellendis, cuius prima corripitur: uel ab eo quod pilotas fures Græci appel lant. Vnde compilare, & expilare hæreditatem dicimus. id est, fraudare & diripere. & compilati, (συλοφορηθέντες) furtum passi, quòd qui è domo supellectilem detrahunt, æqua re & complanare omnia uideantur. Cice. 1. De Nat. Deor. Tot millia latrocinātur morte proposita: alij omnia, quæ posa sunt fana compilant. Plau. in Menæ. Vir ubi compilet cla culum quicquid domi est. Horat. Ne me Compilasse putes Crispini scrinia lippi. Interdum cogo, (ἁθροίζω) & in unū condo. Vnde compilatores, (ἁθροιστοὶ) qui multa in unum cogunt.

Cōmpĭngo. is. compegi, compactum: contrudo, compello, detru do. ζωόω. Plautus in Amph. Quid faciam nunc, si tres uirī me in carcerem compegerint? Interdum compono, con iungo. συμπήγνυμι. Vergil. Est mihi disparibus septem com pacta cicutis Fistula. Vnde incompactum, disiunctum, male compositum. ἀσυνάρμοστον. & sic componitur ex con, & pango. Potest etiam esse compositum à pingo. Lactan. lib. 7. Vt summam illam quæ continet uniuersa, & compingerent, & adimplerent.

Cōmpĭtă, (ἄμφοδα) pen. cor. dicuntur loca, quæ petunt homi nes per diuersas uias. Sunt enim quadriuia, quòd quasi in u num petunt locum: uel à coëundo, quòd multæ uiæ in unum coëant: uel à cōpotando, quòd ibi rustici sacrificare solerent. Ouid. Seruat ut in ternas compita secta uias. Vergil. 2. Ge org. Præmiáq; ingentes pagos, & compita circum. Com pitus masc. genere apud Var. De scenicis originibus. libro 3. Vbi compitus erat aliquis.

Cōmpĭtălĭă, (ἀμφόδια) festa quæ in cōpitis peragebantur. & cōpitalitius dies, in qua cōpitalia celebrabantur, & deus qui cōpitis præest. ἀγυιεύς. Hinc cōpitalitius. a. um. ut dies cōpi talitius: compitalitiæ ambulationes, Cic. Gell. lib. 10. cap. 24.

Cōmplāno. as. (χθαμαλόω, ὁμαλόω) pen. prod. plano, planum red do. Cato cap. 151, Dimidiatum digitum terram altam succer nito. id bene tabula, aut manibus, aut pedibus complanato. Et Cice. pro Domo. S. P. Melij regnum appetentis domum est complanata. id est destructa, solo æquata. Cæsar: Sed pro pè iam constituta opera cum complanarent. id est, perficerēt, extremam manum imponerent.

Cōmplĕctŏr, complexus sum, simul, uel in totum amplector, contineo,

contineo, brachijs uel alia quauis includo. περιπλέκομαι, περιείλω. Teren. in And. Accurrit, mediam mulierem complectitur. Cic. pro Roscio, Quo uno maleficio secula omnia complexa esse uideantur. Complector te amore, (περιβάλλομαι) significat amote, & sine ablatiuo. Cicero Curioni: De ipso T. Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi erga te, si complecti hominem uolueris, habiturum esse nemimem. id est amare, defendere. Complector cogitatione, cogito. Complector animo, consydero. Cic. in Cat. Etenim cum complector animo, quatuor reperio caussas, cur senectus misera esse uideatur. Theod. Gaza, ζῶνῦ περιβάλλω.

Cõmplĕo, ex con, & pleo, significat ad summum, seu undiq; impleo. συναναπίμπλημι, συμπληρόω. Gell. Ventus à latere sæuiens nauem undis compleuerat. Reperitur etiam sine ablatiuo. Cice. lib. 6. De Repub. Quis est qui complet aures meas tantus & tam dulcis sonus? Per translationem pro finire. πληρόω. Idem in Catil. Leontinus Gorgias centum & septem compleuit annos. Interdum pro supplere, perficere, integrare. Sall. Duas legiones instituit, cohortes pro numero militum complet.

Cõmplĕx, (συνάπτης, συγκροτήσας) particeps sceleris, & qui in eodem crimine ueluti complexus est, à complectendo.

Cõmplĕxŭs. us. nomen à cõplector. Plau. in Amph. Meus Amphitruo uno cubiculo Alcmenam complexu tenet. Cice. pro Font. Num etiam de matris hunc complexu lectissimæ, miserrimæq; fœminæ uobis inspectantibus auellet, atq; abstraheret? Complexus pro amore. Cic. 5. de Fin. Serpit sensim foras cogitationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitijs, post uicinitatibus cum ciuibus, & ijs qui publicè socij, atque amici sunt, deinde totius complexu gentis humanæ.

Cõmplexĭo, uerbale, idem quod Complexus. Cic. in Orat. Nec aceruatim multa frequentans, una complexione deuinciet. Complexiones, copulationes, & adhæsiones. Cic. 1. de Finib. Complexionem orationem Cicero sic definit libro 3. De Inuent. Complexio est, in qua utrũ concesseris, reprehenditur. ad hunc modum: Si improbus est, cur uteris? sin probus, cur accusas?

Cõmplĕxŭs, uel copulatio, (συμπλοκή) dicitur apud Iureconsultos plurium in idem in unitate sermonis coniunctio, & fit ab homine, uel à lege.

Cõmplĭco, (συμπλέκω) à quo complicatio. quære Plico.

Cõmplōdo. is. (συγκροτέω) penultima prod. Vide Explodo.

Cõmplūră, (συχνὰ, συμπλείονα.) Vide in dictione Plus.

Cõmplūriĕs, (πλειονάκις) aduerbium, factum ab eo quod est cõpluria, & significat sæpe. Cato, Contumelias mihi dixisti compluries. Gell. lib. 5. cap. 21.

Cõmplŭuĭum, à pluuia dicitur, quòd de diuersis tectis aqua pluuialis in eundem defluit locum. Colum. lib. 4. cap. 24. At si longius quàm ritus agricolarum permittit, & à capite uitis emicuerit, & brachijs in aliorum compluuia perrepserit, &c.

Cõmplŭuĭātŭs, adiectiuum: ut, compluuiata uinea. Plin. lib. 17. cap. 21. Compluuiata copiosior uino est, dicta à cauis ædium compluuijs. Var. 1. De re Rust. ca. 8. Iugationis species duæ. una directa, ut in agro Canusino: altera compluuiata in longitudinem, & latitudinem iugata, ut in Italia pleræq;.

Cõmpōno. is. pen. prod. continet in se multarum rerum conuenientiam, atq; aptam compositionem. significat enim simul ponno, coniungo. ζωτίθημι, συνυάζω. Verg. Cõponens manibusq; manus, atq; oribus ora. Item disponere, constituere. ζωτάττω, καταστοσμεῖν. Componere & ædificare reciproce dicuntur. componuntur siquidem orationes, ædes ædificantur: & tamen dicuntur ædificari orationes, ædes componi. Vergili. lib. 3. Quàm tuta possis urbem componere terra. Item comparare, (συμβάλλω) quoniam quæ comparantur, iuxta se ponuntur. Sall. Vbi Metelli dicta cum factis componit. Vergilius in Bucol. Sic paruis componere magna solebam. Quandoque ornare. ἐνθετῶν. Idem lib. 4. Georg. Dulcis compositis spirauit crinibus aura. Nam compositio ornatũ facit. Quandoque colligere. συλλέγειν. Cic. in Verr. Si ab isto libro, quem tibi magister ludi, nescio quis, ex alijs orationibus compositũ dedit. Quandoq; reficere, recreare. Verg. Vix defessa senem passus componere membra. Quandoq; lenire. κάτειν. Ambrosius lib. 1. Offic. Cauere debemus, ne in perturbationem prius incidamus, quàm animos nostros ratio componat. Quandoq; finire, claudere. Verg. Antè diem clauso componet uesper olympo. Quandoq; concordare. ζωαλλάξαι, καταλλάξαι. Plaut. in Curcul. Si possum hæc inter uos cõponere. Quandoq; composito redimere. Sallust. lib. Histor. 1. Cum lenones, & uinarij, lanij, quorum præterea uulgus in diem usum habet, precio compositi. hoc est, facta precij redempti compositione. Quandoq; conuenire, paciscì. ζωτίθεσθαι. Plinius, Nihil non composito fecimus, pactum seruauimus. Quandoq; fingere, simulare. πλάττειν. Sallust. Non sunt composita mea uerba, parui id facio, ipsa uirtus satis ostendit. Plautus, Quas iste fabellas composuit. Hinc fit compositor, compositio, compositura, uerbalia. Item compositò, aduerbium, (ἐκ ζωθέσεως) quod significat ex pacto, & ponitur sine præpositione. Non enim dicimus, ex composito. Terent. in Phorm. Compositò factum est, quomodo hanc amans habere possit sine dote. Et compositè similiter aduerbium. Cicero 1. de Orat. Sin oratoris nihil uis esse, nisi compositè, ornatè, copiosè eloqui. id est, eleganter.

Cõmpŏs dicitur, qui habet uel assecutus est aliquid. ἐγκρατής, ἐπίβολος, ἐπιτυχής. Valer. Max. lib. 1. Imperatores compotes uictoriarum. Plautus in Capt. Atque ita me rex deorum atque hominum faxit patriæ compotem. id est, obtentorem. Impos, (ἀκρατής) qui non potest aliquid. Compos animi. (νουνχῶν, σώφρων.) id est, compotentis animi, uel qui habet sanum animum. Impos animi, qui animi sui potens non est. Sallustius. Neque animo aut lingua satis compos, cum de amente Septimio loqueretur. Terentius in Adelphis. Vix sum compos animi, ita ardeo iracundia. Plautus in Capt. Eripite isti gladium, quæ sui est impos animi. Sic compos uoti, & impos uoti. Cicero, Nam quomodo uictores dicimus uoti compotes, qui quicquid uolunt faciunt. sic uictos è contrario uoti impotes, qui non possunt facere quod uolunt. Quidam intelligunt compotem, compositum animum, & tam in bonam quàm in malam partem. Plautus in Epidic. Cedò manum mihi, accipe ærumnarum, & miseriarum compotem. id est, qui simul tecum miserias habet. Sunt autem compos & impos generis communis, composita à pos potis. Vnde & possum & possideo. Pos autem idem est, quod potens, & potis genit. quo nunc loco nominatiui utimur. Persius, Nec potis es nigrum uitio præfigere theta. Vergilius. Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo. Terentius in Phorm. Adulescens primum abs te hoc bona uenia peto, si tibi placere potis est, ut respondeas mihi. Potis est, pro potest, siue possibile est capitur, cui subintelligitur istud pro nominatiuo, ut respõdeat. Quod autem Persius dicit, Qui pote, uis dicam? nugaris: Pote pro potis accipitur metri causa. Similiter. Propert. Qui pote quisq; in ea conterat arte diem. Iungitur quandoque compos cum ablatiuo, ut apud Liuium lib. 3. Prædaq; ingenti compotem exercitum suis etiam rebus recuperatis, quæ populatione agrorum amissæ erant, reducit. Quo in loco compotem, quasi affluẽtem & lætum significare puto. Sæpius tamen genitiuo iungitur.

Cõmpŏsĭtĭo, modò structuram, modò ornatum, modò pactum significat. συνθεσις, ζωθήκη. Vide compono.

Cõmprædēs, (ζωίγγυοι) appellantur eiusdem rei sponsores.

Cõmprānsŏr. oris. qui simul prandet. Cic. 2. Philip. Hunc tu agrum compransoribus, & collusoribus diuidebas.

Cõm-

Cõmprĕhẽndo.is.comprehendi. hensum. proprie est manu capio. Plaut. in Aul. Dicant, coqui abstulerunt, comprehendite, Vincite, uerberate, in puteum condite. Cicero de Nat. 1. Quid opus manibus, si nihil comprehendatur? Sic comprehendere hostem, & comprehendere aliquem in fuga apud Cæsar. & comprehendere arma, apud eundem, pro capere. Sed in translatione ponitur aliquando pro percipere, uel intelligere. Cice. Fam. lib. 6. Quæ didicisti, quæq; ab adolescentia pulcherrimè à sapientissimis uiris tradita, memoria & scientia comprehendisti, ijs hoc tempore utare. C. Longolius Epist. lib. 1. Simul ac me in cubiculum abdidi, reputo statim mecum, quod eo die memoria, quid scientia comprehenderim. In qua significatione dicimus quoq; comprehendere animo, mente, ratione, sensibus, intelligentia, &c. Aliquando ponitur pro perstringere, concludere, uel continere. Cic. Atti. Cato uerbis luculentioribus & pluribus rem eandem comprehenderat. Idem De Orat. Ac ne plura quæ sunt penè innumerabilia, consecter, comprehendam breui. Aliquando pro prosequi. Cice. Fam. 13. Sed ut redeam ad id unde cœpi, uehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua, quæ est singularis, comprehenderis. id est, complexus fueris: quemadmodum idem ad Curionem scribens, inquit: De ipso T. Annio tantum tibi polliceor: te maioris animi, grauitatis, constantiæ, beneuolentiæ erga te, si complecti hominem uolueris, habiturum esse neminem. Vnde,

Cõmprĕhẽnsũm, substantiuè. Cice. 4. Acad. Cum quamobrem ita oporteret, nihil haberet comprehensi, percepti, cogniti, constituti. Comprehense, aduerbium: ut comprehense loqui, Cic. Comprehensibilis. le. Cic. 1. Acad. Id autem uisum cum ipsum per se cerneretur, comprehensibile feretis. Comprehensio, pro accusatione, & reprehensione. Cicero 2. Philip. Nam cum comprehensio sontium, mea animaduersio, senatus fuerit.

Comprobo. as. approbo, laudo, collaudo, Cic. pro Pom. Sententiam tuam laudo, uehementissimé q; comprobo. Inde comprobatio, & comprobator.

Cõmprĭmo. is. penult. cor. premo. συμπιέζω. ut, uuæ comprimuntur, quo uinum effluat. Item cohibeo, contineo. σωίχω. Teren. Heaut. At tu tibi istas posthac comprimito manus. Plautus in Amph. Ego tibi istam hodie scelestè comprimam linguam. Item uitio. βιάζομαι. Martialis: Villica uti duri compressa est nupta coloni, Incaluit quoties saucia uena mero. Vnde Compressus. us. & Compressio, pro coitu. φθορά. Plau. Nunc ad amicam decimo die Athenas uiso, quam grauidam hic reliqui compressu meo. Idem: Dulces amantium compressiunculæ.

Cõmptũm, genus libaminis, quod farina consperſa faciebant.

Cõmptŭs. us. pro ornatu. καλλώπισμα. Donatus in Eun. Terentij: Vt eo magis hæc amanda sit, quæ naturæ beneficò non factis comptibus aut industria facta est pulchra. Vnde comptulus, diminutiuum à comptus.

Cõmpũlso. as. sæpe collido. ζωαράττω. Col. li. 1. Eadem quæ semper mare conspicit, compulsatur ac fluctu conspergitur.

Cõmpũnctŭs, signatus. ἐστιγμένος. Cic. lib. 2. Off. Compunctum notis Threicijs, districto gladio iubebat anteire.

Cõmpũngo, compunxi. ctum. idem quod pungere. κατανύσσω, κατασίζω. Hinc compunctio uerbale. κατάνυξις. Pli. li. 21. cap. 19. Hæc quoq; potio mulieres ex abortu purgat: laterum compunctiones tollit, & uesicæ calculos. Aliquando significat animi habitum pertinacem, & ad malum immutabilem, ut apud Apost.

Cõmpŭto. as. pen. cor. simul puto, ἀποτίμνω: quod & ad arbores & ad mentem referri potest. Cum ad mentem refertur, pro existimo siue iudico (λογίζομαι) accipi potest. Pli. li. 9. ca. 35. Computet nunc aliquis ex altera parte, quantũ Curius aut Fabricius in triumphũ tulerint, & imaginentur eorum fercula. Item connumero, siue, quod uulgò dicitur, computũ facio. Pli. in Epi. Si computes annos, exiguum tempus. Pli. lib. 18. cap. 6. Si computetur impendium operæ. Plau. in Mil. Dextera digitis rationem computat feriens femur. Lactan. lib. 3. Eam q; hominum sapientiã pro summa stultitia computat. id est, ponit. Idem decerno. συμψηφίζω. Interdum imputo. Plau. in Mer. Computat uxor. id est, imputat. Hinc cõputatio, uerbale. Pli. li. 17. ca. 22. Operarũ ista computatio est. Idem li. 12. ca. 38. Minima cõputatione miles centena milia, etc. Et cõputabilis. le. quòd cõputari potest, & numerari.

Comus deus comessationũ & nocturnarum saltationum. Inde comessari uerbum, & Comessatio, ut inquit M. Varro. Vnde etiam Cræpalocomus, uinolentorũ hymnus apud Aristophanem in Ranis.

Cŏn, & Cŭm (σὺν) idem significant: sed cum ferè separata, conuerò semper cõposita reperitur: & significat simul, ut cõiungo. Interdum contrà, ut cõtendo. Interdum ualde, ut concrepo. Et est sciendum, quòd quando cõponitur cum dictione à uocali, uel ab h incipiente, semper n abijcitur, ut coapto, coapostolus, coërceo, cohortor, cohibeo: in comedo n mutatur in m: in cogo, n & a tolluntur. Quando componitur cum b, m et p, transit n in m. ut combibo, commoueo, compareo: cũ c uerò, d f g n q s t i & u consonantibus, manet n integra: ut concurro, condo, confugio, congero, coniecto, connecto, conquiro, consequor, contineo, conuenio. In reliquis n mutatur in sequentem literam, ut colligo, colluuies, corrigo.

Concamero, idem est quod Camero. Pli. li. 34. ca. 14. Templum concamerare inchoauerat. Inde concameratio, Budæus cõcamerationes sunt, quæ arcuato opere constant.

Concalefacio, & concalfacio, & concalesco, & passiuum concalefio, calidum fieri.

Cõnāmẽntŭm. ti. Pli. li. 19. ca. 1. de sparto loquens, Ad reliquos usus laboriose euellitur, creatis cruribus, manibus q; tectis manicis, conuolutum ossеis, ligneis ue conamentis. hoc est adiumentis, & fulcimentis ligneis.

Cõncătĕno. σωαρμόζω. à uerbo cateno, quod significat ligo, in-

Cõncăuŭm, sinuosum, uacuum. κοῖλον. à cauo. Vnde (uoluo concauitas. Cice. 2. De Nat. Deor. Speluncarum concauas altitudines, saxorum asperitates.

Cõncĕdo. is. pen. prod. pro do, permitto. παραχωρίω, ὑφίημι. Teren. in Adelph. Hui metuisti nunc, si de tuo iure concessisses paululum. Cic. in Ver. 2. Da mihi hoc, concede quod facile est. Item recedere. ἀναχωρίω. Teren. in Hecy. Hic uideo me esse inuisam immeritò, tempus est concedere. Liu. 2. de Bello Pun. Annibal Sagunto capto, Carthaginem nouam in hyberna concesserat. Idem, Quæ cum agerentur, hostes in loca altiora concessere. Aliquando credere, consentire. συγχωρίω. Teren. in Phor. Nunquam ne hic hodie concedes mihi, neq; intelliges? Cic. in Læl. Quod si rectum statuerimus, uel concedere amicis quicquid uelint, uel impetrare ab his quicquid uelimus, perfecta quidem sapientia sumus.

Cõncĕssŭs. us. pro permissu. Cicero pro Cælio: Datur enim concessu omnium huic aliquis ludus ætati.

Cõncĕnto. as. ζωπαφδω. frequentatiuum à concino. is.

Cõncĕntŏr, (συμφδὸς) in Decretis canonicis dicitur is, qui cõsonat & concinit canenti: sicut succentor, qui uoce subsequẽs canendo respondet. Præcentor, qui uocem præmittit in cantu.

Cõncĕntŭs, us. simul cantus, cantus mixtus. id est, symphonia, & diuersarũ modulatio uocum, ut cum è multis diuersis uocibus unus efficitur sonus. Verg. lib. 1. Georg. Hinc ille auium concentus in agris. Cice. Cognatio naturæ, quasi concentus, contensus q; Græci συμπάθειαν uocant. & concentus auium, ex con, & cano. & concentus concordia.

Cõncĕptăcŭlŭm, aut Conceptabulum, quod aliquid continet.

ἀγοδο-

ὑποδοχή, ἐκδοχεῖον. ut uena est conceptaculum sanguinis. id est, in qua sanguis continetur. Plin. Superbia alicubi conceptaculum, sed in supercilijs sedem habet.

Cōnceptā uerba, (διαλημμένα ῥήματα, καὶ ἐπακτὰ) sunt quæ prout enunciantur, ita perscribi solent, nec aliquid præposterè dici fas est. Sæpe iusiurandum offerri solet conceptis uerbis. Plaut. in Asin. Vbi uerbis conceptis, quod aliud sciēs periuratis.

Cōnceptiuæ feriæ, (τεταγμέναι ἑορταὶ) quæ certis diebus quotānis obseruabantur, ut Sementinæ & Compitalitiæ.

Cōnceptio (σύνληψις) apud Grammaticos schema est, cum unū genus concipit. hoc est, simul apprehendit aliud genus, uel una persona aliam.

Cōnceptus. a. um. (συναλλαμβάνω) participium, quod apprehensum siue destinatum ac congregatum est. Conceptus. us. nomen, quod & Conceptum dicitur, de eis quæ in uentre fœminæ, & in animo fiunt.

Concerpo. is. conscindo, lacero. Cic. Atti. Eas epistolas concer

Cōnērno. is. uide in dictione Cerno. (pito.

Concerto. as. simul certo, & contendo. Cic. pro Pomp. Qui sæpius cum hoste conflixit, quàm quisquam cum inimico cōcertauit. Inde concertatio, & concertatorius.

Cōnchā, (κόγχη) genus piscis ex cancrorum genere. Conchæ & ostreæ dicuntur firmioris testæ pisces. Conchæ quæ testam leuem ac politam habent, siue uniformiter rugatam: & testiæ ipsæ duriores propriè conchæ dicuntur, quales sunt cochlearum atq; concharum. Ouid. Ostrea quæ in conchis tuta fuere suis. Colu. Implicitus conchæ limax. Concharum genera enumerat Plinius lib. 9. cap. 33. & earum naturam explicat ca. 35. In conchis nascuntur margaritæ, ut ibidem docet Plinius. Vnde uasis quoq; genus concauum ac superius patulum, concham uocamus. Plin. Rursus tunditur, deinde lauatur in conchis, siccaturq;. Alio nomine Alueos & alueolos dicimus, & præsertim in longum porrectos, ligno excauato, ut monoxyla. Item genus uasis uinarij, in quod è dolio hauritur uinū. Iuuenal. Cum bibitur concha. Dicitur & cōchus.

Aliquando ponitur pro tuba. Virg. lib. 7. Aenei. Sed dum fortè caua dum personat æquora concha. Ouid. lib. 1. Metā. Cæruleum Tritona uocat, conchaq; pnaci Inspirare iubet. His buccinis utebantur Tritones, qui erant tubicines Neptuni. Seruius hoc nomen à Græco κόγχη trahit. Alij Latinum putant, à cōcauitate deductum, atq; sine aspiratione scribūt. Concham uero linguam habere, & Veneri quoque consecratam, author est Aelian. li. 3. Conchæ Cytheriacæ dicebātur, quæ margaritas producebant, mulierum ornatui præcipuè conuenientes: & ob id Cytheriacæ dicebantur, quia Veneri gratæ. Martial. Letior ô conchis Galle Cythæriacis. Vocantur alio nomine conchæ margaritiferæ.

Cōnchis, (κόγχις) fabæ genus, siue edulium ex faba. Iuuen. Cuius conchæ tumes. Sunt qui dicant esse fabam cum cortice suo elixam, ad differentiam fabæ frixæ * quidam fresæ legunt, quæ sine cortice coquitur: à similitudine concharum, quòd fracto cortice uelut implicita conchis suis caruncula uideatur. Martial. Si spumet rubra conchis tibi pallida testa, Lautorum cœnis sæpe negare potes. Huius diminutiuum est conchicula.

Cōnchŏn, (κόγχον) Græci appellant, uas seu cauum oculorum. author Iulius Pollux.

Cōnchŭs, lapis quidam in concha pisce, qui à nonnullis unio, ab alijs margarita, siue perla dicitur.

Cōnchȳlē, (κογχύλη) penul. prod. & Conchylium, genus piscis est ex concharum genere, ut ait Plinius libro 9. cap. 25. In mari Assyrico & Medico, quem muricem, & sarram, & ostrum appellant. Ex cuius incisa concha colligitur succus tingendis uestibus expetitus. Ex eo enim inficitur purpura, qui color austerus in glauco est, & irascenti similis mari. Vn de conchyliata uestis. κογχυλιωτὸς ἐσθής, πορφυρίς. dicitur purpura. Cice. in Philipp. conchyliata peristromata appellat, quæ infecta erant succo conchyliorum. Ponitur quandoque cōchylium pro ipso colore, sicut purpura, murex & q;. Plin. Concharum ad purpuras & conchylia eadem est materia. Cruor conchylij siue muricis, ostrum dicitur ab ostris: quapropter conchylium, muricem, ostrum, in eadem significatione accipimus. Vergil. Tyrioq; ardebat murice læna. Idem: Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro. Iuuen. Sat. 3. » Horum ego non fugiam conchylia? hoc est luxuriosas uestes & murice infectas.

Cōnchȳtā. tæ. masc. gen. qui conchylia quærit in mari. Plaut. in Rude. Saluete fures maritimi, conchytæ, atq; hamiotæ. Conchyliarij etiam dicuntur.

Cōncīdo. is. pen. produ. concidi, concisum, simul uel minutatim cædo. συγκόπτω, κατακόπτω. Plin. Caro eius concisa ac decocta adhibenda est. Item frangere. κατακίσαι. Idem: Et nucleus dentibus concisus super uulnus imponitur. Ab hoc concisa oratio, (περιτετμημένος λόγος) quæ non continua, sed uelut membratim cæsa est. Et concisus sonus, fractus.

Cōncīdo. is. pen. cor. concidi, concæsum. significat in totum cadere. κατανίπτω. Lactan. lib. 7. Et muri omnium ciuitatum concident. Plaut. in Amph. Vt quisquis insliterat, concidit crepitu. Colum. lib. 8. Atq; alia genera pecorū cum pestilentia uexantur, prius morbo & languoribus macescūt: solæ capellæ, quamuis opimæ atq; hilares, subitò concidunt.

Cōncĭlĭābŭlŭm, locus in quem concilium conuenit. σύλλογος, συνέδριον. Plautus in Bac. Quid si apud te ueniat de subito in prandium aut potatio fortè, aut cœna, ut solet fieri mistis conciliabulis?

Cōncĭlĭābūndŭs, qui conciliat. προσαγωγίνος, συναγτικός. à concilio uerbo.

Cōncĭlĭātrīx, dicitur mulier, quæ uiros mulieribus, & uxores uiris conciliat. προξωνήσια.

Cōncĭlĭo. as. (προσάγομαι, ἐπισπῶμαι, συναγω) beneuolum facio, aut amore coniungo. Liui. lib. 1. Aeneas aduersum tanti belli terrorem, ut animos Aboriginum sibi conciliaret, &c. Reconciliare uerò quis dicitur, cum post inimicitias rursus aliquem in gratiam recipit. καταλλάττω. Item contrahere, seu comparare, & hoc tam in malum quàm in bonum. προξωνῶμαι, ἐπάγομαι. Plau. in Trin. Meus gnatus me ad te misit, inter se atq; tuos affinitatem ut conciliarem & gratiam. Terent. in Heauton. Exeo ergo ut pacem conciliem. Sic dicimus, Concilio mihi odium, inimicitias, quod est quasi comparo, acquiro. Sic & reconcilio. Quintilianus: Nam & plus authoritatis afferunt ea quæ non præsentis gratia litis sunt comparata, & laudem sæpe maiorem, quàm si nostra sint, reconciliant. Hinc conciliatus, pro empto. Teren. Prodi male conciliate. id est, magno precio empte. Et concilia tio, (συνθημα) pro conuentione. Plaut. Extat conciliatio seruanda promissa.

Cōncĭlĭum, à concalando. id est, uocando: uel (ut Varro ait) à coactione: seu secundum Festum, à populi consensu: & proprie uirorum est. ἐκκλησία, σύλλογος. Vergi. Concilium q; uocat diuūm pater atq; hominum rex. Cæsar. 2. Bel. ci. Quibus de causis concilio conuocato de summa rerū deliberare, &c.

Virg. 3 Æneid. Concilium horrendum: quales nimirum tum reliso.

Cōncĭnnātĭtĭus. a. um. quod breuiter collectum & aptè situ est. ἁρμόττω. Apul. lib. 2. Nam Milonis boni concinnatitiam mensulam rogatus accubueram.

Cōncĭnnĕntĭă, continentia, conuenientia. Sidonius ad Consentium: Quod domicilium parietibus attollitur ad cōcinnentiam scilicet architectonicam fabrefactis.

Cōncĭnnĭtūdo, cōuenientia. ὁμολογία, ἁρμονία. Cice. lib. 2. Artis ueteris: Splendoris & festiuitatis, & cōcinnitudinis minimū.

Cōncĭnno. as. per duplex nn, consentio, aptè compono, & quasi cōuenire facio. quod uernacula lingua dicimus, accoutrer, ut

pellis

pellit concinnata est ad calceos. Græcè ξυτίθημι, ξυρμόζω, συσκευάζω. Plautus: Auceps quando concinnauit aream, escas effudit. Et concinnatores causarum uel redemptores. δικορράφοι, συγκομπισταὶ, ἐργολάβοι.

Cōcinnŭs.a.um. (ἐμμελὴς, κομψὸς, ἁρμόνι& ἁρμόμων) idem est quod cōpositus & ornatus, ex con & cinnus: ut oratio concinna. ἐγκατάσκευ& λόγος. id est, compta, & aptè composita. Plaut. in Persa. Sat Pol concinna facie. Concinnè. (κομψῶς) compositè, conuenienter: ut concinnè distribuere rem aliquam, Cice. 2. De Orat. In quo etiam sensu accipi potest, concinnè. pen. cor. quod fit à concino.

Cōcĭno.is. concinui, concentum, simul cano. συμφωνέω. Cice. lib. 2. Acad. Qui cum similitudine concinere maxime sibi uidentur. Per translationem ponitur pro cōuenire. ὁμολογέω. Concinit enim qui consonat. & sic cum datiuo construitur.

Cōcĭo.is. conciui, conuoco. συγκαλέω. ut concire multitudinē, Liu. Item commouere. Teren. in Hecy. Fortasse unum aliquod uerbum inter eas iram hanc conciuerit.

Cōncĭo.onis. (ἐκκλησία) à concio.is. tria significat: scilicet sugestium unde uerba fiunt. Liu. lib. 1. Vocato ad concilium populo, summissis fascibus in concionem ascendit. Multitudinē populi assistentis conuocatam uel ex magistratus iussu, uel publici sacerdotis, uel sua authoritate: & proprie ad audiendum oratorem concionantem in bonum publicum. Cice. in Lal. Concio quæ ex imperitissimis constat, tamen iudicare solet. Sallust. Itaq; concione aduocata. (πρόσοδον ποιήσας) huiusmodi orationem habuit. Et orationem ipsam. (δημηγορίαν) quæ ad populum habetur. Cic. Dolabellæ: Legi concionem tuam, nihil illa sapientius.

Cōncĭōnālis, qui idoneus est ad concionandum: aut qui concionari cōsuetuit. qualis hodie uulgò prædicator appellatur. Curius Cic. Quod quidem si inter uos senes concionales uenale præscripserit, egerit non multum.

Cōncĭōnātōrĭus.a.um. (δημηγορικὸς) quod ad concionem pertinet. Gell. Ecce autem pro tibicina Laconica, tibia quoque illa concionatoria in mentem uenit.

Cōncĭōnŏr.aris. orationem habeo. δημηγορέω, ἐκκλησιάζω. In Epist. Fam. Cic. Quod cū Lepidus concionaretur, atq; omnibus scriberet se consentire cum Antonio. Hinc concionator, (δημηγόρ&) est qui orationem habet. Hiero. in Prolo. Salomonem Ecclesiastem Græco nomine appellat.

Cōncĭpĭlo.as. apud Næuium, ponitur pro corripio, & inuoluo.

Cōncĭpĭo.is. pen. cor. simul capio, apprehēdo. συναμβάνω. Vnde concipere mulieres dicuntur, (ἀποκυΐσκω, κυέω) cum genitale semen apprehenditur ad fœtum faciendum. Lactan. lib. 3. Quid, quòd uxor potest esse cōmunis, filius non potest. quoniam concipi non nisi ex uno necesse est. Inde Conceptus, & conceptio. Transfertur ad animum, pro εἰς νῦν λαμβάνω, ἐμβάκχευσθαι, νοεῖν. Quint. Nec tantum concipere animo scelus potui. Hinc conceptus mentis, (ἔννοια) dicuntur, quæ cōprehendimus & imaginamur. Et apud Geometras, communes animi conceptiones uocantur, quæ omnes tanquā manifesta et indubitata profitentur: ut, Omne totū est maius sua parte: &, Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent inter se æqualia sunt. Interdū concipere est deliberare ac destinare. βουλεύω. Sen. Iamdudum animo cōceperat quid esset actūrus. Verg. Aut tu bella acie, cōceptum q; excute fœdus. Interdum congregare, in unū reducere. ἐναθροίζω. Colu. lib. 1. Ne cum à uertice torrens imbribus conceptus affluxerit, fundamenta conuellat. Idem: Sed ampla stabula sic ordinentur, ut ne quis humor influere possit, & ut quisq; ibi conceptus fuerit, quàm celerrimè dilabatur.

Cōncĭto.as. pen cor. παροξύνω, παροξύω. ualde cōmouere. Cic. 4. Acad. Quò enim spectat, cum artificia tolli quereris à nobis, nisi ut opifices concitentur? Sic concitare discordiam, apud eundem. Et Concitare equū contra aliquem, Liu. 1. ab Vrbe. Hinc cōcitatus, iratus. Gellius: Erat enim aliquādo concitatior.

Cōnclāmātŭm est, (πέπρακται) quod transactū & finitum est. ut conclamata corpora, quæ nihil reliqui iam habent ad uitæ officia: ut cōclamatum est. id est, satis deploratum, satisq; uociferatum est. Lucan. Corpora nondum Conclamata iacent. Hinc tractum dicitur, quod cum uitalis spiritus in clusus homines fallere soleat, aqua frigida ablui consueuerunt, & per interualla conclamari. In quo cum liberari nequirent, post ultimam conclamationem, quasi rebus desperatis comburebantur.

Cōnclāuātŭs locus, (κομφωτὸς) dicitur una claue clausus: à conclauo.as. (κομφόω,) cuius passiuum est conclauor.

Cōnclāuĕ, (μυχὸς) pen. prod. neut. gen. & conclauis, fœm. gen. locus secretior in interioribus tectis, ubi colloquia fieri solēt. Habetq; unam clauem communem domesticis, quòd intra eum multa loca clausa sint adhærentia triclinio. Cice. Conclaue triclinium interpretatus est. Teren. in Eunucho, Dum apparatur, uirgo in condaui sedet. Cic. 1. De Diuin. Conclaue illud ubi erat mansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. Horat. in Sern. Currere per totum pauidè conclaue magisq;. Conclauum, idem significat. Plaut. in. Aulul. Et conclauium mihi peruium facitis.

Cōnclūdo.is. pen. pro. simul claudo. συγκλείω, καθείργω, συγκατακλείω. à quo cōclusus annulus dicitur. Teren. in Adel. Nam me in cellam aliquam cum illa cōcludam, id tutissimum est. Item perorare: id est orationem terminare. συμπεραίνω, ἐπιλέγω. Cice. 6. Verri. Vt aliquando totam huius generis orationē concludan ac definiam. Vnde conclusio dicitur, quam Græci ἐπίλογον, nostri modò perorationē modò cumulum uocant. nam cumulus proprie aceruus est, & in conclusione omnia quasi in unum aceruum colliguntur.

Cōncōrdārĕ, est concordem esse. ὁμογνωμονέω. Terentius in Phorm. Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam senectutem oblectet.

Cōncōrdĭa, (ὁμόνοια) discordiæ contraria est. Sallust. Concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Item dea, cuius templum nō longe à lacu Curtio in Palatino monte, & ciuitas. Plin. & P. Mela.

Cōncōrpŏro, simul cōporo. συναρμοτόω. quod fit quū duæ pluresue res mixtæ unum quid efficiunt: Plin. Semper mulsum ex uetere uino, fœillimeq; cum melle concorporatur.

Cōncōrs, à coniunctione cordis dicitur, qui unius cordis, siue unius animi est. ὁμογνώμων, ξυναύλ& Cic. 1. Tusc. Alijs cor ipsum animus uidetur: ex quo excordes, uecordes, concordes que dicūtur. Plinius libro septimo, capite duodecimo. Diuersarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri super omnem esse taxationem. Inde Concordia. Item Concorditas, pro concordia apud Pacuuium, aliosq; ueteres: Concorditatem (inquit) hospitio adiunctam perpetē probitatem conseruetis. Concorditer aduerbium. Cice. pro Rabir. Et tibi acerbior patrui mors est, quem nunquam uidisti, quàm illi eius fratris, qui cum concordissimè uixerat. Et concordo uerbum. Quibus contraria sunt discors, discordia, discorditer, discordo.

Cōncrēdo.is. uide in dictione Credo.

Cōncrĕpo.as. pen. cor. personо. διαλαλέω. Et plus est quàm sono. Nam con ibi auctiuum est. Teren. Sed ostium cōcrepuit.

Cōncrētŭm, conglutinatum & coniunctum dicimus. συμπεπηγός. Vergil. Multa diu concreta modis inolescere miris. Inde mare concretū, quod distat ab insula Thule unius diei nauigatione.

Cōncŭbĭtŏr, qui coit. συγκοιμητής.

Cōncŭbĭtŭm, (μεσονυκτίον, τὸ μέσον νυκτῶν) noctis primus somnus: seu intempesta nox, quia tunc tempus agendi est nullum, quòd ferè omnes cubent. Alij ab eo quòd siletur, silentium noctis.

noctis, quod Plautus conticinium uocat. Sisen. li. 4. Histor. Ipsi legati concubia nocte oppido digressi, iam supra hostium munitionem succedunt.

Cōncŭbo. as. pen. cor. & Concumbo. is. συγκαθεύδω. simul dormio, simul quiesco. Per translationem de re uenerea dicitur. Teren. in Hecy. Nam aiunt tecum pòst duobus concubuisse eam mensibus. Vnde & Concubinus, (σωεύνος) & Concubina, (ὁμαυλίτις) quòd simul cubent. Hinc & Concubitus. us. (σωουσία, μίξις) coitus.

Cōncŭlco, (καταπατέω, ἐνάλλομαι.) uide Calco.

Cōncŭpīsco. is. (ἐπιθυμέω.) uide in dictione Cupio. Hinc concupiscentia, (ἐπιθυμία) quæ est bonarum æquè ac malarum rerum appetitus.

Concurro, conuenio, conuolo, confugio. Cice. Verba ne aspere concurrant.

Cōncŭtio. is. concussi, cōcussum. διασείω. uide in dict. Quatio.

Cōndălium annuli genus, teste Festo: dictum ab eo, quòd digitum concludat. Plaut. in Trinu. Sat in thermopolio condalium. Vide Condulus.

Cōndĕcĕt, (πρόσκει) uide Decet. Vnde Condecens. πρόσφορος. Condecenter. προσφόρως. Gell. li. 6. ca. 12. Commodè hæc quidem omnia, & condecenter. Condecentia, ἁρμονία μοσύνη. Cicero 3. de Oratore, Sic uerbis quidem ad aptam compositionem & condecentiam, sententijs uero ad grauitatem orationis utatur.

Cōndēmno. as. ex con & damno, significat iudico. καταγινώσκω, καταχείνω. Et construitur cum ablatiuo, uel genitiuo. Cicero Tyroni: Etiam sceleris condemnat generum suum. Idem Curioni: Quare si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine.

Cōndēnso, cogo, spisso. Colum. lib. 2. Torrido sale contingitur, rursúsq; ponderibus condensatur.

Cōndepso, comisceo: à græco δέψω. Cato lib. 11. cap. 72. post ea farinæ conspergito condepsitóq;.

Cōndĕcŏro, pen. cor. honestio. κοσμέω, τιμάω. Penultima uero prod. orno, politum reddo. Teren. in Prol. Hecy. Vobis datur potestas condecorandi ludos scenicos.

Cōndico. is. pen. pro. simul dico, simul determino, constituo. διαγορεύω, συγκροτέω, καταγίνω. Iustin. lib. 3. Nam inducias, quas proprio nomine condixerant, & sociorum personarum pebant. Vnde Condictus, simul dictus, & promissus. συγκεκροτημένος. Item repetere. Iulius: Si alienam rem mortis causa donauero, eáq; usura parta sit, uerus dominus eam condicere non potest. Item contradicere. Plautus, Hic scit posse sibi condici, si conualuerit donator. Item secundum Iureconsultos pro dicendo denunciare, (προκαλέω) sed proprie quando actio datur in personam. Suetonius in Tyberio. Cœnam à lege condixit, ne quid ex consuetudine immutaret.

Cōndictio, & pronunciationem quandam & actionem significat. Est & Condictio (ut docet Festus) in diem certum eius rei, quæ agitur, denunciatio. Condicere enim prisca lingua, est dicendo denunciare.

Cōndictum, quod in commune est dictum: id est promissio, seu pactum inuicem factum. ὡμολογημένον.

Cōndignum, (ἄξιον) pro digno ab aliquibus usurpatur. Plaut. in Amphit. Aecastor condignum donum, qualis est quì donum dedit.

Cōndio. is. condiui, uel condij, conditum, pen. prod. sapidum facio, quod fit cum epulæ sale, aut pinguedine, seu aromatibus condiuntur. ξωμύω, ταριχύω, ἀρτύω, ἁλιάω. Iuuenal. Et quadringentis numis condire guloſum Fictile. Hinc condimenta (ἀρτύματα, ἁλίσματα) dicuntur, quæ ad condienda obsonia fiunt. Cic. lib. 3. Offi. Nam ut tribuamus aliquid uoluptati condimenti. Hæc si per se sint, Græco uocabulo ὄψον dicuntur.

Condiscipulus, li. qui cum alio discit Cice. Tusc. Dicæarchus cum Aristonopeno æquali & condiscipulo suo.

Cōnditāněum, (ἀρτυτικὸν) modò à condendo, modò à condiendo fit: significat quod condi uel condiri potest. Vnde apud Varronem: Conditaneam oleam in agro crasso & calido maximo ferre conuenit.

Cōnditio, (διάθεσις) sine c, à condo. is. fit, & pro fortuna, ac sorte fortunarum, temporum, & rerum poni solet. Cice. O miseram conditionem administrandi consulatus. Conditio pacis, ὁμολογία. Homo bonæ conditionis, qui in bona fortuna est: hoc est, qui diues est. Aliquando electionem & conuentionem denotat. Teren. Amatores Chrysidis tulerunt conditionem, (πρόκλησιν) si uellet eis morem gerere, se daturos illi precium, ipsa uero accepit conditionem. id est, pactioni, promissioníq; consensit. Martial. Conditio melior si tibi nulla, ueni.

Cōnditītĭus. a. um. quod conditum est & seruatum. ἀπόθετος. Colum. lib. 9. De columbis: Duobus aut tribus modis mensibus acceptant condititia cibaria, cæteris se ipsas pascunt seminibus agrestibus.

Cōnditīuŭs. a. um. quod aptè condi & seruari potest. ἀποκεῖσθαι δυνάμενος, ἀποκάμενος. Varro lib. 1. De re Rust. Conditiua mala, struthea, cotonia, scantiana, mustea, in loco arido & frigido superposita palea, seruari recte putant. Colu. li. 8. Itaq; mane priusquam procedant in pascua, conditiuis cibis sustinendæ sunt, ne immaturis herbis citetur aluus.

Cōnditŏr, penultima correpta qui aliquid facit, uel rei alicuius author. ἄρξας, δημιουργὸς, κτίστης, ἀρχηγός: ut, Conditor legum, Plaut. in Epid. Conditor disciplinæ militaris, Plinius in Epist. Conditor uero penult. prod. à condo. is. qui fercula condit. ὀψαρτυτής.

Cōnditōrĭŭm, à condendo, sepulchrum dicitur. θήκη. Plin. Tam rara in amicis fides, tam parata obliuio mortuorum, ut ipsi nobis debeamus conditoria construere, omniáq; hæredum officia præsumere. Suetonius scribit conditorium Alexandri Magni aureum fuisse. Ammianus uocat conditorium muralium tormentorum, repositorium machinarum. Petronius Arbiter accipit pro sepulchri repositorio, cum ait: In conditorium etiam prosecuta est defunctum, positumq; in hypogæo, Græco more corpus custodire cœpit. Hypogæa enim Græci dicunt subterranea.

Cōnditūră. æ. idem quod condimentum. σκευασία, ἄρτυμα. Colu. lib. 12. cap. 4. Vasa autem fictilia uel uitrea plura potius, quàm ampla: & eorum alia picata, nonnulla tamen pura prout conditio condituræ exegerit.

Cōndo. dis. didi, (συγκαλύπτω, ἀποκρύβω, ἀποκρύπτομαι, ταμιεύω) pen. cor. significat in unum interiorem locum ad custodiam do, ut fit, cum quempiam compeditum in carcerem condimus & abscondimus. Vergil. Et nota conduntur in aluo. Plin. Si libeat credere, ut sub una ficu turmæ condantur equitum. Quandoq; constituo, ædifico, (κτίζω) quasi simul do: ut, Troiani Romam condiderunt. Et Cicero multos libros condidit: id est, composuit, συντάττω. Hinc inconditus, pro inornato, incomposito. ἀσυντακτος. Quandoq; repono, ἀποτίθημι. Plin. Formicæ condunt æstate fructus quibus hyeme fruantur. Quandoq; potior. Vergil. li. 7. Optato conduntur Tybridis alueo. Huius uerbi composita sunt, abscondo, & recondo.

Cōndŏcefăcio, instruo. συμβιβάζω, συμπαιδεύω. Cic. li. 5. Tusc. Nemo est enim qui eorum bonorum animum putet esse iudicem, eumq; condocefaciat, ut ea quæ bona malá ue audiantur, possit contemnere.

Condris, herba est, quam nonnulli pseudodyctamum uocant: & ferè ubique crescit dyctamo folio simili, ramulis minoribus.

Cōndūcĭbĭlĕ, quod utile est. ἀνυσιτελὴς, ἀνύσιμον. Plautus in

Bac. Non ego istuc facinus mihi conducibile esse arbitror, Item quòd conduci potest.

Cõdũco.is.penult.prod.*simul dũco: uel pro simplici ponitur. Plaut. in Epi. Mane me iussit senex conducere aliquam fidicinam sibi huc domum. Interdum colligo, congrego.* συνάγω. *Var. Mane suscitat rostra, populum in fora conducit. In terdum conuerto. Lucilius: Et uirtute tua & claris conducere chartis. Interdum emo, precio accipio. Plaut. Cedendum conduxi ego illum. Idem in Pseud. Quantulo argenti te conducit Pseudolus? Sic conducere domum, conducere fundum. Conducere etiam is dicitur, qui precium accipit pro re aliqua facienda: quod & redimere dicitur. Vlpianus Si quis seruum docendum conduxerit. Cicero de Diui. 2. Qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendam. In tertia autem persona uel infinito, significat utile esse.* συμφέρειν, συμβάινειν. *Et si de homine loquamur, cum datiuo tantum construitur. Colum. lib. 1. Nam id minime conducit agricolæ. Si autem re alia, tunc quoq; datiuum exigit. Plaut. in Capt. Vt potissimum quod in rem recte conducat tuam, id petam, id prosequar corde, animo, atque uiribus. Et iterum ibidem: Nam si ea memorem, quæ ad uentris uictum conducunt, mora est. Cice. Lent. Et Reipub. rationibus putem conducere. À conduco, fit participium cõductus.a.um.* (μεμισθωμένος) *& conductus.us. nomẽ.*

Cõdũctĭtĭus.a.um. (μισθωτὸς) *quod conduci solet, uel conducit, siue ex eorum numero est quæ conducuntur. Plautus in Epi. Sed una res me turbat, ratioq; apodici, quo modo ostendam fiduciam aliquam conductitiam. Conductitia domus,* (πανδοκεῖον οἶκος) *tamen dicitur quæ conducta est. Sic conductitia opera, dicitur mercenaria quæ conducta est. Varro: Omnes hi agri coluntur hominibus seruis, aut liberis, aut utrisque. liberis autem, cum ipsi colunt, ut plerique pauperculi cum sua progenie, aut mercenarijs & conductitijs operis liberorum.*

Conductio.onis.redemptio, collectio. Cic. pro Ceci. *Cum idem ex eadem conductione fuerit in fundo.*

Conductor.oris.redemptor. Cic. ad Quint. Fr. *Is respondit se eius operis. HS. CCCV I. conductorem fuisse.*

Cõdũlus, (κόνδυλος) & Condalius, annulus. Plin. *Id Græci à digitis condulum quoque & condalium annulum dixerũt, quòd in illo digitus recondatur, forte instrumentum quo sutores utuntur, ne digitos offendant. Plaut. in Trin. Inter eos ne homines condalium redipisci postulas? Hinc etiam symbolum & ungulum prisci dixerunt. Vide Condylus.*

Cõduplicãtio. onis. exornatio quædam Rhetorica, ad Hermolaum, Conduplicatio est eiusdem unius aut plurium uerborum iteratio.

Cõduplico. as. conduplicare, quasi simul duplicare, & duplicem facere. Cicero de Di. *Interea propè iam occidente sole inhorrescit mare, tenebræ conduplicantur.*

Cõdurdare, herba solstitialis, flore rubro, inquit Plinius libro 26. capite 7.

Cõdus, condi, qui condit, & seruat bona domini sui, sicut promus, qui promit. Plautus in Pseudu. condus, promus, procurator peni.

Cõdўlõmă. atis. (κονδύλωμα) penultima producta. morbus (ut Iulius Pollux inquit) qui nascitur circa coronam ani, siue podicis, tuberculum insanabile, & circa sedem fiunt condylomata magna, sed non laboriosa. Nascuntur ex inflammatione, nec sunt hæmorrhoides, sed eminentes tumores, nunc molles, nunc duri, figura rotunda & nihil eminentes. Celsus libro 6.

Cõdўlŏs, (κόνδυλος) penul. cor. iunctura & nodus articulorum in digitis, & eminens stricta in pugnum palma. Nam quatuor digiti, ut scribit Aristoteles, ternos habent condylos, pollex uero duos. Græci etiam (κόνδυλον) pugnum uocant, qui fit complicatis digitis in condylos & tuberculum. Vnde Plutarchus scribit eum quem Castor condylo percussisset statim mortuum. In cacozeliam incidit Martian. in 1. Caput illi uirga comminuens, eisdem quibus fuerat eblandita ictibus crebris, complicatisq; in condylos digitis uulnerabat. Vide Condulus.

Confabulo & confabulor, fabulas narro, colloquor de rebus uanis.

Confatalis & hoc confatale idem quod fatalis. Cicero de Fato. Copulata enim res est, & confatalis.

Cõfarrĕãtio. quære in dictione Diffarreatio, à confarreo. Apuleius formauit participium confarreaturus: Talis (inquit) mulieris publicitus matrimonium confarreaturis.

Cõfercĭo.is. ex con & farcio componitur, significat compleo. ἀμφορίω, συσκιυάζομαι. Cic. in Catil. Vino languãdi, conferti cibo, sertis redimiti, unguentis obliti. Inde cõfertus.a.um. ἀθρόος, συνεσκευασμένος. à quo confertissimus, pro frequentissimus, siue creberrimus. Liui. lib. 2. In confertissima turba prope regium tribunal constitit.

Cõfĕro, pen. cor. simul pono. Cice. lib. 3. Offic. Omnes curas cogitationesq; meas conferebam. Ponitur aliquando pro consero. unde conferre pedem. ὁμίσαι χωρῆν τινί. Verg. lib. 9. *Et si conferre manum furor iraq; monstrat.* Quandoq; pro contollo. συμβάλλω. Vergil. *Et conferre gradum & procedere longius audet.* Quandoq; pro disputo, seu in comparationem deduco. συμβάλλω. *Et dicimus Confero te illi, & cum illo. Oui. Confer Amyclæis medicatum uellus aheneis, Murice cum Tyrio turpius illud erit.* Quandoq; pro paro, dispono. Plaut. in Cur. *Ita tuum conferto amare semper, si sapis ne id quod ames, populus si sciat tibi sit probro.* Quandoq; pro impono, injicio. ἐπάγω. Idem in Amph. *Ne posterius in me culpam conferas.* Quandoq; pro facio. Terenti. in Heaut. *Syrus cum illo nostro consusurrat, conferuntq; consilia adulescentes. id est, simul faciunt.* κοινωνίουσι. Quandoq; pro coniungo. ζευγνύω. Cic. ad Oct. *Nam ut ordiar à principio, & perducam ad extremum, et nouissima conferã primis.*

Sic conferre uerba in pauca, (διὰ βραχέων ἐπῶν) *pro concludere, reducere. Plaut. Nũc uerba in pauca conferam. Et Colu. lib. 1. Sitq; utriq; proximũ horreum, quò conferatur rustlicum instrumentũ. id est, in unũ reducatur,* (συμφορεῖσθαι.)

Quandoq; pro transfero, traduco. μεταφέρω. Terenti. in Eun. *Metuet semper quem ipsa nunc capit fructũ, ne quãdo iratus tu aliò cõferas. Idem ibid. Vsqueadeò ego illius ferre possum ineptias, & magnifica uerba, uerba dum sint. Verũ enim si ad rem conferentur, uapulabit. id est, deducentur.*

Quandoq; pro contrasero. Liu. lib. 1. *Aliquoties Latinus exercitus cominus cum Romanis signa contulerat.* Quandoq; pro ualeo, seu prosum. συμφέρω, ὠφελέω. Colum. lib. 1. *Cæterum ad æstiuos temperandos calores, plurimum conferunt salientes riui.* Quandoq; pro dono, (καταθύμι) *ut, multa contuli in Catonem: id est, multa donaui Catoni.*

Similiter ire: ut, contuli me domum, & contuli me ad Catonem.

Cõfĕruăm, herbam uocant, à conferminãdo, quæ in aquis dulcibus nascitur, spongia uerius aquarũ quàm muscus aut herba, uillosæ densitatis ac fistulosæ. Plin. lib. 27. cap. 8.

Cõfessŏr, qui confitetur rogatus. ὁμολογητὴς. Cice. ad Attic. lib. 2. *Præclarum spectaculum mihi propono, modo te confessore spectare liceat.*

Cõfestim, id est, euestigio. παραχρῆμα, παραυτίκα. Cæsar 7. Bell. Gall. *Cæsar præmisso equitatu, confestim legiones subsequi iussit.*

Cõficio.is. confeci, confectum. compositũ est ex con & facio & eiusdem ferè significationis sunt, nisi hoc magis, quòd ipsum conficere semper eius rei quæ fit, finem, siue perfectionẽ absolutionemq; desiderare uidetur. Cic. Fam. 7. de Dionysi.

si me amas, confice. quancũq; ei fidẽ dederis præstabo. Idem: Confeci quæ iussisti omnia. Huc pertinent uariæ loquẽdi formæ. Cicer. Phil. 9. At ille properans, festinansq; mandata nostra conficere cupiens. Et conficere officium legationis apud Cæs. Bel. ciu. 3. Teren. And. Nam satis credo si aduigilaueris, Ex unis geminas mihi conficies nuptias. Plaut. Cistel. Nemo exibit, omnes intus conficient negotiũ. Vbi id erit factum ornamẽta ponunt. Sic cõficere pacem. Cic. pro Fla. Pacem maritimã summa uirtute, atq; incredibili celeritate confecit. Teren. Heaut. In mentem uenit. nanq; adolescens quàm maxime in spe erit, tam facillime. Boni patris pacem in leges cõficiet suas. Conficere iter. Cic. Att. Nunc iter conficiebã æstuosa & pluuerulẽta uia. Sic conficere annos, uitæ cursum, curriculũ: & de sole Cic. Sol cursus annuos conficit, cuius lustrationẽ menstruo spatio luna complet. Conficere annales, librũ: proscribere, componere. Conficere pecuniã, procurare, comparare. Cic. pro Syl. Duæ rationes conficiendæ pecuniæ, aut uersura, aut tributo. Cõficere exercitum, Cic. Conficere bibliothecam. Cic. Att. Velim cogites id, quod mihi pollicitus es, quemadmodum bibliothecam nobis conficere possis. Id quod alio modo sic dixit: Libros tuos conserua, & noli desperare eos meos facere posse. Conficere bellũ. Cic. Fam. 5. Nam si hoc expectandũ sit, dum totũ bellum conficiam. Admittit quoq; in hoc genere præpositionem. Cic. ad Qu. frat. Spero nos ante hyemem contubernales fore. de nostra Tullia tui mehercule amantissima, spera cum Crassipede nos confecisse. id est, transegisse. Idem Att. 12. Sed hæc coràm uidebimus, ita tamen, ut hac ætate sanum absolutum sit. Tu tamen cum Apella Chio cõfice de columnis.

Econtrario & in malam partem accipitur: cuiusmodi est apud Ciceronẽ de Nat. Eorum aduersi acuti morsu diuidũt escas, infimi autem conficiunt. id est conterunt. Plin. lib. 26. cap. 8. Aliâs enim cibos non transmittit, aliâs non continet, aliâs non capit, aliâs non conficit. Et Teren. Phor. Egomet ire senibus Sunium Dicam ad mercatum, ancillulã emptum quã dudum dixit Geta. Nam cum hic non uideant me, conficere credant argentũ suum. nunc ponitur pro malè absumere. Sic patrimoniũ conficere, Cic. Et Plaut. Capt. Quia me meamq; rem, quod in te uno fuit, Tuis sceleslis falsidicis fallacijs delacerauisti, de artuauisliq; opes: Confecisti omnes res atq; rationes meas. id est occidisti, perdidisti, qui equid ad hanc rem conficiendam excogitaueram. Cic. Nihil est enim opere aut manu factũ, quod aliquando non conficiat, aut consumat uetustas. Et conficere hominem, est sauciando uulnerare: & proprie hoc uerbum (ut inquit Don.) conuenit gladiatoribus ijs, qui grauissimis uulneribus occubuerunt. Cic. Plagis confectum ante oculos tuos cecidisse, Liuius ab Vrbe 1. Prius itaq; quàm alter, qui nec procul aberat, consequi posset, & alterum Curiatium confecit. Quin & Lactantius usus est hoc uerbo, translatione hinc sumpta, libro 2. ubi inquit: Ignis quidem permisceri cum aqua non potest, quia sunt utraq; inimica: & si cominus uenerint, alterutrum quod superauerit, conficiat alterum, necesse est. Transfertur quoq; ad molestiarum dolorũq; magnitudinem. Et interdum actiue. Cicero Att. 11. Me conficit solicitudo, ex qua etiam summa infirmitas corporis: qua leuata, ero unà cum eo qui negotium gerit. Interdum passiue, & cum ablatiuo. Cic. Offic. 3. Quid si Phalarim crudelem tyrannum & immanem, uir bonus, ne ipse frigore conficiatur, uestitu spoliare possit, nónne faciat? Idem Fam. 4. Quanquam enim nulla mei ipsum priuatim perculit insignis iniuria: nec mihi quicquam tali tempore in mentem uenit optare, quod non ultro mihi Cæsar detulerit: tamen nihilo minus eis conficior curis, ut hoc ipsum quod maneam in uita, peccare me existimem. Interdum absolute. Idem: Conficior uenisse tempus, cum iam nec fortiter, nec prudenter quicquam facere possim. Ab hoc uerbo deducuntur confectio, confector, confectura, &c.

Cõfido. is. πέποιθα, θαῤῥῶ. pen. pro. credo, & certus sum. *Et tum de præterito, tum de præsenti, tum de futuro tempore dicitur. Val. li. 5. ca. 10 De præterito, Cic. Quoniam probatã rationem officij mei uobis esse confido. De præsenti, idem: Quanquam à Crathippo nostro principe huius memoriæ philosophorum, hæc tibi assidue audire confido. De futuro, ut apud eundem: Ita fore confidimus. Et dicimus, Confido tibi, & in te. Cic. Ne dubites mittere, & arcæ nostræ confidito. id est, dissoluam pro eis. Verg. Et afflictis melius confidere rebus. Aliquando confidere significat audere, niti. ἰσχυείσθαι, σκύπτεσθαι, quod & in bonam & in malam partem accipitur. In bonam. Cicero lib. 3. De legibus: Vir excellens & fortis confidere sibi debet, & suæ uitæ, & actæ, & consequenti. In malam etiam accipitur. unde confidentem (πλημμελίαν, θρασεῖαν, παράβολον) dicimus, qui leges iuraq; contemnit, & nihil timet. Quamobrem & pro temerario, imprudenti, & improbo poni consueuit. Teren. in Phor. Homo confidens quòd illum Dij omnes perdant. Verg. Nam quis te iuuenum confidentissime nostras Iussit adire domos? Hinc confidentia, (θράσος) quæ est audacia cum improbitate. Teren. in And. O ingentem confidentiam. Aliquando tamen confidens ponitur pro constanti & graui. θῤῥαλέος. Idem ibidem: Nescio quis senex uenit modò ellum confidens. Dona. Confidentem pro constanti non in mala significatione posuit.*

Et confidentia, (θάρσος) constantia, duritia, patientia. Plaut. in Aul. Scapularum confidentia uirtute ulmorum freti. De hoc uerbo Cicero Tusc. 3. ita ait: Qui fortis est, idem est fidens, quoniam confidens mala consuetudine loquendi in uitio ponitur. Ductum uerbum à confidendo, quod laudis est: ut ex Ciceronis uerbis laudis sit confidere, confidens uerò & confidentia ab ipso uerbo facta in uitio ponantur. Et confidenter. τὸ θαῤῥαλέως. constanter. Plautus: Quæ non deliquit, decet audacem esse confidenter. Quandoq; etiam temerariè. θρασέως. Accius: Qui in puellæ domum tam confidenter irrupit.

Configuro, intentis oculis intueor. Colum. lib. 4. ca. 20. *Ne pra uitas statuminum, ad similitudinem sui uitem configuret.*

Cõfinis, pen. pro. *qui simul finit.* ὅμορος. *unde confines agros dicimus qui eodem loco finiunt. Liuius 4. ab Vrbe: Excursiones inde in confinem agrorum Labicanum factæ fuerunt. Confinis meus. Martia. lib. 2. Vexat sæpe meum Patrobas confinis agellum. Confine per translationem, idem ferè quod simile. Quintilianus libro 6. cap. 4. Ei confine est, quod dicitur per suspicionem.*

Cõfiniũm, idem quod confinis. μεθόριον. Colum. lib. 4. *Mediocritas in electione loci maxime probatur: quoniam in confinio boni maliq; posita est.* Lactan. *Ex quorum confinio nassus exoriens, æquali porrectus iugo, utranq; aciem simul & discernit & munit.*

Cõfio, is. (συμπάσχομαι) *uide in dictione Fio.*

Cõfirmo. as. are. *firmum facere. Cicero pro lege Manil. Mithridates autem & suam manum iam confirmarat, &c. Aliquando assueuerare. Cicero de Amicit. Nemo unquam erit, & (ut confirmare possum) nemo certe fuit. Vnde confirmator, confirmatio, uerbalia. & confirmitas, confirmitatis apud Plautum.*

Cõfiscãre, *est in publici ærarij ius redigere. uide in Fiscus.*

Cõfiteor. eris. sus. (ὁμολογῶ) *uerbum commune, idem quod fateri, nisi quod confiteri sit sponte quodammodo fateri, uel alio suadente, aut cum alio fateri; in significatione actiua. Lactan. lib. 5. Vt doceret quibus pœnis affici oporteret, qui se cultores Dei confiterentur. Solet assignari differentia inter confiteri & profiteri, quòd illud necessitatis, hoc uoluntatis sit. Cicero pro Manilio; Hoc ego non solum confiteor, uerumetiam profiteor.*

Conflagro, ardeo. Plin. de Viris illust. Fulmine ictus cum regia conflagrauit.

Cõflãgẽs, (σύμπνοι) pen. prod. dicuntur loca, in quæ diuersi conflant uenti, à conflo. as. Festus.

Cõflãrẽ, simul flare. συμπνέω. quòd proprie dicuntur uenti facere, cum sunt diuersi. Interdum est sufflare. φυσᾶν. Plinius: Philiscus officinam pinxit pictoris, ignem conflante puero. Interdum signare. χωνεύειν. quia hoc non nisi conflato igne fieri potest. Vnde conflatam pecuniam dicimus: hoc est, signatam. Interdum ex composito & consensu multorum adorno. Cicero in Ver. Actio. 3. Vnde hoc totum ductum & conflatum mendacium est, (σωρευσμένον, ἐσκευωρημένον, συγκεκροτημένον.) Interdum concitare, contrahere, & ut plurimum de malis dicitur. σωρεύειν, ἐπισωρεύειν. Dicimus enim, Tu tibi hodie conflasti inuidiam, inimicitias, odium. Sallust. Magnam illi inuidiam conflauerant. Item, Mihi conflaui æs alienum. quod est, feci me debitorem alienæ pecuniæ. Idem: Alienum æs grande conflauerat, quo flagitium aut facinus redimeret. Quibus correspondet, Dissoluo æs alienũ, quod est, æs alienum quod conflaueram restituo. Cicero, Patri persuasi, ut æs alienum filij dissolueret. Interdum congregare. Lactantius libro secundo. Ita conflauit ex his omnibus populum. Interdum conficere, creare. Idem libro septimo. Et quicquid est in hoc opere mũdi conflauit, ac perfecit ex nihilo. Verg. libro primo. Georg. Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem. hoc est, cudunt ur, fabricantur. Item suflo, & per translationem significat contrahere debitum, & facere se debitorem alienæ pecuniæ: ut conflare æs alienum. Sallust. Quæq; æs alienum conflauerat. & conflare est efficere, fabricare. Vnde conflatura.

Cõflãtĭlẽ. (χωνευτὸν) pen. cor. quod conflando factum est.

Cõflãtūrã. ræ. Plin. libro 7. cap. 56. Argentum inuenit Erichthonius Athenienſis: ut alij, Ceacus. auri metalla, & conflaturam Cadmus Phœnix ad Pangeum montem.

Cõflĭctо. as. (διαμάχομαι) quod est frequenter pugno, percutio, simul affligo. Cicero libro secundo, ad Heren. Malo magno est hominibus auaritia, idcirco quòd homines magnis & multis incommodis conflictantur. hoc est, concutiuntur, concertant, uexantur. Dicitur & conflictor. aris. deponentaliter. id est, ἀμφισβητοῦμαι, ἀγωνίζομαι, ὠθίζομαι. Terentius in Andria. Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi. id est, atteritur. Vnde conflictatio, uerbale, quæ est (ut ait Donatus) tactus corporum inuicem & collisio. Et conflictus. us. idem: ut, conflictus corporum, conflictus nubium, Cicero.

Cõflĭgo. is. pen. pro. ango, pugno, cum dimicando se homines inuicem sternunt. συμβάλλω, ἐναπάσομαι, συμπίπτω, συμβάσσω. Sallust. Optimum factu ratus in tali re fortunam belli tentare, statuit cum Antonio quàmprimũ confligere. Hinc conflictio, uerbale. Cicero 1. de Inuent. Constitutio est prima conflictio causarum, ex depulsione intentionis profecta, hoc modo: feci, non feci, aut iure feci.

Cõflŭĕrẽ, simul fluere. συρρεῖν, συμβάλλειν. Plin. lib. 13. cap. 22. Et in ipsa excauant radice, quo succus confluat. Et per trãslationem pro conuenire. Cicero 2. Tuscul. Quod accidet etiam nostris, si ad hæc studia plures confluxerint. Plautus in Epid. Id ego experior cui multa in unum confluunt, quæ meum pectus pulsant. Hinc confluxus, & confluuium, (σύρροος) quò multi riui simul fluunt. Confluus. a. um. quod simul fluit.

Cõflŭẽns, mascu. gen. est alueus in quem duo flumina conueniunt.

Cõflŭgẽs, (σύρροι) pen. prod. loca sunt, in quæ riui diuersi defluunt.

Confodio, idem propemodum quod fodio.

Cõfœdũsti, apud Veteres dicebantur fœdere coniuncti.

Cõfãtã fus, dicebatur quæ cum omni fœtu adhibebatur ad sacrificium.

Cõformẽ, quod est eiusdem formæ. σύμμορφον. Per translationem sumitur pro conuenienti & congruo. ἁρμόττει. Vnde Conformo. as. proprie significat in formam fieri, & configurari. Colum. lib. 9. Diebus quibus animantur oua in speciem uolucrum conformantur. Vnde & pro conuenire, adaptare, assimulare ponitur. Cic. Lent. Veruntamen ipse me conformo ad eius uoluntatem.

Cõfŏrto. as. (παρακαλέω,) & confortor passiuum. Hieronym. lib. 2. Reg. Conforta bellatores tuos aduersus urbem, ut destruas eam: quod est anima & accende.

Cõfŭgĭo, (καταφεύγω,) Confugium, confugela, (καταφυγή.) uide Fugio.

Cõfŭndo, perturbo, & omnia in unum misceo. συγχέω, σωτὰς ῥάλλω. Item terreo. Liu. li. 6. Confusam eam ex recenti morsu animi cum pater forte uidisset. uide in dictione Fundo.

Cõfūto. as. pen. pro. ex con, & futo, sicut & refuto, pen. prod. significat redarguo, opprimo, conuinco, conficio. ἀνασκευάζω. Teren. in Phorm. Confutauit uerbis admodum iratũ patrẽ. Inde confutatio, contrariorũ locorũ dissolutio. ἀνασκευή. Item συγχεῖν, commouere. Titin. Coquus magnum ahenum quando feruit paula confutat trua.

Congelo. as. congelatio. Cicero epistola, Erat in eadem epistola ueternus ciuitatis, gaudebam sanè, & congelasse amicum nostrum lætabor ocio.

Congenero, adiungo, associo. Accius fidicinis. Quam uehat grato tibi congenerat gentium aut generum affinitas.

Cõgĕnŭlārẽ, est genu replicato cadere, uel genibus flecti. γονυπετεῖν. Cæcilius: Ipse regis ferit pectus, aduersum congenuat, percussu deijcit dominum.

Congermino, coalesco, consocior. Varro, Rerum Rusticarum. lib. 3. postea his unã remp. coniũcti & cõgerminati tenuere.

Cõgĕrro. onis. cum quo familiariter uersamur, & facetè confabulamur. Plaut. in Truc. Nequam ueniunt ad scorta congerrones. hoc est, quasi simul cum scortis garrientes. Vide & in dictione Gerro.

Cõgĕro. is. pen. cor. congrego, & coaceruo. συμφορέω. Tibul. Diuitias alius fuluo sibi congerat auro. Hinc Congestitius. a. um. quod congestum est. συγκομιστός. Colum. libro 2. Non deterius tamen etiam pinguibus harenis, uel congestitia humo proueniunt.

Cõgĕrĭēs. riei. coadunatio, agger. Plinius lib. 10. cap. 43. Quĩ congesserat lapides in situlam, ut biberet commodius: ita descendere pauentem expressisse tali congerie, quæ poturo sufficeret.

Cõngĭārĭŭm, (λαμπρὰ ἐπίδοσις) munus imperatorium, siue donatio imperatoria, ut scribit Seneca lib. 4. De benefic. Hoc donabatur populus, sicut donatiuo milites donabantur. Sic Plin. in Panegyr. laudat Traianum, quòd congiarium populo dedisset, quo locupletatæ sunt tribus, cum donatiuum milites accepissent. Huius congiarij diuersæ fuerunt summæ. Tyberius enim cõgiariũ populo trecentos numos uiritim dedit. Caligula congiarium populo bis dedit tricenis sestertijs. Nero quadragenos numos populo diuisit. Est & congiariũ mensuræ genus, ut apud Paulum Iureconsultum. Quintil. lib. 6. Congiarium commune est liberalitatis atq; mensuræ.

Cõngĭus, (χοῦς, χοὰ) pars amphoræ. Congius enim cum deest, efficit quidem ut ne sit iustæ mensuræ amphora. sed cum accedit, & additur, non ille unus facit amphoram, sed supplet. Veteres sextario & dimidio constare uoluerunt. Secundum Dioscor. decem libras continet: & ut sentit Prisc. sextaria.

Conglacio. as. congelo, durescо. Cic. de Nat. Aquam non conglaciari frigoribus.

Cõnglŏbo. as. pen. corr. à globus fit, significat coaduno. ἁλίζω. Liu. 8. Ab urb. Qui Latinorum pugnæ superfuerant, multi

tis itineribus dissipati, cum se in unum conglobassent, Vestia urbs receptaculum fuit. Hinc conglobatim, aduerbiũ, quod significat per globos. ἀθρόως, σφαιρηδόν.

Cõglomero, inuoluo, superaddo. Ennius, Heus mea Fortuna, ut omnia in me conglomeras mala.

Conglutino.as. coniungo, & ferrumino. Cic. de Sen. Sic hominem eadem optime, quæ conglutinauit natura dissoluit.

Cõgrătŭlŏr. (συνήδομαι, συγχαίρω.) unde congratulator. Vide Gratulor.

Congrego.as. pen. cor. congregare uerbum notæ significationis, à grege deriuatum, colligo, contraho, conuoco, coaceruo, aggrego, cogo, frequento, coniungo, in unum locum compello, copias unum in locũ conuenire. Cice. pro Quint. qui cum te uoluntas congregauit.

Cõgrĕdĭŏr, uersor, simul gradior. συναλιατρίβω, συνέρχομαι. Var. Omnesq; in unam domum congressi simul discubuere. Item ad obsistendum, uel pugnandum, uel disputandũ ire. συμφέρομαι, συμπλέκομαι, προσίσαμαι. Gell. Qui ter cum hoste congressus, uictor rediit. Vnde & congressus, (συμβολή) pro pugna. Sall. Multi in eo congressu perierunt.

Cõgræcŏr. aris. depon. & Congræco. as. actiuum: compotationibus indulgere, genialem uitam agere. Plautus in Bacch. Quodq; in lustris comedam, & congræcem pater. Tractum est ex more Græcorum, qui compotationibus ac delitijs plus æquo indulgent.

Cõgrex, dicitur grex copulatus, cõmixtusq;. συνάγελος. Apul. lib. 7. Namq; me congregem pastor egregius aliquando permisit. Sic segrex, (ἀπομάγελος) à grege segregatus ob excellentiam. Seneca in Hippol. Segregem sparsi per agros.

Cõgrŭo. is. grui. conuenio. συμπίπτω, ἐπιβάλλω, ὁμοφρονῶ. tractum à gruibus, quæ non se segregant, siue cum uolant, siue cum pascunt. Plaut. in Gurg. Sanè illi inter se congruũt concorditer. Vnde congruũ. καταλληλον. & incongruum, ἀκατάλληλον. Congruens, & incongruens. Lactan. lib. 2. Est autem peruersum & incongruens, ut simulachrũ hominis in simulachro Dei colatur. Congruenter aduerbium. Cice. 3. de Orat. Vt ad id quodcunque agetur, aptè congruenterq; dicamus.

Cõgrŭs, & Cõgĕr, (γόγγρος) utroq; modo dicitur pro quodam piscis genere. Terent. Et congrum istum maximum in aqua sinito ludere paulisper.

Cõniectārĭŭm, (σύνοχον) efficax, atq; perfectum. Cic. Illud uero mihimet coniectarium.

Cõniecto. as. frequentatiuũ, existimo, iudico. τεκμαίρομαι. Terent. in Eun. Neq; scio quid dicam, aut quid coniectem.

Cõniectŏr, interpres somniorum, & ominum. ὀνειροπόλος. à cõiectura. hoc est, directione quadam rationis ad ueritatẽ. Cic. Defert ad coniectorem quidam somniasse se, ouum pendere ex fascia lecti cubicularis.

Cõniectūră, (στοχασμὸς) ut ait Speusip. est rei latentis indiciũ, & est id quod quis per rationes, & signa, & tempora, & huiusmodi coniicit. id est, cogitat & colligit. Cic. Com. Quantum copiarum haberes, tum ipsa coniectura consequi poterã, tum ex literis tuis cognoui. Quintili. lib. 3. Coniectura dicta est à coniectu. id est, directione quadam rationis ad ueritatẽ. Vnde etiam somniorum, atq; ominum interpretes, coniectores uocamus.

Cõniectūrālĕ, (στοχαστικὸν) adiectiuum, quod per coniecturã colligitur, et proponitur. Cic. lib. 1. ad Heren. Coniecturalis est, cum de facto controuersia est. Hoc modo, Aiax in sylua postquàm resciuit quæ fecisset per insaniã, gladio incubuit: Vlysses interuenit, occisum conspicatur, corpore telum cruentum educit. Teucer interuenit, ubi fratrem occisum, & inimicum fratris cum gladio cruentato uidet, capitis accersit. Hic quoniam coniectura uerum quæritur, de facto erit controuersia, & ex eo constitutio causæ coniecturalis nominatur.

Cõniectŭs. us. (στόχασις) Plin. lib. 26. cap. 4. Aethiopide herba amnes ac stagna siccari coniectu, tactu clausa omnia aperiri. Sic coniectus radiorum, apud eundem: & coniectus oculorũ. Cicero.

Cõnĭfĕră arbor, (λωτοφόρος & κόκκος) dicitur quæ conos fert. hoc est nuces pineis similes. Ouidius: Et coniferæ cyparissi. Coniferos, (λωτοφόρους) uocabant Græci, qui in Bacchi exercitu dum in Indiam proficiscerentur, thyrsos ferebant, quòd thyrsi pineæ nucis speciem habeant.

Cõnciĭcĭo. is. (ἀσφίρω) pen. cor. à con, & iacio, multis accommodatur significationibus. Cicero M. Cælio: Si se in intimum conijcere uellent, non satis commode calceati & uestiti id facere possent. Item ibidem: Atq; illo repentino hominum impetu se in fugam coniecisse. Sallust. Ex eo numero complures Qu. Metellus Celer prætor ex senatusconsulto causa cognita in uincula coniecerat. id est, ἔδησεν. Plautus in Epid. Orna te Epidice, & palliolum tuũ in collum conijce. id est, ἐπιβάλλε. Terent. in Heaut. Hæc ubi aperuit ostium, continuo hic se coniecit intro. Et ibidem: Syre mi obsecro, ne me in lætitiam frustra conijcias. Et in Phor. Hinc me conijcerem protinus in pedes. In quibus significatio est, quod uernacula lingua dicimus butare. Interdum in hoc uerbo Conauget, ut sit simul uel omnes iacere. Liuius lib. 1. Clamore subito undiq; in unũ hostem tela conijciunt. Cæsar lib. 1. Pro uallo carras obiecerant, & è loco superiore, in nostros uenientes tela conijciebant. Per translationem uero significat interpretari, cogitare, colligere, diuinare. συμβάλλειν, εἰκάζειν. Idcirco tum non exigit accusatiuũ cum præpositione, sed naturali contentum est, neq; tamen à prima significatione alienum. Nam cũ aliquis conijcit. id est, simul iacit, confert quæ agenda sunt, & sic cogitat, & colligit, & interpretatur diuinat'q; quid agere debeat. Teren. in Phorm. Tu conijcito cætera. Et in Eun. Quid illud mali est, nequeo satis mirari, neque conijcere. Plautus in Cur. Mane sis dum huic conijcio somniũ. Pro diuinare Cicero posuit lib. de Diuinat. Num igitur aut aruspex, aut augur, aut uates quis, aut somnians melius coniecerit, aut ex morbo euasurum ægrotum, aut ex periculo nauẽ, aut ex insidijs exercitũ, quàm medicus, quàm gubernator, quàm imperator?

Cõniŭgālis torus, dicitur in quo nuptæ sunt. λεχὼ γαμήλιος. Coniugalis myrtus, apud Catonem. Plin. lib. 15. cap. 29. Cato tria genera myrti prodidit: candidam, nigram, coniugalem: fortassis à coniugijs ex illo cluacinæ genere.

Cõniŭgătă, (σύζυγα, συνεζευγμένα, συζυγῆντα) apud Rhetores sunt quæ ab uno genere ueluti iugo flectuntur: ut à iustitia, iustus, iustè, iustum. Hinc locum à coniugatis dicimus, cum ita argumentamur, Si risus gaudiũ est, ergo & ridere gaudere.

Cõniŭgo. as. pen. cor. simul iugo, quasi in unum iugum iungo. συζεύγνυμι. Vnde coniugatio, (συζυγία) in uerbis dicta est apud Grammat. quòd sibi ad unum sonum multa coniungat, & quasi uno iugo astringat. Cic. in Catone proprie dixit. Ad minicul orũ ordines, capitum coniugatio, & religatio, & propagatio uitium sarmentorum. Cice. 1. Offic. Estq; ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugauit.

Cõniŭgĭŭm, matrimonium. Vergil. Coniugio iungam stabili propriamq; dicabo. Cic. 4. de Finibus. Vt coniugia uirorum & uxorum à natura coniuncta esse dicerent.

Cõnĭŭm, (κώνειον) genus herbæ noxium, quæ cum tritico nascitur: Cicuta.

Cõniũngo. is. xi. ctum. copulo. συνάπτω. tractum à iugo: ut, coniungere boues ferijs, apud Cato. de re Rust. cap. 138. Cassius ad Cice. lib. 12. Castra oppido coniunxit. Cicero ad Marcel. lib. 15. Cui me cum studia communia, beneficia paterna, tuaq; iam antè coniunxerant. Vnde Coniunctura. συναφή. coniunctio. σύνδεσμος. coniunctiuus. a. um. συναπτικός. & coniunctim aduerbium. συνημμένως.

Cōniūnx, secundum Priscianū. & coniux, sine n, secundum Phocam, à coniugo.as. abiecta go syllaba, & addita x. Coniuges (inquit) Est. eiusdem iugi pares. ὁμόζυγοι.

Cōniūgŭs.a.um. (συζυκτικὸς) quod coniungit, & quod coniugatum est. Plin. lib. 8. cap. 23. de aspidibus: Coniuga fermè uagantur, nec nisi cum compare uita. id est, coniugata & iuncta quasi matrimonio.

Cōniūro.as.pen. pro quasi contra iuro, frequenter in malum dicitur, sicut & conspiro. συνίημι, συνόμνυμι. Sallust. Sed antè coniurauere pauci, in quibus Catilina fuerat. In bonū, cum honesta causa sit. Vnde Mutius Scæuola, Trecenti (inquit) coniuranimus principes iuuentutis Romanæ, ut in te hac uia grassaremur. Horat. Coniurat amicæ. Est etiā coniurare simpliciter iurare. Gell. Age malitiam saltem defende, tu uerbis conceptis coniurasti sciens, scienti animo tuo.

Vnde coniuratio, uerbale. Teren. in Hecy. Pro deum atq; hominum fidem, quod hoc genus est? quæ hæc coniuratio? Vt omnes mulieres eadem æquè studeant, nolintq; omnia.

Cōnnăto, simul nato. συμφύομαι. Connatat nobiscum, dixit Plautus, per translationem, pro riualis est.

Cōnnĕcto, (συμπλέκω, συνείρω.) Vide Necto. Inde connexio, συμπλοκὴ.

Cōnnīuĕo, & cōnnīuo.is. iui. uel xi. tum. oculos genis intego. καταμύω, ἐπικωτάω. Plini. lib. 11. Grauiores alitū inferiore gena conniuent. Idem: Columbæ & similia utraq; gena conniuēt.

Transfertur etiam ad alia. Gell. lib. 15. dixit conniuere cauua uentris & stomachi: pro stipari, claudi, & contrahi. Hinc conniuere, (συκαρδαμυκτᾶν) quasi pro transire, & nō uidere ponitur quandoq;. Cicero in Philippi. Quibusdam in rebus etiam conniueo. Idem pro Cælio: Proh dij immortales, cur interdum conniuetis in hominum sceleribus maximis? Sueton. in Cæ. Delicta neq; obseruabat omnia, neq; pro modo exequebatur, sed desertorum, ac seditiosorum inquisitor ac punitor acerrimus, conniuebat in cæteris. id est, reliqua uitia oculis ueluti clausis præteribat, tanquā dissimulanter illa contueretur. Econtrario inconniuens, (ἀσκελάμυκτος) dicitur, qui oculis est uigilantibus sine nictatione. Gell. de Socr. Inconniuēs, immobilis in ijsdem uestigijs perstabat. Vnde inconniuia uigilia dicitur, quando nusquam oculi conniuent, sed apertè peruigilant. Habet hoc uerbum ni syllabam producta m. Silius: Conniuent, solemq; pauent deprehendere uisu.

Cōnno.as.are. simul nare. Vide Nato.

Cōnnubĭum uariat antepenult. (συζυγία) ius legitimi matrimonij: à nubo, cuius prima producitur, cum in connubio quādoque propter metri necessitatem corripiatur. Vergil. Connubio iungam stabili. est enim systole.

Cōnŏīdes, (λιννοειδὴς) cupressus fœmina dicitur, quæ in fastigium conuoluitur.

Cōnōpeŭm, (κωνώπιον) cum œ diphth. tentorium seu uelum, et papilio ille lineus, uel laneus, seu bombycinus, qui toro circundatur ad arcendum culices: quo maxime utuntur Alexandrini, quòd ex Nilo culices confluant, quos Græci κώνωπας dicunt. Proper. lib. 3. Fœdaq; Tarpeio conopea tendere saxo. Horatius. Interq; signa turpe militaria Sol aspicit conopeum.

Cōnōps, (κώνωψ) apud Aristophanem in Pluto species muscæ.

Cōnŏr.aris. niti, & dare operam, ut aliquid fiat. παρῶμαι. Terent. in Andr. Tum autem hoc timet, ne deseras se. P. Hem ego'ne istuc conari queā? Idem: Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo, Conari manibus, pedibus, noctesq; & dies Capitis periculum adire, dum prosim tibi.

Conquassare, Cato cap. 52. Qualum incidito, ex una parte prope imum: si uero calix erit, cnoquassato, cū eo qualo, aut calice in scrobem ponito. Inde conquassatio.

Conqueror, deploro. Cicero in Epist. Nihil tecum de tui fratris iniuria conqueror.

Cōnquīnīsco.is. conqueri, caput inclino. κωκύω. Plaut. Faciendum est puerile officium, conquiniscam ad cistulam.

Cōnrĕgĭōnĕ, Veteres pro eregione dixerunt.

Cōnsălūtārĕ, est ultro citroq; salutationem dare. ἀσπάζομαι. Cicero lib. 2. de Ora. Qui cum inter se, ut ipsorum usus ferebat, amicissimè consalutassent.

Cōnsanguĭnĕi, (συγγενεῖς, ὁμαίμονες, ἀγχίσποροι) dicuntur quī sanguine inter se connexi sunt. Plaut. in Pœn. Meis consanguineis nolo te iniuste loqui. Cic. ad At. lib. 2. Sed βούκωλον & nostri consanguineus, non mediocres terrores iacit atq; denunciat. Et consanguinei dicuntur fratres. Vergi. Et consanguineus leti sopor. Nam somni soror mors est.

Cōnsanguĭnĭtās, (συγγένεια πρὸς αἷματος) ipsa coniunctio. Liuius 7. Ab urb. Ceritem populum misericordia consanguinitatis Tarquinienſibus adiunctum fama ferebat.

Cōnscēndo, (ἐπιβαίνω.) à quo Conscensus, (ἀνάβασις.) Vide Scando.

Cōnscĭentĭă, sui scientia, siue certissima scientia, & ueluti certitudo eius rei quæ animo nostro ineſt, siue bona sit, siue mala. συναίσθησις, συνάδησις. Cic. Nulla re tam lætari soleo, quàm officiorum meorum conscientia. Idem de Sene. Conscientia bene actæ uitæ, multorumq; benefactorum recordatio iucundissima est.

Conscindo.is. lacero. Cic. Epi. Epistolam tuam conscidi inconcentem: & conscindo est in multas partes scindere. hinc consciſſura, ipsa ruptio.

Cōnscīsco.is. conscīui. itū. consentio, statuo apud me, decerno. ὁμοψηφίζομαι. Liu. lib. 1. Censuit, consensit, conscīuit, ut bellum cum priscis Latinis fieret. Valla lib. 5. cap. 89. scribit hoc uerbum ad mortem ferè pertinere, ut conscīscere sibi mortem παραλύειν τὸ ζῆν ἑκουσίως, προΐεσθαι τὸν βίον. Per translationē ponitur pro contrahere. ἐπισπᾶσθαι. Colum. lib. 8. Diligensq; pastor stabulum quotidie conuerrit, nec patitur stercus humorem conscīscere. Sciendum est, quòd conscīsco, asciſco, desciſco, præsciſco, & resciſco, faciunt præterita in iui sicut eorum primitiua: & conscio quidem, desciō, & resciō, rara sunt in usu, sed magis conscīsco, desciſco, & resciſco. Asciō & præscio inueniuntur, quamuis asciō non ita frequenter, sicut præscio, asciſco, & præsciſco. licet magis asciſco, quàm præsciſco eo quòd asciō minus in usu sit, præscio uerò magis. Cum ergo conscīsco, desciſco, & resciſco usurpentur, non mirum est, si conscio, desciō, & resciō obsoleuerunt: quoniam ferè superfluum esset in eadem significatione utraq; habere. E diuerso autem scio sæpissimè reperitur, & non sciſco. Apud Plautū tamen legitur sciſcam in Amphitryone: Ocyus accurro ut sciſcam quid uelit. Præscio in usu est, præsciſco minus. Vergil. lib. 4. Georg. Continuoq; animos uulgi trepidantia bello Corda licet longè præsciscere. Asciō, apud Colum. in præfatione: Et pecoribus parandis conseruandisq; quandoque & hanc asciimus, quasi agriculturæ partem.

Cōnscĭŭs, propriè qui rem scit. συνειδώς. Cice. M. Rutilio: Cum & mihi conscius essem quanti te facerem. Nonius tamen De uerborum differentijs ait, Scius secum, conscius cum alio scius est. Licet conscium indifferenter legamus. Sallust. Populares conscios sceleris sui. Vergilius 1. Aeneid. Et mens sibi conscia recti. Cicero tertio Offic. Sibi autem nullius esse conscij culpæ.

Cōnscrībello, pro conscribo ueteres dixerunt. ἐπιγράφω, ἐπιγράφω. Var. Columna: Itaq; eas in ceram conscribellauit Herculis ad litem. Nonius.

Cōnscrībo, simul scribo, aut simpliciter scribo. ut conscribere quæstionem, conscribere leges, Cice. Conscribere milites, est cogere, & in certum numerum ac scriptum redigere. Conscripti, (πρόσγραμμάτοι) qui in senatu scriptis annotati erant, qui per inopiam senatorum ex equestri ordine in senatorum

torum numerum recipiebantur. Liu.lib.2. Deinde quo plus uirium in senatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus regis diminutum patrum numerum, primoribus equestris gradus electis, ad trecentorum summam expleuit. Traditum inde fertur, ut in senatum uocarentur, qui partes quicq conscripti essent conscriptos uidelicet in nouum senatum appellabant lectos.

Conscriptio.onis. partitio, & digestio in ordines, aut familias, aut ciuitates, aut tribus, aut centurias.

Cõnsecrãněum, quod est consecratum. ἀφιερωμένον. Vocabulum serè in castris repertum, qualia sunt conterraneum, commilitaneum, militaneum, suffarraneum, limitaneum. Iulius Capitol. in concione quadam Maximini Cæsaris, Commilitones (inquit) sacrati, imò uerè consecranei. Alio loco, nullam ciuitatem æquè militaneam esse dixit. Terullian. consecraneos uocat, qui quasi uni sectæ mancipati sunt.

Cõnsecro.as. pen.corr. idem quod sacro, id est Deo dico, & sacrum facio. κατιβῶ, ἐνθαωίζω. Cicc.lib.2. Tuscul. Quasi addicti & consecrati. (ὁμοιῶμαι.

Cõnsĕctãněus, accipitur pro eo qui in eadem hæresi est.

Cõnsectãrĭum.rij. Cic.4.de Finibus: Nunc uenio ad illa tua breuia, quæ consectaria esse dicebas: & primum illud quod nihil potest esse breuius.

Cõnsectŏr, in totum uel sæpe sequor. προσδιαφίβω, ἑωμιτῶ, διώκω, θηρῶμαι. Lactan.li.3. Quæras ab his quid sibi uelint, cũ fœminas tam rabidè consectantur, ut uix diuelli queant. Cæsar 6 Bell. Gall. Redeuntes equites, quò possunt, consectantur atq occidunt.

Cõnsensio, ut Speusippus ait, communio rerum omnium, cogitationum, suspicationumq concordia. Cic.ad Cass. Populi uerò Romani, totiusq Italiæ mira consensio.

Cõnsentiă sacra, quæ ex consensu multorum sunt statuta.

Cõnsentio, is. (ὁμολογέω, ὁμοδοξέω, προσίεμαι, συμφωνέω, ἑκοίομαι) & consentaneus.a.um. (σύμφωνος, ὁμολογούμενος) quære in dictione. Sentio.

Cõnsĕptũm, & Conseptio dicitur quod undiq clausum munitumq est. περίφραγμα. Liu.lib.10. Ibi medijs ferè castris, locus est conseptus cratibus, pluteisq ex lignis contectis.

Cõnsĕquentiă, est quæ ex præcedentibus infertur. ἀκολουθία.

Cõnsĕquiæ, sequelæ, à consequendo: sicut ab exequendo, exequiæ. Apul.lib 10. Nouissimis trahebantur consequijs.

Cõnsĕquŏr, pen.cor. immediatè sequor. ἀκολουθέω. Vergil.lib.5. Quem deinde Cloanthus consequitur. Gelli.lib.2. Vter dies natalis haberi appellariq debeat, is in quem nox ea consecuta est, an qui dies noctem consecutus est. Item obtineo, adipiscor. τυγχάνω. Cicero in Verr. Act.1. Quod ego meo labore & uigilijs consecutus sum. Item exprimere. ἀφιπῶ. Idem Cæsari Iuniori. Extrema uerò quanta & qualia sint, uerbis consequi non possunt.

Cõnsĕro, pen.cor. conserui, consertum, simul misceo. συμβάλλω, ἀψιμαχῶ. Verg.2. Aeneid. Multaq per cæcam cõgressi præ» lia noctem Conserimus. Liu.5. Ab urb. Accensis utrinq animis ad arma discurritur, & prælium conseritur. Sic conserere manum cum hostibus, quasi manui manum admouere. Cicero ad Att. At illum ruere nunciant, & iamiamq adesse, non ut manum conferat (qui cum enim?) sed ut fugam intercludat. Lactantius libro 5. Tum inter se manus conserere cœperunt & insidiari, & gloriam sibi ex humano sanguine comparare. Vnde milites conserti dicuntur, dum pugnant.

Cõnsĕro, pen.cor. conseui, consitum, simul sero, dum pro planto» seu semino ponitur. φυτεύω. Verg. En quis cõseuimus agros? Lactan.lib.2. Quem in partibus orientis omni genere ligni arborumq conseuit. Colum.lib.2. Celerius etiam si eodẽ tempore stercores, & lupino uel faba conseras. Inde consitio. φυτεία, φυτουργία. Cicero in Catone. Nec consitiones modo delectant, sed etiam insitiones.

Conseruo, conseruas, custodio, tueor, retineo, seruo, tutor. Cicero in Epistolis, Quos conseruaui. inde conseruatio, conseruator, & conseruatrix. Cicero.

Cõnsessŭs, (συνέδριον) non est consessio, sed homines in uno loco sedentes: sicut conuentus non est conuentio, sed homines qui in unum locum conueniunt.

Cõnsĭdĕo.es.pen. cor. uel Cõnsĭdo. is. pen. prod. consedi, consessum, significat simul assido. Cicero in Bru. In pratulo propter Platonis statuam consedimus. Et Colum.lib.8. Neque aut recubet, aut considat. id est ponat se ad sedendum. Aliquando significat manere. Cicero de Finib. Cuius in mente consedit iustitia. Aliquando rei humilitatem habet, & quasi denegatam alcius euolandi facultatem. Cic. Consedit utri usque nomen in quæstura. Aliquando ponitur pro conquiescere: ut considere in ocio. Aliquando pro sedari. Liu. Vbi ira consedit. Aliquando pro commorari, uel consistere. Cæ. Phil.13 Martiam legionem Albæ consedisse sciebat Apud Liuium pro desidere legitur de bel. Maced. In Veliterno agro terra ingentibus cauernis consedit.

Cõnsĭlĭārĭus, qui consilium præbet. βουλευτὴς, σύμβουλος. Et consiliarius.a.um. adiectiuum: ut, consiliarius amicus. Plautus in Epid. Iam senatum conuocabo in corde consiliarium.

Consiligo, consiliginis, herbæ genus. Colum.lib.6.cap.5.

Cõnsĭlĭo.is.lui.uel liui. consultum, simul salio. ἑώκομαι. Vnde Consulto.as. frequentatiuum.

Cõnsĭlĭŏr.aris. consilium capio. βουλεύομαι.

Cõnsĭlĭŭm, est ut scribit Cic.lib.2. Artis ueteris, aliquid faciẽdi non faciendi ue ratio excogitata. βέλημα, βουλή. Quando & sumitur pro iudicibus deputatis. Cic. pro Roscio: Qui ex ciuitate in senatum propter dignitatem, ex senatu in hoc consiliũ delecti estis, propter securitatem. Et infrà: Dij prohibeant iudices, ut hoc quod maiores consilium publicum uocari uoluerunt, præsidium sectorum existimetur. Dictum à con & sileo, quòd uno consulenti & cæteri consileant: uel à concilio, ut sit consilium quasi concilium. Sed magis à consilio fieri existimo, quod ex cõ & salio componitur, eo quòd in unam sententiam pluriũ mentes consiliant & conueniant. ut enim exilium ab exilio.is. ita consilium à consilio descendit. Consilium dare, est suadere. συμβουλεύειν. Quintil. Cum Ciceroni dabimus consilium, ut Antonium roget.

Consimilis, contrarium est à dissimilis. Cicero de Orat. Cum rem gessisset consimilem rebus ijs quas ego gesseram.

Cõnsĭsto.is. constiti, propriè est iter inceptum mora interrumpere: & intransitiuè ponitur. Teren. Ociose nunc iam illico hic consiste. Vbi Don. Consistere est audaciter & constanter stare. Sic consistere in anchoris, uel ad anchoram, Cæs. Sed transfertur: ut consistere in sententia. Cic. ad Qu.Fr.2. Tantus clamor à nostris (placuerat enim referre gratiam) ut neq mente, neq lingua, neq oratione consisteret. Cato cap. 125. Et si aluus non consistet. Var. Vt si pluerit, aqua nõ consistat. Sic, consistit salus, fides, spes, &c. Consistimus quoq, cum recuperatis uiribus firmiores incipimus esse, & ualidiores, ita ut sine ulla corporis imbecillitate possumus ingredi. Cic. Fam.7. In eas herbas cum incidissem in cœna augurali apud Lentulum, tanta me διάῤῥοια arripuit, ut hodie» primum uidear consistere. Vergil. pro erigor posuit: Consti» tit in digitos.

Cõnsĭstŏrĭŭm, locus in quo consultandi gratia homines consistunt: uel (ut Suid. ait) consistentium multitudo. Item consistoria dicuntur archiua Cæsarea, & imperatoris Palatinæ domus, quæ etiam uocantur Augustalia. unde consistoriani ab Ambrosio dicuntur, qui senatorij ordinis, uel amplissimi ad principale consilium eligebantur.

Cõnsobrĭnĭ, (ἀνεψιοὶ) qui ex duabus sororibus sunt editi, quasi consororini. Amitini, qui quæ ue ex sorore & fratre propa

gantur. Sed ferè uulgus omnes istos communi appellatione consobrinos uocat. Item qui ex fratribus, patruelibus, aut cõsobrinis propagantur, uel amitinis, cõsobrini uocantur. Patrueles. ἐξάδελφοι, ἀνεψιοὶ. aliquãdo qui ex fratrib. nati sunt.

Cõnsõlãbũndũs, (παρηγορικὸς) à consolor: sicut & consolamen & consolatio (παραμυθία.)

Cõnsõlidã, herba est quæ & conserua, & coagulum dicitur. Græcè σύγχυον. Vulgo sanicle uel uocant, uel uualuuurtz.

Cõnsõlor. penultima producta. solatium præsto. παραμυθοῦμαι, παρηγορέω. & propriè uerbis fit consolatio. Cic. Sulpit. Dices quid me ista res consolatur in tantis tenebris, & quasi per petuis Reipublicæ. Inuenitur & in significatione passiua. Asinius, Sed cum ob ea quæ sperabam dolebam, consolabor ob ea quæ timui. Hinc consolatorius. a. um. quod consolatur, ut epistola consolatoria. παραμυθικός. Cicero ad Attic. libro 13. A Cæsare literas accepi consolatorias. Consolabilis, consolabile. Cicero ad Sul. Est omnino uix consolabilis dolor, tanta est omnium rerum amissio. Consolatio uerbale. Reperitur & consolo actiuum apud Varronem in Oedipo Thyestæ: Per idem tempus Oedipus Athenas exul uenire dicebatur, qui consolaret.

Cõnsõno pen. cor. simul sono. συμφωνέω. Varr. de apibus: Cum iam euolaturæ sunt, aut etiam inceperunt, consonant uehementer, perinde ut milites faciunt, cum castra mouent. Inde consonantes dictæ sunt. σύμφωνα. quòd cum uocalibus sonent, non per se. Per translationem significat concordare. Hinc consonantia, uocum concordantia, quæ Græcè ὐφωνία dicitur.

Cõnsõrs. κοινωνὸς, ὁμότιμος. eiusdem sortis: id est, conditionis & fortunæ & qualitatis in omni re & negotio. Sappho ad »Phaonem Non tantũ Alcæus consors patriæq; lyræq; Lau»dis habet. Consortem Propertius posuit pro simili, cum in»quit, Tu qui consortem properas euadere casum.

Cõnsõrtiũm, ipsa societas. κοινωνία, ἑταιρεία. Dicitur & cõsortionis. Liu. lib. 5. Quænam ista societas, quænam consortio est? Cic. 3. Off. Dissoluatur necesse est omnis humana consortio.

Conspargo. is. idem qui spargo. Cicero pro Plan. Hic me complexus est conspersitq; lachrymis.

Conspectus. us. aspectus, & præsentia. Cicero ad Atticum: Subito cepi consilium, ut exirem, ne qui conspectus fieret, aut sermo. & conspectu priuare.

Cõnspĭcio. is. pen. cor. uideo, cerno. ἀφορῶ. Plau. in Amph. Qui ipsius equidem nunc primum isthanc tecum conspicio simul. Vnde conspectus pro aspectu. σκοπιὸς, περιωπή. Verg. Vix è conspectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti. Dicitur & de mente. Cic. pro C. Bal. Vt conspiciatis cum mentibus, quem oculis non potestis.

Cõnspĭciliũm. διόπτρα. dicitur, unde clanculum conspicere possis. Plautus: In conspicilio asseruabam. Item quod oculis adhibemus, ut melius intueamur, uulgò ocularia dicuntur. Idem: Cedò uitrum, necesse est conspicilio uti.

Cõnspĭco. as. pen. prod. & conspicor deponens, à con & spico, uel spicor componitur. Spicor autem à spica uel à spiculis. unde despico, cor. inspico, cor. perspico, suspico, cor. Est autẽ conspicari. ἰδεῖν, ὁρᾶν. conspicere, seu in conspectu habere. Teren. Eun. Cur te ego in his conspicor regionibus? Sallust. in Iug. Cum interea Metellus monte digrediẽs conspicatur. »Inspico protulit Vergilius lib. 2. Georgicor. Peruigilat, fer»roq; faces inspicat acuto. Priscianus à spicio sentit deduci, sed rectius à spico uel spicor.

Cõnspĭcŭus. a. um. περίβλεπτος. à conspicor, sicut perspicuus à perspicor, modò significat sagacem, perspicacem, acutum. ἔμφρων. Quintil. Conspicuus, sagax, callidus. Modò clarum, & qui ab omnibus conspicitur. Vnde Martial. Conspicuum amphitheatrum appellat.

Cõnspīro. συμπνέω, συμπράττω. penul. pro. simul spiro. συμπνέω. sicut consto. Colum. lib. 4. Cœlestes admittat imbres, eosq; blandis seminibus dispenset, ac suis omnibus partibus ad educandam prolem nouam conspiret. Per translationem sumitur pro coniurare, & consentire. συνίσταμαι. Vnde conspiratio, (σύνστασις) quæ in bonum & in malum capitur. In bonum, Cicero pro Ligario fratrum conspirationem dixit, quasi unanimitatem. Idem lib. 2. Officio. Magnas utilitates adipiscimur conspiratione hominum, atq; consensu. Et Pro domo sua: Hanc nostram conspirationem in Repub. bene gerenda certi homines fictis sermonibus diremerunt. Plini. in Epistol. Proinde conspirate, consentite maioremq; animum ex meo sumite. Colu. li. 12. Nihil quod aut maritus, aut fœmina proprium esse iuris sui diceret, sed in cõmune conspirabatur. Ab utroq; in malum. Dicitur & conspiratus. us. quo Gell. utitur lib. 1. cap. 11. Conspirare quoq; ponitur pro cõuoluere. συνειλῶ. dictum à spiris, quæ sunt reuolutiones, siue circuli, qui in seipsos recurrunt. Vnde non ineleganter conspirare serpentes dicimus, cum se in circum conuoluunt.

Cõnspõndĕo. es. quære in dictione Spondeo.

Conspuo. is. sputo aliquem fœdo. cuius passiuum est conspuor. Plaut. Ab omnibus risus, atq; conspuitus.

Conspurco. as. cõmaculo. Colu. lib. 8. cap. 3. Nam superiliens auis proluuie uentris cibos, & aquam conspurcat.

Constabilio. is. stabile, & firmum facio. Plautus in Captiuis: Rem meam constabiliui.

Cõnstĕrnĭũm, Græcè ἀποδυτήριον dicebatur, locus prope thermas, ubi uestes deponebantur.

Cõnstĕrno. as. aui. atum. significat deiicio. συνίημι. Sallustius Qua uictoria elati hostes, nostri territi, atq; animis consternati discessere. Idẽ: Et qui sine rectoribus exterriti aut sauciĩ consternantur. id est ἐκπλήττονται, πλήττονται. Inde consternatiõ, (συστολὴ, ἔκπληξις) quæ est concitatio quædam subita ex aliquo metu: & à sternutamento deduci uidetur, quòd eo toto concutimur corpore.

Cõnstĕrno uerò. is. constraui & consternui. καταστρώνω, καταβάλλω. diuersum est, & significat idem quod sterno. Verg. It strẽdor & altè Consternunt terram concusso stipite frondes. Gallicè couurir la terre. Sic consternere aream silicibus & lapide: id est pauer. Colum. lib. 1. Area si competit, ita constituenda est, ut uel à domino, uel certè à procuratore despici possit, eaq; optima est silice constrata.

Cõnstĭtŭo (βουλόμαι) statuo, propono, decerno. Vergili. Quĩ »tenent (nam inculta uidet) homines ne ferae ne, Quærere »constituit. Item locum, siue tempus determino. ἀφορίζω, τάττομαι, διομολογοῦμαι. Cic. Mario: Quare si quid constitutum cum podagra habes, fac ut in aliam differas diem. Quã doq; significat conuenire & pactum facere. κατατάττομαι, συγχωρῶ. Et constituere pecuniam. id est: constitutum facere de danda cuiquam pecunia, dicunt Iurisperiti. καταξιῶ τὸ ὄφλημα. Terenti. in Hec. Nam constitui cum quodam hospite me esse illum conuenturum. Quandoq; formo, & quasi bonam dispositionem infundo. διατίθημι. Vnde Cice. lib. 2. Tuscul. Metrodorus eum perfectè putat beatum, cui corpus bene constitutum sit, & exploratum id ita semper fore. Quod medici recentiores barbarè dicunt bene complexionatum. Et Cõnstĭtūtio corporis, (ἕξις) dicitur ipsa complexio.

Constitutio etiam quandoq; dicitur status, quæ in causis potentissima est, cum sit prima causarum conflictio. στάσις. Vide in dictione Status. Aliquando constituere, est gubernare. καθίστημι, διέπω. Cic. Ineuntis enim ætatis insciatia, senum constituenda & regenda est prudentia. Interdum decernere. διατάττω. à quo constitutiones, decreta. διατάξεις, παραδόσεις. Nonnunquam parare. συσκευάζω. Cicero, Tametsi erat ignarus quantum sibi ac liberis suis iamtum mali constitueretur.

Cõnstĭtūtus. a. um. participiũ. διατεταγμένος. Constitutus. us. nomen

nomen, quo hominum consistentium multitudo significatur.
Cõnsto.as.constiti, constitum, & constatum. Lucan.lib.7. Constatura fides superûm. Martialis, Constatura fuit Megalensis purpura centum. Est autem constare, constanter permanere, perseuerare, ratum habere. διαμένειν. Cic. Qua in sententia si constare uoluissent, suam authoritatem cum salute recuperassent. Idem lib.1. Tuscu. Et si tibi quidem constare uis (κατὰ σὲ δοκεῖν) omnes quicunq; nati sunt erunt ue, non solum miseri, sed etiam semper miseri: hoc est, si hanc sententiam quòd mors malum sit, firmam ratamq; habere uis. Dicimus etiam, Constat pedibus, constat animo, (ἑστάναι) pro confirmat. Vergi. Et paribus Cyllenius alis Constitit. Interdum est ualere, (τιμᾶσθαι) & passiuè sumitur pro empto, aut uendito. Plin.lib.33. Et omnibus penè annis mutari, pro ut nauigationes constiterint, aut ut quisq; mercatus sit, aut aliquis præualens manceps annonam flagellet. Cice. Quod mihi constat carius, quàm si in foro emissem. Interdum compositum esse. συνίστασθαι. Cic. Vt hæc elementa ex quibus omnia constant. Interdum simul stare. Sisen.lib.4. historiarum: Multitudinem procul hostium constare uiderunt. Interdum » suppeditare. παρεῖναι. Iuuenal. Quis feret uxorem cui constent omnia? In tertia persona sumitur pro manifestum est, φανερόν ἐστι, συμβαῖνει. Cic.li.2. ad Cæs.iuniorem: Cum constet Lupercis id uectigal dedisse, qui antè poterat id constare? Rursus pro conuenit, (ὁμολογεῖται) ut dicitur esse concors: ut, Hoc mihi tecum constat: id est, conuenio tecum in hoc, & assentior tibi. Cic.lib.1. ad Heren. Adhuc quæ dicta sunt, arbitror mihi constare (ὁμογνωμονεῖν) cum cæteris scriptoribus. Rationem constare, significat æquam legitimamq; rationem aut ostendi, aut apparere ostendi posse. Vlpian. Planè si defendendi gratia aliquid fecerit, rationem ei cõstare oportet. id est, rationem eam iustam aut ostendere, aut facile posse ostendere. A consto, quantũ ad primã significationem, fit constans, pro eo, qui firmus est, & tenax propositi. ἀστάθης. Cicero ad Lentul. Hoc tantam uim habet, ut magis iratorũ hominum studium, quam constantis senatus consilium esse uideatur. A quo constantia, animi firmitudo. ἀστάθεια. Cice.2. Verr. Si soceri Scauri constantiam, ut ne quid te de uera & certa posset sententia dimouere. Plinius in Epist. Nam cum omnibus uirtutibus abundet, tum hac præcipuè, quòd habet maximam in animo constantiam. Et constanter aduerbium, ἀστάθως. Cic. de Amicitia, Multaq; eius & in senatu, & in foro uel prouisa prudenter, uel acta constanter, uel responsa acutè ferebantur. Quibus contraria sunt inconstans, (ἀστάθης) inconstantia, & inconstanter. Vnde Cice. lib.3. ad Herenn. In constanti gestu, testimoniorum inconstantiam, & inconstanter locutum esse dixit.
Cõnstrũĕrĕ, simul struere, ordinare, fabricare. συνιστάναι. Cicero in Catone: Vt nauem, aut ædificium idem destruit facilimè qui construxit: sic hominem eadem optimè, quæ congluti nauit, natura dissoluit.
Consualia, ludi dicebantur quos in honorem Consi, quem deum consilij existimabant, faciebant, Festus.
Consuanetes, inter Alpinas gentes. Plin.lib.3. cap.20.
Cõnsuẽsco.is.eui. & consuetus sum.etum. (ἐθίζομαι, συνδιατρίβω) in bono & in malo dicitur. In bono cum familiaritatem & conuersationẽ quempiã cum aliquo habere significat: ut sit consuescere, simul suescere. id est, simul conuersari. Plautus in Asin. Bene salutando consuescunt, compellando blanditer. Teren. in Adelph. Quid illi tandem credis fore animi misero, qui cum illa consuerit. id est conuersatus est. In malo, cum de re uenerea dicitur, (συγγίνεσθαι) Idem in Phor. Cum eius consuerit olim matre in Lemno clanculum. id est, coiuit. Similiter consuetudo de familiaritate, & de re uenerea. (συνουσία) dicitur, ut apud eundem in Phorm. Dum expecto, quàm mox ueniat, qui hanc mihi adimat consuetudinem. Est etiam consuescere, accipere in consuetudinem Colum.li.2. Iumentis præbeas Medicam, sed inter initia parcius dum consuescant, ne nouitas pabuli noceat. Item uiuere Colum.li.9 Nec magis humo, quam stagno consueuerunt.
Cõnsuẽfăcio.is. usu doceo. ἐθίζω. cuius contrarium est disuefacio. Terent. in Adelph. Nihil prætermitto, consuefacio. Ibidem: Ea ne me celet consuefeci filium.
Cõnsuẽtũdo.inis. συνήθεια. Plaut. in Mil. Hoc adeò fieri credo consuetudine. Cato ad Cic. Contra consuetudinem meã hæc ad te pluribus scripsi. Et pro conuersatione, ac familiaritate. Terẽ. in And. Vt neq; me consuetudo, neq; amor, neq; pudor. &c. Cic. ad Curi. Ego te abfuisse tandiu à nobis & doleo, quod carui fructu iucundissimæ consuetudinis, &c.
Cõnsũl.is. (ὕπατος, πρόβουλος, Plutar.) magistratus nomen, quòd (ut Varro scribit) consuleret populum & senatum. nam & hoc cõsulere ueteres uocauerũt. unde adhuc remanet illud: Rogat bonum consultis: id est, iudicatis. Non deriuatur autem consul à consulendo, sed consulo uerbum à consul. Nec obstat, quòd consul à consulendo dicatur: quoniam ita consul creabatur, ut consuleret: utpote qui consilium haberet in se præcipuum. Prius enim homo is exigitur qui consultat, quàm actus consulendi fiat. Nõ ergo à cõsulendo nominatus est consul, quia à consulo deriuetur: sed quòd ab ipso consule uerbum consulo exercetur. Et ideo ab ipso qui consulit deriuari consul æquissimum est. Cicero in Pison. Animo consulem esse oportet, consilio, fide, grauitate, uigilantia, cura, toto deniq; munere consulatus, omni officio. Proconsul, (ἀνθύπατος) qui cum potestate extraordinaria, ad aliquam prouinciam administrandam mittitur.
Cõnsũlãris uir, qui consulatum gessit, uel qui consulari dignitate dignus est. ὑπατικός. Cicero Lentulo: Qu. Max. qui filium consularem amisit.
Cõnsũlātŭs.us. (ὑπατεία) officium, uel dignitas, siue tempus quo consul in officio est. Plin.lib.14. cap 15. Epulo uerò in tertio consulatu suo Falernum, Chium, &c.
Cõnsũlo.is. consului, consultum, pen.cor. cũ accusatiuo, significat consiliũ peto. προσαντίθεμαι. ut, consului doctos: id est, à doctis consilium petij. Quintil. Ego aures consulens meas, Potest etiam in hac significatione habere duos accusat. consulo te bonum consilium. Et aliquando genitiuũ cum accusatiuo. Macrob. Consulo te boni. Aliquando genitiuum sine accusatiuo. Plin.lib.33. Quærebat argentum auaritia, boni consuluit (ἀναγνωμόνησε) interim inuenisse minium, rubentisq; terræ excogitauit usum. Cum datiuo neutrum est, & significat consilium do. βουλεύω. ut, medicus consuluit mihi.
Interdum prouideo, prospicio, & præsidium fero. προνοεῖσθαι. sed hoc sæpius in rebus inanimatis fit: ut, consule honori tuo, consule rebus tuis, cõsule saluti tuæ. id est, prouide. Cic. Consuli quidem te à Cæsare scribis, sed ego tibi ab illo consuli mallem. hoc est, mallem quòd Cæsar prouideret tibi, quàm te interrogaret. Aliquando post datiuum iungimus accusatiuum, ut consulo tibi commodum tuũ: hoc est, do tibi cõsiliũ, quod sit futurum cõmodum, (συμβουλεύω) Quando q; accusatiuum cum in, pro contra. βουλεύομαι. Teren. Pessimè isthuc in te atq; illum consulis. Interdum est deliberare, sed in plurali tantum, & absolutè: ut, consulunt senatores id est, deliberant. βουλεύονται. Cæsar 7. Bell. Gall. Bis magno cum detrimento repulsi Galli quid agant consulunt. Et grauiter de se consulere, est aliquid pernicioſum sibi cõstituere & exequi, ac mortem sibi conscisce re. κακῶς τι περὶ ἑαυτῆς βουλεύσῃ, ἢ καινόν τι εἰς ἑαυτὴν διανοεῖσθαι.
Cõnsulto, consultas, consilium frequenter capio, uel consilium frequenter do, siue frequenter delibero. βουλεύομαι, κηματίζω. Sal. Delecti quibus corpus animis firmum, ingenium sapientia ualidum erat, Reipub. consultabant. Liuius libro 1. Ad hæc consultanda.

Cõn

Cõsultõ,aduerb.deliberatè.βεβουλευμένως,ἐκ προνοίας.

Cõsultŏr.oris.qui alium consulit:id est, qui consilium ab alijs inquirit.ὁ συμβουλόμενος. Cicero pro C.Balbo: Etenim si Q. Scæuola ille augur,cum de iure prætorio consuleretur iureconsultissimus, consultores suos nonnunquam ad Furium & Camillum reijciebat. Idem pro Muræna: Vigilas tu de nocte, ut consultoribus tuis respondeas? Accipitur quandoq; pro eo,qui alij consulit.σύμβουλος,βουλευτής.ut apud Sallustium in Iugur. Simul ab eo petijt, ut fautor consultorq; sibi adsit. Et in illo uersu prouerbiali, Consilium malum consultori pessimum est.

Cõsultõria hostia,(συμβουλευτικὴ) erat,qua diuina uoluntas per exta disquirebatur. De hac Vergilius,Mactat lectas de more bidentes.

Cõsultŭs,(σοφὸς ἀνὴρ) quando participium est,significat eum,qui consulitur: hoc est, à quo consilium petitur:ut,medicus consultus dixit te febribus laborare. Quandoq; nomen est,& ponitur pro prudenti & sapienti. φρονίμος. Ouid. li.1.De arte amandi:Sit tibi credibilis sermo, consultaq; uerba.id est,prudentiæ ac sapientiæ plena. Est autem nomen duobus modis:scilicet cum per se ponitur. Horat.Eris tu qui modò miles Mercator,tu consultus modò,rusticus? Vel quando habet genitiuum. Liui. 10. Callidos solertesq; iuris atq; eloquentiæ consultos. Hinc dicimus consultus iuris, (ἐξηγητὴς τῶν νόμων) & iuris consultior,& consultissimus. Idem lib.1.Consultissimus iuris, ut illa quisquam ætate esse poterat. Sic inconsultus potest esse participium & nomen.

Cõsultŭs.tus.& Consultum,pro re quæ consulitur. Horat. in Epist. Qui consulta patrum,qui leges iuraq; seruat.

Et consultum, (συμβούλευμα) decretum, statutum, quod aliquando resoluitur in infinitum,ut illud Sall. Nam & priusquam incipias, consulto,& postquam consulueris, maturè facto opus est.id est, consulere,siue ut consulas.

Cõsummo.as.per duplex mm,summam simulcapio.ἀποτελέω. Lactan.li.7. Quoniam nec rationem totius mysterij magni consummauerat,in unumq; collegerat,nec summum bonum comprehenderat.Colum.lib.2. Hac cõsummatione operum colligitur,posse agrum ducentorum iugerum subigi duobus iugis boum,totidem bubulcis. Item perficere,(ἐκποιεῖν) quòd quæ perfecta sunt,omnia sibi sumpsisse uideantur.Lactan.lib.2.Mundum deus,& hoc rerum naturæ admirabile opus,sex dierum spacio consummauit. Vnde & consummatus homo, (τέλειος) perfectus dicitur. Martial. Quod magni Thraseæ consummatiq; Catonis.Colum. Nullus est consummatæ sapientiæ.

Cõsũmo.is.pen.prod.in nihilum redigo.ἀναναλῶ.Solin. Sunt etiam in Lycia saxa, quæ uiuentium quoq; corpora adalligata consumunt.Cic.1.De Legib.Sed cum ea tempestas,uetustas ue consumpserit.Sallust. Ego non rem familiarem modò,uerumetiam ædem consumpsi.

Cõsũo.is.simul suo.συῤῥάπτω.compono,coniungo. Plautus in Amph. Adueneristi audaciæ columen, consutis dolis. Imò equidem tunicis consutis huc aduenio,non dolis.

Cõsyderãtè,cum consyderatione. περισκεπτικῶς. Cice.pro Quintio:Prætores,ut consyderatè fieret, consyderauerunt. Cic.ad Cassium:Hircius nihil nisi consyderatè, ut mihi creberis literis significat,acturus uidebatur.

Cõsyderãtus,(περισκεπτικὸς)dicitur qui agenda consyderat:non qui consyderatur,scribit Valla li. 1.cap.32.Cic.pro Cecin.Verum & illud consyderati hominis esse putauit.

Cõsydero.as.(σκέπτομαι) à syderum contemplatione dici uidetur,ut scribit Festus. Cice. Terentiæ:Reliquum est,quod ipsæ optimè consyderabitis,uestri similes fœminæ sint ne Romæ. Vnde consyderatio uerbale.Cicero 4. Academ.Consyderatio,contemplatioq; naturæ. Et consyderantia.Cic. ad Qu.frat.Cuius in hoc uno consyderantiam & ego sustinebo ut potero.

Contabesco.idem quod tabesco, de quo infrà.

Cõtãgĭum,& contagio,& contages, pen.prod. morbus quĩ ex contactu contrahitur, ex con, & tago.is.quod est tango. Verg.Dira per incautum serpant contagia uulgus. Iuuen. Cretice polluces,dedit hanc contagio labem. Lucret.lib.4. Quæ contage sua palloribus pingunt.

Cõtãmĭno.as.pen.cor. ex con & tamino,& est fœdo, maculo manibus lutulentis quicquam attingo.Vnde cum res rei ita immiscetur,ut neutra incorrupta maneat,contaminari dicitur.Terent.in prologo And.Contaminari non decere fabulas.& Liu.lib.4.Contaminari sanguinem suum patres,confundiq; iura gentium rebantur:quod plebs ægerrime ferens, nobilitatem arguebat eodem loco dicens. An esse ulla maior,aut insignior contumelia potest, quàm partem ciuitatis, uelut contaminatam,indignam connubio haberi? A contaminatus fit compositũ incontaminatus,de quo ibidem:Quas quantasq; res C.Camuleium aggressum colluuionem gentium, perturbationem auspiciorum publicorũ priuatorumq; afferre,ne quid incontaminati sit. Sunt & attamino,intamino,quæ sunt contraria. Horatius. Virtus repulsæ nescia sordidæ, Intaminatis fulget honoribus,id est, incorruptis & indiminutis.

Contechnor,cõtechnaris,commachinor,& fallaciam aliquam compono. Plautus in Pseudulo, Vide modo ne illic sit contechnatum quidpiam.

Cõtĕmĕro.as.are.contaminare,fœdare,polluere. Martial. lib.1.Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum, Ausus tam notas contemerare manus.

Cõtĕmno.is.pſi.tum.sperno, uilipendo.ὑπερορπικῶς ἔχω,ὀλιγωρέω. Plaut.in Asin.Tu uerbero imperium meum contempsisti.Et est minus quàm despicio.Cic.in Verr.3. Quemq; contempserit,despexerit,liberum esse dixerit unquam. Idem de Sene.Contemni se putant,despici,illudi. Componitur enim ex con,pro ualde,& temno reijcio. Hinc contemptus.us.despectio.ὀλιγωρεία.ut tu es omnibus contemptui:id est, despiceris ab omnibus. Contemptim,aduerbium.Plautus in Pœn. Ne nos tam contemptim conteras.

Cõtẽmplãtio, (ἀναγωγὴ,θεωρία,σκέψις) & Contemplatiuus. (θεωρικὸς) à contemplor. Vnde contemplatiua uita, quæ contemplationi dedita est.

Cõtẽmplŏr.aris.à templo dicitur: id est, à loco qui ab omni parte aspici potest:uel ex quo omnis pars potest uideri,quem antiqui templum nominabant:significatq; diligenter intueor,& consydero.καταναίω,ἀποσκοπέω.Cic.pro Deiot. Et id animo contemplare,quod oculis non potes. Lactã.lib.6.Vel si cœleste lumen,quod dicimus solem,contemplari uelint.

Inuenitur & contemplo.Plaut in Asinar. Hem meum caput contempla,siquidem ex re consultas tua. Anniut: Contempla,& templum Cereris ad læuam aspice.

Cõtẽmpŏrãnĕŭs,eiusdem temporis.συγχρόνος.

Cõtẽmptibĭlis,à contemno:id est contemnendus. ἐξουθενιστός. Vnde contemptibilitas.item contemptè,contemptim, (ὀλιγωρημένως) & contemptibiliter,aduerbia.

Cõtẽmpto.as.frequentatiuum à contemno. Plaut. Mirari noli,neq; me contemptarier.

Cõtẽndo,contrà tendo,quod est contrà proficiscor.στέλλομαι. Cæsar lib.1.Ipse de quarta uigilia, eodem itinere quo hostes ierant,ad eos contendit. Item certare,ἀμφισβυτεῖν. Verg. lib.4. Quis talia demens Abnuat,aut tecum malit contendere bello? Item contendendo,siue cum conatu ac nixu petere,seu aliquid agere,σπεύδω,διατείνω,φιλοτιμέω. Vnde contenta corpora dicimus, (σπερνα σώματα) quæ omni nixu intenduntur aduersus labores, ut in arcu neruus. Cic.lib.1. Tusc. Sunt quædam animi similitudines cum corpore,ut onera contentis corporibus facilius ferantur, remissis

missis opprimunt. Cic. lib. 1. Officio. Miserrima omnino ambitio honorumq; contentio. Est præterea contentio. ἀγὼν. oratio acris ad confirmandum & confutandum accommodata. unde à Plinio dicta est in Epist. Oratio pugnax & contentiosa, (ἐγκλιματικὸς, φιλαίτιος) Constat autem contrarijs uerbis, quæ ἀντίθετον. id est, contrapositum dicitur. ut illud pro Cluent. Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Item continuare: ut lib. 3. De Orat. Nihil pernicios ius quàm sine intermissione contentio. σωζονία. Item festinare. προθυμεῖσθαι, κατατάνειν, ἐπάγεσθαι. Vergi. Quæ littora proxima cursu Contendunt petere. Item astringere, intorquere. σωλάνειν. ut lib. 4. Georg. Tanto nate magis contende tenacia uincla. Item comparare. ἀντιβάλλω, παρατάσσω, συγκρίνειν, ἀντιπαραβάλλειν: & ad uerbum ἀντιπαρατάνειν, συμπαρεκτάνειν: à quo contentio, ἡ τῶν παρ' ἀλλήλοις τιθεμένων ἐξέτασις, καὶ θεωρία. Cicero libro 1. Ad Heren. Si nostram causam laudando extollemus, & aduersariorum per contentionem deprimemus. Item extorquere. βιάζεσθαι. Cice. Extremum autem præceptum in beneficijs operaq; danda, ne quid contra æquitatem contendas. Item iacere, dirigere. βάλλειν, κατατάνειν. Vergil. Qui tamen aërias telum contendit in auras. Item intendere. ἐπιτάνειν. Cic. Magna est animi contentio adhibenda. Idemq; ferè est contentio, (διάτασις) & intentio, cum uehementiam quandam significant in uoce. Tracta similitudine ab arcu, seu cithara cuius nerui quanto uehementius intenduntur. tanto uehementiorem sonum efficiunt.

Contente aduerbium pro parce, & continenter.

Contentio. onis, conatus ad aliquid agendum. Cicero 1. Offici. Miserrima est omnino ambitio, honorumq; contentio: & contentio est continuatio, intentio perseuerantia, & concertatio, comparatio, & prosternatio.

Cōtentus. a. um. (ἀρκούμενος, ἀγαπῶν) cum est participium à contineor, passiuæ significationis est, non actiuæ, sicut putauit Valla: quoniam ablatiuum habet, ut is accipiatur qui cōtinetur ab eo, quod animo suo satisfacit, siue etiam à seipso contineatur. Non enim sicut compos qui possessor siue obtentor alicuius rei est, ita contentus accipitur: quoniam qui contentus est, ab eo possessus est, à quo, uel quo contentus est, quia necesse est, ut aliquid sit, à quo quis contineatur, ut contentus dicatur. ut apud Terentium in Eunu. Neq; tu uno contentus eras, neq; solus dedit. Quis hic exponat, Neq; tu unum continebas, qui animo satisfaceret tuo? Continere enim est cohibere, (κωλύειν) siue te, siue alium, ne quid fiat reprehensione dignum, & ad uirtutem fermè semper pertinet. Hoc autem loco culpatur meretrix, nō quòd se à libidine non contineret, sed quòd uno non contenta erat: id est, uno non continebatur ut alijs abstineret. Id etiam ostenditur per affirmationem. Plaut. in Mer. Nam uxor contenta est, (quæ bona est) uno uiro. Nec hic uxor bona continet unum uirum, sed se continet, siue continetur uno uiro, aut ab uno uiro. Similiter Lactantius de Prophetis loquens: Contenti temporali cibo quem Deus subministrasset. id est, satisfacti, ut nihil amplius expeterent. σιτούντες τοῖς παροῦσι. Plautus in Merc. Imò dicamus senibus leges. Censeo, prius habeamus quas leges teneant, contentiq; sint. id est, contineantur, uel pacati uel læti sint. Quæ tamen omnia passiue sumuntur. Est etiam contentus participium, (ἐπιτεταμένος) à contendo.

Conterminus, finitimus, & uicinus, quasi eundem terminum inhabitans. Colum. lib. 11. cap. 3. Autolicus ille cuiquam potuit tollerabilis esse conterminus. & Contermina Indis gens Auriana. Plin. lib. 12. cap. 8.

Cōterrāneus (ὁμόχθων) dicitur, qui ex eadem terra est, quæ propter Catullum conterraneum suum Plini. in Præfatione prima uocat, qui nō Veronæ, sed in Benaci insula natus erat.

Cōtestārī litem (διαμαρτύρεσθαι, προκατάρχειν δίκης) dicuntur duo aut plures aduersarij, quòd ordinato iudicio utraq; pars dicere solet, Testes estote. uide in dictione Testor.

Contexo, uide texo.

Cōticēo. es. penul. corr. simul cum cæteris tacèo. κατασιγᾶν. Verg. Conticuere omnes, intentiq; ora tenebant. Cic. in Catil. Recitatis literis debilitatus atq; abiectus, conscientia conuictus repentè conticuit. Hinc

Cōticēsco. is. quod est cum alijs tacitus fio. κατασιγῶ. Plinius, lib. 11. cap. 10. Tunc repentè omnes conticescunt.

Cōticinium noctis, (πρώτη νυκτὸς ἀρχή, Poll.) primum tempus, quo omnia quiescendi gratia conticescunt. Plaut. in Asin. Redito huc conticinio.

Cōtīgno. as. (ἐνιδρόω, σωλάπτω) uide in dictiõe Tignus. Hinc contignatio, (ἐνίδρωμα) quæ est solarium domus, siue stratũ sit cæmento, lateribus ue, siue non stratum: qualia ferè sunt solaria domorum in Apulia. Eoq; pro miraculo apud Liuium infertur, bouem in tertiam contignationem conscendisse. Plin. Sesquipedalis paries non plus, quàm unam contignationem tolerat. Est enim superior & inferior contignatio.

Cōtinens, participium, (τὸ περιέχον) ea potest significare quæ continent. Continens uerò fœmin. gen. (ἤπειρος) sumitur pro terra, quæ non est insula, quam uulgò terram firmam appellant, qualis est Italia. ut ex Sicilia ad continentem parum intercapedinis est. Nam insula est, quæ mari circundatur: ut Sicilia, Sardinia. Isthmos ita undiq; mari cingitur, ut tamen in aliqua parte continenti iũgatur. Scribit Vlpia. continentes prouincias accipi debere eas quæ Italiæ coniunctæ sunt, utputa Galliam. Continens neut. generis à Rhetoribus accipitur pro firmamento orationis. τὸ σωίχον. Cic. in Top. Quibus autem hoc qua de re agitur, continetur, hæc continentia uocentur, quasi firmamenta defensionis: quibus sublatis defensio nulla sit.

Cōtinēnter, aduerbium, modò significat parcè. ἐγκρατῶς, συνεσταλμένως. Plaut. Quanquam illum pater arctè & continenter habet. Modò coniunctè, iugiterq;. σωνεχῶς. Idem: Trium dierum sitim continenter tulit. Cæsar: Belgæ cum Germanis bellum continenter gerunt.

Cōtinentĭa, (ἐγκράτεια) fit à continens, de qua Cic. lib. 2. Offic. Sed ualetudo sustentatur notitia sui corporis, & obseruatione earum rerum, quæ aut prodesse soleant, aut obesse: & continentiam in omni uictu omniq; cultu corporis tuendi causa, & in prætermittendis uoluptatibus. Eius contraria est incontinentia. ἀκράτεια.

Cōtinĕo. es. penul. cor. continui, contentum. propriè continemus fluuium suo alueo, aut ripis: uel beluas septis. Item continemus nos domi, cum in publicum non prodimus. Ponitur aliquando pro moderari, temperare, uel coërcere. κατασίλλειν. Vnde continens, (ἐγκρατὴς) pro abstinente & integro, cuius contrarium est incontinens, ἀκρατής. Lactan. lib. 3. De libidinosum, adulterum, ganeonem, iam sobrium, castum, cõtinentem uidebis. Aliquando est intra se tenere. περιέχειν. sic dicimus urbem continere homines, & locum continere locatum. Item continuare, (σωνέχειν) unde & Continens, (τὸ σωνεχὲς) dicitur continuatum. Liuius: Continens imperium usq; ad nos habebitis. Sueton. in Calig. Per hunc pontem ultro citro cõmeauit, biduo continenti. id est, continuo. Curtius: Omnia uelut continenti incendio ardere uisa. Cic. lib. 1. Tusc. Sed nihil te interpellabo, cõtinentem orationem audire malo. Idem lib. 2. Officio. pro simul tenere posuit, (σωνέχειν) & quasi inuitum tenere, cum inquit: Nec ulla res tam uehementer rempublicam continet, quàm fides.

Cōtingo. gis. contigi, contactum, idem quod tango. Colum. lib. 1. Plurimis & his angustis illustratum fenestris, atque à terra sic editis, ne manu contingi possint. Vergil. Funemq; manu contingere gaudent. Ponitur & pro accidere, siue euenire. ὑπάρχειν, ἐπιβαίνειν. Cic. lib. 5. Tusc. Quod non mo-

do

do singulis hominibus, sed potissimis philosophis contingit. Impersonale uerò cum infinitiuo: ut, Contigit mihi esse feliei, uel felicem. Quandoq; absolutè, ut apud Teren. Hanc mihi expetiui, contigit, conueniunt mores. Ex quo datur intelligi non semper seruari quod aiunt, contingere esse de malis quæ sumus ueriti, obtingere de optatis, accidere de inopinatis, tam bonis quàm malis. Hinc contactus participium: ut, contactus religione dies, Liu. Et Contactus, huius contactus, nomen, Colum. lib. 11. cap. 3. Contactu eius languescunt incrementa uirentium. Contiguus. a. um. quod contingit. Plin. lib. 2. cap. 9. Sed aliàs admota cœlo, aliàs contigua montibus.

Vrug. lib. 1. Georg. Continuò has leges, & triumq; fœdera tertiò impressit nauis lorò

Cōntĭnŭo. as. perseuero, perago. διαγίγνω. Apul. Scaphas ascendere, mari iter continuare. Sic continuare sermonem, συνεχέμεν τὸν λόγον. Et continuare potationem, Plin. Vide continuatio, uerb. & continuitas.

Cōntĭnŭus. a. um. quod est sine interuallo. διωρυχής. & opponitur intermisso. Plaut. in Mil. Quin ubi triduum continuum fuerit, iam odiosus siet. Plin. in Epist. Littus ornant uariae tate grauissima, nunc continua, nunc intermissa tecta uillarum. Vnde continuò aduerbium, pro confestim, statim. Terent. Egomet continuò mecum, certe captus est, &c. Et continuè, (διηνεκῶς) pro perseueranter, assiduè.

Cōntŏr. aris. uide in dictione Cunctor.

Cōntōrtŭm dicitur id, quod cum sequitur, non conuenit cum superiore. συγκεχυμένον. Et contortæ res, (συγκεχυμένα) dicuntur perplexæ, & perturbatæ, & sibijpsis minime cohærentes. Cic. lib. 1. de Orat. Contortas res, & sæpe difficiles necessariò perdiscimus.

Cōntrā, (ἀντὶ, κατὰ cum genitiuo) præpositio est, quæ & separatur & componitur, significatq; aduersum, locum uel personam designans. Separata est apud Vergilium, Contra Neptunum & Venerem, contráq; Mineruam. Componitur autem cum dictionibus incipientibus à d, ut contradico: e, ut contraeo: u, ut contrauenio. Inuenitur etiam contrà aduerbij loco positum, significatq; è regione, siue ex opposito. » ἐναντίον. Iuuen. Stat contrà starіq; iubet. Vergil. Contrà » elata mari respondet Gnosia tellus. Plautus in Amph. Hostes crebri cadunt, nostri contrà ingruunt. Aliquando ponitur pro uicissim. αὖ, πάλιν. Terent. in Adelph. In eo me oblecto solum, (id est charum mihi) ille ut item contrà me habeat, facio sedulò.

Cōntrăcto. as. simul tracto, frequentatiuum à contraho. Lact. de Opi. posuit pro comprehendo: Quæ à nobis longe remotæ, neq; oculis contractari, neq; tangi manu, neq; percipi sensibus possunt. Dicitur & contrecto. ψηλαφάω. Plin. lib. 18. ca. 1. Tabesq; animi contrectata adurit culpantium omnia.

Cōntrādico. ἀντιλέγω. Cic. 1. Tusc. Vt cum is, qui audire uellet, dixisset quid sibi uideretur, tum ego contradicerem.

Cōntrăĕo. is. uado contrà. ἀντιπορεύομαι.

Cōntrăho. is. contraxi, contractum. colligo, & omnes in unum congrego. Lactan. li. 3. Præterea ut ad se multitudinem con » trahat. Verg. Contrahimusq; uiros. Quandoq; compono, conflo. ἐπισπάομαι. ut, æs alienum contraxi. Quandoq; committo. Cic. ad Qu. Fratr. Ea molestissimè homines ferre debent, quæ ipsorum culpa contracta sunt. Quandoq; paciscor, (συντίθεμαι) & conuentionem facio: ut fit in emendis uendendisq; mercibus. Idem lib. 3. Offic. Tollendum est igitur ex rebus contrahendis omne mendacium. Et lib. 1. Nulla uitæ pars neq; publicis, neq; priuatis, neq; forensibus, neq; domesticis in rebus, neq; si tecum agas quid, neq; si cum altero contrahas, uacare officio potest. id est, conferas, uel in uicem agas. Inde contractus, ἀναγκή, συμβόλαιον. Quandoq; constringo, retraho, συστέλλω: puta cum nerui contrahuntur rigore aut metu, ita ut extendi nequeant. unde Contractio, συστολή. Idem lib. 1. Tusc. Sed eo quòd in hoc est omnis animi contractio ex metu mortis. Et lib. 4. Animosq; demittunt & contrahunt, scilicet timore. Quandoq; conquiro, ἀντιποιοῦμαι. Liuius li. 4. Bonaq; contracta precij regni mercandi publicarentur. Cic. lib. 1. ad Heren. A nostra persona beneuolentiam contrahemus, si nostrum officium sine arrogantia laudabimus. Contrahere frontem, (ἀναπτύσσειν τὸ μέτωπον) est fronti rugas inducere, quod uernacula lingua dicimus arufare. Plautus in Amph. Quid contraxistis frontem, quia tragœdiam dixi hanc?

Cōntrārĭus, à contra fit, significatq; oppositus & repugnans. ἐναντίος. Ex quo contrarior. ἐναντιοῦμαι. uerbū, repugno, aduersor: quod apud idoneos non reperi, licet Perottus ponat.

Cōntrārĭē, aduerbium. Cic. 1. de Orat. In quo aut ambiguè quid sit scriptum, aut contrariè.

Cōntrāsto. as. (ἀντίστημι.) uide in dictione Sto.

Cōntrăuĕnio, (ἀπαντῶ.) Cic. lib. 1. Tusc. Ego uero facilè sum passus, ne in mentem mihi aliquid contraueniret, ita isti faueo sententiæ.

Cōntrōuĕrsĭă, est certarum personarum de re propria contentio. ἀμφισβήτημα, ἀμφισβήτησις. Cic. Aelio proconsuli: Nullam omnino arbitramur de ea hæreditate controuersiam eum hodie habiturum. Sine controuersia, significat sine dubio. ὁμολογουμένως. Idem lib. 3. Offic. Panætius qui sine controuersia de officijs accuratissime disputauit.

Cōntrōuĕrsĭōsŭs, litigiosus. ἐριδικός, ἀμφισβητήσιμος. Liuius lib. 3. Quem enim sine hoc priuatæ rei iudicem fecisset, ut controuersiosam adiudicaret rem.

Cōntrōuĕrsŏr. aris. ex contra & uersor, per mutationem a in o, significat contendo, ἀμφισβητῶ. uerbum deponens ab actiuo uerbo factum. Cic. in Protagora: Nunc à nobis Protagora & Socrate postulo, ut de isto concedatis alter alteri, & inter uos de huiusmodi non controuersemini.

Cōntrōuĕrsŭs. a. um. quasi aduersus. ἀμφισβητήσιμος. Gellius: Argumenta autem censebat aut probabilia esse debere, aut perspicua, & minime controuersa. Et controuersa res dicitur illa, de qua est controuersia.

Cōntŭbĕrnĭum. ὁμωροφία. uerbum castrense, sicut scribit lib. 2. De re milit. Vegetius, uocabatur manipulus, ab eo quòd coniunctis manibus pariter dimicabant. Et proprie decem milites sub uno papilione degentes dicebantur contubernium, quibus præerat decanus, qui caput erat contubernij. Cæsar 3. bell. Ciu. Depositis in contubernio armis, uallum relinquebant. Vnde accipitur pro cōiuctu, & sodalitate. Cic. 7. Ver. Vbi illud contubernium muliebris militiæ, in illo delicatissimo littore? Plin. in Epist. Adhuc filium pueritiæ ratio intra contubernium tuum tenuit. id est consuetudinem, familiaritatem, domi tuæ. Inde contubernales, (συσκίται, σύσκηνοι, σύσκηνοι) uulgò sodales dicūtur, quòd ijsdem tabernis utantur. Colu. lib. 1. Sed qualicunq; uillico contubernalis mulier assignata est, quæ contineat eum. Et conturbernalitatē Cypri. appellat sodalitatem. Dictum contubernium à tabernis.

Cōntŭmāx, pen. cor. qui per tumorem, id est superbiam inobediens est: & proprie qui tribus propositis edictis, uel uno pro tribus, quod uulgò peremptorium appellatur, literis euocatus, præsentiam sui facere contemnit. ὑβριστής, ἀπειθής. Contumax (inquit Donatus) dicitur contemptor potiorum. Mart. li. 2. Me ne dixeris esse contumacem. dicitur quandoq; etiam in bonam partem. Corn. Tacitus: Contumax etiam aduersus tormenta seruorum fides, supremæ clarorum uirorum necessitates. Hinc contumacia, inobedientia. ἀπείθεια, αὐθάδεια. Cicero pro Rosc. Est tuæ contumaciæ, arrogantiæ, uitæq; uniuersæ uox. Accipitur aliquando in bonum, quemadmodum & contumax. Cic. 1. Tusc. Adhibuitq; liberam contumaciam, à magnitudine animi inductam, non à superbia. Contumaciter, aduerbium. Plin. lib. 37. cap. 7. Omnia autem hæc genera scalpturæ contumaciter resiliunt, pa-

quarti: lib. 9. Sed tu syllaba tertia tem[illegible] max reprehendis.

Nvt gtmmlus gramb. Horat in Epod.

tem̃q; ceræ in signo tenent.

Cōntŭmĕlĭă, (ὕβρις) conuitium: à contendo, seu (ut Vlpianus & Seneca aiunt) à contemptu.

Cōntŭmĕlĭōsŭs, qui contumeliam inferre solet. ὑβριστής. Quintilian. lib. 10. cap. 7. Tam contumelioſos in se ridet inuicem eloquentia. Contumelioſe, aduerbium. Cicero 1. de Oratore: Dimitto autem eos non tam contumelioſe, quàm philoſophum illum.

Cōntŭndo. is. contudi, pen. indifferente, contuſum. ſignificat ſimul ſiue totum tundo, frango, comminuo, percutio. συντρίβω, φράω, κατακόπτω. Horat. lib. 1. Epiſt. Speratum meritis, duram qui cōtudit hydram. Inde contuſum, (συντετριμμένον) confractum. Colum. lib. 7. Plus etiam eiuſdem radix contuſa prodeſt.

Cōntŭōsi oculi, ſunt in anguſtum coacti, continentibus palpebris: à contuendo. id eſt, ſimul aſpiciendo dicti.

Cōntŭs, (κόντος) ſudes, ſiue haſta longior, duriorq; ad percutiendũ apta. Vergil. Aſſueti longo muros defendere conto.

Vnde contatos milites Veget. appellat. Accipitur & pro pertica ferrum in capite habente, qua nautæ utuntur ad loca nauibus opportuna exploranda. à quo percontor Donatus deducit. Verg. Ipſe ratem conto ſubigit. Et Græcum eſſe nomen oſtendit Suidas.

Cōnuallis, (συμφάραγξ) planicies ex omni parte compræhenſa montibus collibuſq; dicta (ut inquit Var.) quaſi cauata uallis. Vallis uerò ex duobus montibus incluſa planicies. Vel dicitur arcta uallis, quaſi coniuncta, quales ſunt quas metaphoricè fauces appellamus. unde cōuallis appellatur ſciſſio terræ manufacta, ad deducendam aquã. Plin. Flumina ad lauandam hanc ruinam iugis montium ducere, Corrugos uocant à corriuatione. præcepiſſe libramento oportet, ut fruaris quando influat. itaq; altiſſimis partibus ducitur conuallis, & interualla ſubſtructis canalibus iunguntur.

Cōnuāſo. as. pen. prod. ſignificat furto omnia colligo. συναθροίζομαι. Teren. in Phorm. Aliquid conuaſaſſem, atq; hinc me protinus conijcerem in pedes.

Cōnuĕnæ. pen. cor. dicuntur qui ex diuerſis populis gentibuſq; in una mœnia conuenerunt, ſimulq; coaleſcunt. συνέλευσις. Cicero 1. de Orat. An uero tibi Romulus ille, an paſtores & conuenas, aut Sabinorum &c. Plin. lib. 5. cap. 17. In dies ex æquo conuenarum turba renaſcitur.

Cōnuĕnĭentĭă. æ. non ſolum pro cōgruentia ponitur, ſed etiam pro conuentu. ὁμολογία, ἁρμονή. Plaut. in Mil. Facerent conuenientias. Cice. 2. de Nat. Deor. Hanc igitur in ſtellis conſtantiam, hanc tantam tam uarijs curſibus in omni æternitate conuenientiam temporum non poſſum intelligere ſine mente, ratione, conſilio.

Cōnuĕnīrĕ, ſimul uenire, congregari, coire. συνιέναι. Liui. Poſtera die arma capiunt, quò miſſi erant conueniunt. Salluſt. Poſtquam unum in locum omnes conuenêre. Hinc conuentus, συνάγυρις, πρόσοδος. Per translationem quandoq; concordare. ὁμολογεῖν. Ouid. Non bene conueniunt, nec in una ſede morantur Maieſtas & amor. Quandoq; interpellare, ſed in iudicium uocare. δίκην γράφειν. Cicero in Ver. 2. Nõ dubitat, quin ſi ipſe Verrem cõueniat, æquitate cauſæ, autoritate ſua commouere hominem poſsit. Quandoque ſtatuere. συντίθεσθαι. Apuleius: Conuenimus ad portũ quàm primum ire. Quandoq; alloqui. ἐντυγχάνειν. hinc conuentio. ἔντευξις. Terentius in Andr. Conueni hodie aduenienſ quendam mei loci hinc atq; ordinis hominem. Sic conuenire domi aliquem dicimus: id eſt, ἀσπάσασθαί τινα. Quandoq; aptum, conueniens, & decens eſſe. πρόσφορον. Cicero in Hor. Nam quid uereris, ne non conueniat noſtris ætatibus iſta oratio, quæ ſpectat ad hortandum? Quandoq; placere, pactum facere, & controuerſia carere, (ὁμολογούμενον ἐστί, συμφωνεῖν) ſed in tertia perſona frequentius. Cic. lib. 5. de Fin. Hoc mihi cum tuo fratre conuenit. id eſt, ſine controuerſia eſt, & concordes ſumus. Dicimus etiam, conuenit hoc inter nos, (συνδοκεῖ,) conuenit mihi tecum, conuenit tibi mecum quod dixiſti: id eſt, hoc quod dixiſti, inter me & te ſine controuerſia eſt. Conuenit nobis inter nos: id eſt, concordes inuicem ſumus. Iuuen. Sæuis inter ſe conuenit urſis.

Item Teren. in Adel. Hæc fratri mecum nõ conueniunt, neque placent. id eſt, diſſentimus ab inuicem in his, & diſſimiles ſumus. Nonnunquam ſine ſuppoſito, ſed ſubintellecto. Plaut. in Capt. Nunc ita conuenit inter me atque hunc Tyndare. Et iterum: Dicito patri quo pacto mihi conuenit de huius filio. Sic dicimus, De precio conuenit: id eſt, concordes fuimus. Conuenire in manu, uel in manum uenire, eſt uxorem fieri. Duobus autem modis fit, ſcilicet uſu & coëmptione. Quæ in manum per coëmptionem conuenerat, ea materfamiliâs uocabatur: quæ autem uſu, nequaquam. Coëmptio autem certis ſolennitatibus fiebat, & ſeſe coëmendo inuicem interrogabãt. Vir ita, an mulier ſibi materfamiliâs eſſe uellet. Illa reſpondebat, uelle. Item mulier interrogabat uirum, utrum ſibi paterfamiliâs eſſe uellet. Ille reſpondebat, uelle. Itaque mulier conueniebat in manum, & uocabantur hæ nuptiæ per coëmptionem. Et erat mulier materfamiliâs. Gellius libro 18. Materfamiliâs (inquit) appellatam eam eſſe ſolam, quæ in mariti manu eſſet, à matris nomine nuncupata.

Cōnuentæ, conditio dicebatur, cum primus ſermo de nuptijs, & earum conditione habebatur.

Cōnuentĭcŭlũm, (συνουσία) plerunque in malam partem accipitur: hoc eſt, pro conuentu ſeditioſorum aut ſceleratorum. Cicero pro Seſt. Conuenticula hominum, quæ ciuitates nominantur.

Cōnuentĭo, (τὸ συμφωνεῖν, ὁμολογία) nomen generale eſt ad omnia pertinens, ut ſcribit Vlpian. de quibus negotijs contrahendi tranſigendiq; cauſſa conſentiunt, qui inter ſe agũt. Nam ſicut conuenire dicuntur, qui ex diuerſis locis in unum locum conueniunt, ita qui ex diuerſis animi motibus conſentiunt, & in unam ſententiam concurrunt. Adeoq; conuentionis nomen generale eſt, ut nullum eſſe conuentum, nullam eſſe obligationem dicat, quæ non habeat in ſe cõuentionem, ſiue uerbis, ſiue re fiat.

Cōnuentũm, neutri generis, conuentionem ſignificat, συνθήκη. In Pand. Græcis conuenta, τὰ συνδόξαντα dicuntur.

Cōnuentŭs, (συνοδία) dicitur cũ homines ſimul uenerint. Fit autem quatuor modis. Vno, cum quemlibet hominem ab aliquo conuentum eſſe dicimus. Altero, cum ſignificatur multitudo ex pluribus hominum generibus contracta in unum locum. Tertio, cum à magiſtratibus iudicij cauſa populus congregatur. erant enim in prouincijs ſtatuti conuentus per rectores earum ad iudicia facienda. unde Plinius de Hiſpania, Nunc uniuerſa prouincia diuiditur in ſeptem conuentus. Idem lib. 3. ſcribit in Bethica fuiſſe iuridicos conuentus quatuor, uidelicet Gaditanum, Cordubenſem, Aſtygitanũ, Hiſpalenſem. Quarto, cum aliquem in locum frequentia hominum, ſupplicationis, aut gratulationis gratia colligitur. Ponitur interdum pro coniugio. Iuuen. Conuentum tamen & pactum eſt, ſponſalia noſtra Tempeſtate paras.

Cōnuērsŏr, utor, & conſuetudinem habeo, διατρίβω: à quo conuerſatio. διατριβή. Plinius lib. 10. cap. 33. Ne cui frequentior conuerſatio ſuſpecta ſit.

Cōnuĕrto, & Conuertor, (στρέφω) pro eodẽ accipiuntur. Plaut. in Amph. Sed tamen fuga in ſe nemo conuertitur. Conuertere ſe domum, pro reuerti. Teren. in Adel. Ego iam tranſacta re conuertam me domum cum obſonio. Et Plin. De uiris illuſtr. Veientes ad dolos conuerſi, pecora ex aduerſo in conſpectu illorum poſuerunt.

Cōnuexŭm, curuum, ex omni parte declinatum, qualis eſt natura

tura cœli, quod ex omni parte ad terram uersus declinatum est. Verg. Aspice conuexo nutantem pondere cœlum. Hinc conuexitas, ipsa porrectio aduersus nos, tractum à concauitate nauium, quæ extrinsecus huiusmodi formam habent, nomine Carinata dicta.

Cōnūīcīnĭum, (παροινία) ubi plures inter se uicini sunt.

Cōnuītĭor. aris. contumeliam dico. λοιδορέμαι. Vnde conuitiator, qui cōuitium dicit, uel facit. Cic. in Sall. Si de mea uita, atq; artibus huic conuitiatori respondero.

Cōnuītĭum, (λοιδορία) contumelia, inquit Labeo iureconsult. quasi conuocium, mutata litera: à concitatione, uel conuentu: id est, collatione uocum. Cum enim in unum complures uoces conferunt, conuitium dicitur: cum autem nec in cœtu, nec uociferatione dicitur, non proprie conuitium nominatur. Festus tamen à uicis, in quibus primo habitatū est, deriuat. Alij dicunt conuitium esse maledictum cum contumelia, & à uitio deriuari. Cice. pro Cælio: Maledictum autem nihil habet propositi præter cōtumeliam, quæ si petulantius iactatur, cōuitium: sin facetius, urbanitas nominatur. Idem 4. Acad. Vrgebor iam omnium uestrum conuitio. De hoc nomine uide Val. lib. 6. cap. 12. Iuuenal. Et frantis
" sommū deuso.
Cōnuīctŏr, dicitur quotidianus conuiua, & qui nobiscum uiuit familiariter. ξύσιτος, ὁμοδίαιτος. Horatius: Nunc quia
" sum tibi Mecœnas conuictor. Sueton. in Tybe. Nihilo lenior in conuictores Græculos.

Cōnuīuālĕ, quod ad conuiuium pertinet. συμποσιακόν. Liuius: Multaq; conuiualia ex auro & argento uasa.

Cōnuīuāri, conuiuium facere, aut simul cibum sumere. δαιτᾶσθαι, ἑστιᾶν. Teren. in Heaut. Scortari uolunt, crebrò conuiuarier. Vnde conuiuator, (δαιτυμών, ἑστιάτωρ) dicitur, qui parat conuiuium. Liui. 5. Bell. Maced. Est autem res similima cœnæ Chalcidensis hospitis mei, hominis & boni, & sciti conuiuatoris, apud quem hospitali tempore comiter accepti. Conuiuæ uero, & conuictores, dicuntur inuitati ad conuiuium. συνθοίνιοι. Terent. in Heaut. Egomet conuiuas moror. Plautus in Asin. Vocet conuiuam neminem, illam tu uoces.

Cōnuīuātōnēs, (συμπόται) à conuiuendo, compotores dicuntur.

Cōnuītŭum à uiuo fit, de quo Cicero de Sen. Bene maiores nostri accubationem epularum, quia uitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominauerunt. Græcè ὁμωζία.

Cōnuīuo. is. ere. uiuere, uel simul uiuere, & comessari. Plautus in Amphit. Misisti ad nauim Sosiam, ut hodie tecum conuiueret. Quintil. lib. 11. cap. 12. Lauamur, & tondemur, & conuiuimus ex consuetudine.

Cōnuōluŏlŭs, (ἴψ) pen. cor. uermiculi genus minoris eruca, multipedis, erodentis pubescentes uuas, quam alij uoluocem appellant: à cōuoluendo, quia se inuoluit in pampino. à Plauto inuoluulus, à Colum. inuoluola, à Suida ἴσμος appellatur. Plin. lib. 17. cap. 28. Simili modo ne cōuoluolus fiat in uinea, amurcæ congios duos, &c. Conuoluolus, (κληματὶς ἑτέρα) etiam est herba per fruteta nascens, nullo odore, nec crocos intus habens, sed florem tantum ac candorem lilij referens, ueluti rudimentum naturæ lilia facere cōdiscentis. dictum, quòd sese rei cui adhæret, inuoluat.

Cōnuōti, dicebatur ijsdem uotis obligati.

Cōnŭs, (κῶνος) proprie nux picea. Colum. lib. 7. Remedio sunt cupressini quindecim coni, totidemq; gallæ. Propter quod geometræ eiusmodi figuram conum appellant. Hinc conus dicitur curuatura, quæ in summitate galeæ prominet, (λόφος) super quam cristæ ponuntur: licet quandoq; pro crista ponatur, quem lingua uernacula pinarium uocamus.
" Vergil. 3. Aeneid. Et conum insignis galeæ, cristasq; comantes. Et coniferæ arbores, quæ conos: hoc est, nuces pi-
" neis similes ferunt. Ouidius: & coniferæ cyparissi. Quicquid præterea tali forma est, κωνώδης dicitur. Quidam etiam accipiunt pro capitio acuminato. Est & Conus musicus. Boëtius in Musica: Si conum quem turbonem uocant, quis diligenter exornet. Conisare apud Quintil. significat arietare, & fronte frontem percutere: Et satiati
" agni ludunt, blandéq; conisant. Hinc etiam conoides, (κωνωειδὴς) arbor ferens cupressos fœminas. nam à rotunditate in acumen leuatur.

Conyla, herba est, quæ & cunilago dicitur Plin. lib. 2. cap. 9.

Cooperio. is. cooperui, coopertum, tego: ut coopertum telis corpus. Liui. 8. ab Vrbe.

Coopto. as. lego, eligo, recipio. Cice. de Cle. Et cooptatū me ab eo in collegium Augurum recordabar: inde cooptatio.

Cōpĕn, Veteres pro copioso posuerunt. Plaut. Atq; ego nunc ut gloriosum faciam, & copi pectore. Hinc copona primum, deinde caupona, taberna uinaria, propter copiam rerum quæ ibi uenduntur.

Cŏphĭnŭs, (κόφινος) pen. cor. Latinè corba. Iuuen. Cum dedit
" ille locum cophino fœnoq; relicto.

Cōpĭă, (ἀφθονία) à con & ope, uel à capio, ut sit copia, quasi capia, quòd multa capiat. In singulari quidem abundantiam, eloquentiam, facultatem, (ἐξουσία) potestatemq; significat, ut
" faciā tibi copiam spectandi ludos. Ouid. Ante ait, emoriar,
" quàm sit tibi copia nostri. Neq; apud oratores cum alio uerbo iungitur. Poëtæ cum do iungunt. Verg. Postquam introgressi, & corā data copia fandi. Cum alijs uerbis abundantiam significat, ut magna copia frumenti auecta est. Cic. de Amic. Quid autem dulcius, quàm ut plurimum copijs, facultatibus, opibus possint cætera parare, quæ parantur, &c. Copia pecuniarum, & copia orationis. In plurali pro eodem significato quādoq; sumitur: ut noui copias tuas, & omnium rerum copias habeo, (κατασκευή.) peculiariter tamen significat exercitus multitudinem. ὅμιλος. ut copiæ Pompeij, copiæ Cæsaris. Teren. in Eunucho: Militē secum ad te quantas copias adducere. Cic. 1. Tusc. Copias maximas duxit ad Troiam. Aliquando etiam in singulari ponitur pro multitudine, (πλῆθος.) Pompeius ad Domit. Nec solus cum ista copia tantā multitudinē sustinere poteris. Idem: Etiam hortor ut cum omni copia quàmprimum ad me uenias. Cic. ad Attic. lib. 8. Vt Brundusium ducerem hanc copiam.

Ā copia copiosus. a. um. ὄπορος. abundans. Cic. 3. Ver. Magnificè, & ornatè, ut erat in primis inter suos copiosus, conuiuium comparat. Copiosè, abundanter, Cic. de Sen. Quàm copiosè ab eo agricultura laudatur in eo libro qui est de Tuenda re familiari.

Cōpĭŏr. aris. Castrense uerbum est, pro copias cogere. Gellius lib. 17. cap. 2. Et Romani multis armis & magno commeatu prædaq; ingenti copiantur. quod uerbū haud facile reperias apud ciuilium causarum oratores: exq; eadem figura est, qua lignantur, & pabulantur, & aquantur.

Cōpĭĭō. as. quod est copias augeo, siue cogo: sicut lignor, aquor, quæ sunt uerba Castrensia.

Cōpĭĭŏlă, diminutiuum, significat paruam copiam.

Copo. onis. idem quod caupo. Cic. pro Clu.

Cōpŭlă, (σύνδεσις, σύναρξις) quæ copulat: id est, cōiungit, quales sunt apud grammaticos, σ, φ, & huiusmodi. Accipitur & pro nexu & uinculo, (ἄμμα) à copulando: id est, nectendo. Apul. lib. 9. Copulæ sparteæ tritura cōtinua exulceratæ. Nam iumenta ceruicibus exulcerata & colla detrita obiu-
" gum uidemus. Ouid. Copula detrahitur canibus. id est, uinculum colli. Plaut. in Epid. posuit copulas pro loris ad colligandum accōmodatis, cum ait: Quæritant me, in manibus gestant copulas. Dicitur & copula, (συνδυασμὸς) cuiuslibet rei duplex numerus: unde copula matrimonij.

Cōpŭlo. as. are. colligare, uincire, cōiungere. Plin. li. 17. ca. 19. Insociabilesq; arborum naturæ copulentur. Plaut. in Pœn. Quid ais tu, quando mecum caput & corpus copulas? Copulor.

pulor. aris. deponēs, idem significat. Plaut. in Epid. Caue sis cum filia mea. Hanc copulari, neq; conspicere.

Cōpŭlātiuŭs. a. um. quod copulat, uel copulare potest. συναπτικός. unde coniunctio copulatiua: à copulo, coniungo.

Cŏquīnă, (μαγειρεῖον, ὀπτανεῖον) pen. prod. uide Colina.

Cŏquīnārī, (μαγειρεύειν) est coquinariā artem exercere. Plautus: Neq; ego unquam nisi hodie ad Bacchas ueni, in Bacchanal coquinatum.

Cŏquīnārĭă. æ. (μαγειρικὴ) ars coquēdi quæ ad uictum spectat.

Cŏquīnārĭŭs. a. um. quod ad coquinam pertinet. μαγειρικός. unde uasa coquinaria dicta.

Cŏquĭto. as. pen. cor. frequentatiuum est à Coquo.

Cŏquo. is. xi. ctum. à cogendo, quoniam coctum cogendo coërcetur, ut ad utilitatem uescendi perducatur. Et duo significat: scilicet per ignem, ut carnes coctæ. ὀπτὰ κρία. & maturare, id est maturum facere. πεπαίνειν, πέπειρον. Plinius: Aegrescunt sexagenis diebus siti maxime, antequam fici coquantur autumno. Huius composita sunt concoquo, (συμπέπτω, ἐκπέπτω) simul coquo, seu digero. unde concoquitur cibus calore stomachi. Plin. lib. 27. Theophrastus celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius in supinis. Et per translationem concoquere iram. πέψαι τὸν ὀργήν. Decoquo, in totum coquo. Excoquo, perfecte coquo, digero. πεπαίνω. Colum. proprie, cum ait: Vis frigoris excoquit terram. Incoquo, coquendo applico. ἐνέψω. Nam cum metallum aliquod deplumbamus, uel deargentamus, uel deauramus, incoquere dicimus. unde uasa ænea, stanno ad ignem illita, incocta dicuntur. Plinius: Deinde & argentum incoquere simili modo cœpere. Proprie tamen est intus coquere. Verg. lib. 4. Georg. Huius odorato radices incoque Baccho. Percoquo, ualde seu perfecte coquo. ἀνέψω. Plin. lib. 23. Bubulas carnes, additi caules magno ligni compendio percoquunt.

Discoquo. Idem lib. 29. Denas uirides lacertas, in decem sextarijs olei ueteris discoquunt. Præcoquo, antè coquo, uel antè maturo. à quo præcox fructus, & præcoqua uua: id est, præmatura. Recoquo, rursus coquo. Plin. An satis recoctum sit. Et omnia habent pen. correptam. A coquo ducitur uerbale coctio. onis. ipse coquendi actus. unde coctionem facere, pro concoquere, & conficere cibum in uentriculo, quod uulgus digerere uocat. Plin. lib. 20. cap. 9. Coquitur & in melle cibi gratia, maxime ut coctionem facias. Et coctura. ræ. idem quod coctio. Colum. lib. 12. cap. 18. Si quinta pars picis Brutiæ in uniuersam coctura adijciatur, utilissimum fit omni uindemiæ.

Cŏquŭs, uel Cŏcŭs, qui cibos coquit aut uendit: qui & coquinarius dicitur. μάγειρος.

Cor cōrdis syllaba recti, nunc breuis, nunc longa reperitur. (καρδία) unum est ex uiscеribus. nam omnia interiora uiscera dicuntur: in quo (ut inquit Plin.) habitat mens, & fons est uenarum, arteriarum & sensuum. Et sicut ait Auicen. ab interprete Galeni. Aliquando tamen accipitur pro mente, (φρήν.) Cice. lib. 1. Tusc. Cor ipsum animus uidetur. Vnde concors, (ὁμόφρων) discors, excors, socors, uecors, (ἄφρων, νουμενὴς) grauicors, & cordatus. Cordi est, id est, delectat, & placet. καταθύμιόν ἐστι, πρὸς θυμόν. Cicero: Ideoq; eò mihi magis est cordi. Teren. Si hæ nuptiæ sunt tibi cordi. id est, iucundæ.

Cŏrăcīnŭs, (κορακῖνος) pen. prod. coruinus. Plinius etiam piscem quendam coracinum appellauit.

Cŏrălĭŭm, uel cōrălĭŭm, aut cŭrălĭŭm, (κοράλλιον) lapis rubei coloris. Plin. Corallium religiosum in primis gestamen esse existimant amoliendis periculis. Planta est (ut inquit Dioscor.) marina. Nascitur enim in mari rubro, & in Persico, & circa Orchadas insulas, & in Siculo circulo circa Drepanum. Forma ei est fruticis, color uiridis, baccæ candidæ, sub aqua molles, exemptæ confestim lapidescunt, & rubescunt quasi corna, ut scribit Theophrastus de gemmis. Hius nominis quidam primam producunt. Ouid. lib. 4. Metamorph. Nunc quoq; coralijs eadem natura remansit. Alij breuiant. Claud. Mergit se subito, uellitq; corallia Clotho.

Cŏrăllŏăchātēs, lapis est guttis aureis, corallij modo distinctus.

Cōrăm, præpositio est, quæ contrariam habet significationem à clàm: ut, Coram senatu orationem habui. Differt tamen à palam, quòd coram magis ad personas certas, palam ad omnes refertur. Coram indiget adiectione, palam non indiget. Et differt ab ante, quòd ante oculos, longe intelligi potest: coram proximitatem significat. Teren. in Eunu. Quæ mihi ante oculos coràm amatorem adduxti tuum.

Cŏrămblă, (κορωμβλη) herba quæ oculos retundit, & hebetes facit. Ideoq; dicta corambla: nam κόρα pupillam significat. ἀμβλὺς dicitur retusus & hebes. brassica. & per syncopen κράμβη.

Cŏrăx. cis. (κόραξ) à Latinis dicitur coruus. Cic. lib. de Orat. Quare coracem uestrum istum patiamur? Hinc componitur, noctícorax, seu nyctícorax: corax nyctorinos, coruus nocturnus.

Cōrbĭs, (κόφινος) uas ex uiminibus factum. Cic. pro Sest. Messoria se corbe contexit. Dicta secundum Varr. ab eo, quòd spicas aliud úe quid eo corruebāt. Hinc minores dictæ corbulæ. γυγάθια. Cato uillicum dixit habere oportere corbulas amerinas quatuor. Colum. uero ait, Corbulæ decemmodiæ, trimodiæ. Dicimus autem hic uel hæc corbis.

Cōrbĭtă, pen. prod. naues onerariæ: dictæ quòd in earum malo summo pro signo corbes solerent suspendi. Plaut. Tardiores quàm corbitæ sunt etiam in tranquillo mari.

Cōrbĭto. as. are. in corbitam immittere. Plautus in Cassin. Ego noui ambas estrices, corbitant, Vbi comesse possunt. Per translationem dixit, pro uentrem implent, quasi naui gium onerent.

Corbonam, (κορβονᾶν) pen. cor. Iudæi sacrum thesaurum dicunt, Iosepho & Eusebio autoribus.

Cōrcăllĭs, gemma est, quæ modo nigro, modo cæruleo colore est.

Cōrchŏrŭs, uile olus apud Plinium. Vnde Prouerbium contra eos qui magnis honoribus inhiant, cum ipsi sint nihil, Corchorus inter olera.

Cōrcŭlŭm, diminutiuum à cor. Plaut. Meum corculum, meus molliculus caseus. Et corculus acutus, quasi cor sapiens. Fest. Corculum dicebant antiqui solertem, & acutum. Cic. lib. 1. Tusc. Et Nasica ille prudens, bis consul, corculum appellatus. Plin. lib. 7. Catos corculos apud Rom. cognominatos esse refert, qui sapientia præstiterunt.

Cordapsus, (χορδαψὸς) morbus tenuioris intestini, quem iuniores iliacum nominant. Chordapsus scribendum.

Cōrdātŭs homo, (ἄμφρων, νουνέχων, νουνεχής.) id est, insignis corde, & præstās memoria, qui solertia multa pollet & ingenio, quemadmodum & corculum. Lactan. lib. 3. Non inficior fuisse illum paulo cordatiorem, quàm cæteros qui naturam rerum putauerunt ingenio posse comprehendi. Cic. 1. Tusc. Egregie cordatus homo Catus Aelius Sextus.

Corcholipis, genus simiæ, quæ ultimam partem caudæ uillosam habet, Festus.

Cōrdĭăcŭs morbus, (καρδιακὸς) aliās cardiacus, ἀπὸ τῆς καρδίας: & melius.

Cōrdirĕ, Veteres dixerunt pro eo quod est animo cedere.

Cōrdŏlĭŭm, (καρδιαλγία) commiseratio, & quasi dolor cordis. quod uocabulū in quotidiano sermone est usitatissimum, quo & uetustissimi autores utuntur. Plaut. Mihi cordolium est. Idem in Pœn. Ibi tibi erit cordolium, si quam ornatam melius forte aspexeris. Idem scribit mulieri non esse cordolium,

lium,nam mulier nulla cordicitus dolet & animo.

Cōrdūs.a.um. (ὀψίγονος) quod ſerotina fœtura natum eſt: ut cordum fœnum autumnale: id eſt, quod autumno ſecatur. Colum.lib.7.cap.3.Sic corda frumenta dicta ſunt, quæ ſero matureſcunt. Et cordi agni,ſerotini,qui poſt tempus debitum naſcuntur, quos uulgus uocabulo inde deducto cordiſcos nominat.Plin.lib. 8. cap. 47. Eſt ergo cordus cognomen eorum qui tarde naſcuntur.unde apud Sueton.Cordus Cremetius legitur,quo nomine etiam dictus alius ſcriptor hiſtoriarum,quem ſequi ſe ait Iul. Capitol. in uita Gordianorum.unde Quintil.lib. 1. præcipit ſcrutandas eſſe à ſubtili præceptore origines nominum, unde Agrippa, & Opiter, & Cordus, & Poſthumus dicantur. Varro de re Ruſt. lib.2.cap.1.per aſpirationem ſcribit chordum, & à χοεία deriuat,quod ſignificat uoluam intimam,ſiue inuolucrum, quo fœtus in utero matris deuoluitur.

Cōrgo,aduerbium, apud Veteres pro profectò, quaſi ex corde ago:id eſt,loquor.

Cŏrĭācĕum,quod ex corio eſt.σκύτινον.

Coriaceſia,genus herbæ.Plin.lib.24.cap.17.

Coriandrum, coriandri, herbæ genus, de qua Plinius libro 20. cap. 20.

Corias,coriæ, genus piſcis.Plin.lib.33.cap.11.

Cŏrĭāgo,infeſta (ut Colum.inquit lib.7.) peſtis bubulo pecori,ſcilicet cum pellis ita tergori adhæret,ut apprehenſa manibus deduci à coſtis non poſſit. Ea res non aliter accidit, quàm ſi bos, aut ex languore aliquo ad maciem perductus eſt,aut ſudans in opere faciendo refrixit, aut ſi ſub onere pluuia madefactus eſt.Vide Colum. lib.7.cap.13.

Cŏrĭārĭus,qui coria concinnat,præſertim craſſiora. βυρσοδέψης.Coriarius præterea eſt frutex rhuis herbæ. Plinius lib. 24. cap. 11.

Cŏrīnthĭārĭus, à Suetonio poſitum eſt pro amatore nimio Corinthiorum uaſorum.

Cŏrīnthĭa uaſa, (χαλκία σκεύη) dicuntur ex ære Corinthio fabrefacta,quòd auro, argentoq; cum ipſo ære confuſis fiebāt. Nam æs Corinthium maxime laudabatur. unde factum eſt, ut omnia uaſa ex ære elegantia Corinthia ſint appellata. Propter quæ apud Veteres tanto in precio fuerunt æris metalla,ut argenti quoque atque auri precium tranſcenderint. Tria autem ſunt genera Corinthij æris,ut docet Plin. Candidum, quod nitore accedit quàm proxime argento. Alterum in quo auri fuluus color inſpicitur. Tertium in quo æqualis temperies omnium fuit.

Coriolana pira,dicuntur à forma.

Coriſcus, leue miſsile in modum ſagittarum.Verg. Coriſciq; leues.& lætifer arcus,Nonius.

Cōrĭum, (βύρσα,σκῦτος) animalium eſt, præſertim eorum quæ craſsiorem pellem habent ac duriorem: quamuis quandoq; pro quacunq; pelle (δέρμα) dicatur, etiam rerum inanimatarum. Cæſar 2. Bell. Ciu. Super lateres coria inducuntur,ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. Cicero 1. de Natu. Deor. Quarū aliæ corijs tectæ ſunt,aliæ uillis ueſtitæ,aliæ ſpinis hirſutæ. Apud Plin. Corium terræ eſt,nō tam cutis eius facies q; ſumma, quàm tectoriū, & ſtatumen quoddam craſsius,cui & aliud quoq; ſubeſſe poteſt corium. Nam in parietibus ſtruendis, ordines ipſi laterum coria à Vitruuio dicuntur: hoc eſt, quæ uulgò turba opificum appellat curſus.Bud. Annot. in Pand. Dicitur & corius maſcul.genere. Plaut. in Pœnu. Heri in tergo meo tres facile corios contriuiſti bubulos.A corium fit excorio.as. (δέρω) quod eſt corium detraho.

Cōrnētŭm, (κρανεών) locus ubi ſunt frequentes corni,ſicut à pino pinetum.

Cōrnĕus.a.um.quod ex corno eſt.κράνινος. Plautus: Duram ac corneam uirgam. Poteſt etiam eſſe à cornu deductū nomen. unde hybernæ coronæ corneæ dictæ ſunt:quoniam nascante tum flores terra,laminis è cornu tinctis fieri ſolebant. Vnde corneum roſtrum, Cice. & corneus color, qui cornu, uel corni ſimilitudinem refert, Plin. Corneolus, diminutiuum.Cicero de Natur. Deor. 2. Sed duros & quaſi corneolos habent introitus, multisq; cum flexibus:quod his naturis relatus amplificatur ſonus.

Cōrnĭcĕn. pen.cor.qui cornu canit. κερατόλος, ὁ σημαίνων κέρατι.Iuuenal. Quadraginta dedit Gracchus ſeſtertia dotem Cornicini, ſiue hic recto cantauerit ære. Dictum ita, quia quod nunc ex ære eſt,tunc fiebat bubulo cornu.

Cōrnĭcŏr. penul. prod. deponens, ſignificat more cornicum garrio. κρώζω. Perſius: Neſcio quid tecum graue cornicaris inepte.

Cōrnĭcŭlārĭus,nomen eſt ordinis in militia, ſicut cōmentarienſis,& accenſus. Docet Aſconius, perinde ac cornicularis à corniculo inclinatur, ſic à cornu cornicen. Nam qui corniculo militabat, is & Cornicularius dicebatur. Maternus uidetur oſtendere cornicularium officium fuiſſe ſuper ſententijs damnatorū,cum ait lib. 2. Quòd ſi in his locis Mars ſe aliqua ſocietate cōiunxerit, uel ſi cum his fuerit inuentus, erunt homicidijs publicis præpoſiti, & exceptores earū ſententiarum quæ de hominum capitibus proferuntur,aut cornicularij,aut cōmentarienſes, ſed quibus iura cōmittantur.

Cōrnĭcŭlŭm,diminutiuum à cornu.κεράτιον:quo etiam nomine uocatum eſt oppidum iuxta Tarquinios, (κόρνικλος:) à quo oppidani Corniculani (κορνικλανοὶ) appellati ſunt. Et corniculum,ornamenti genus quo donabātur milites ab imperatoribus pro re bene geſta. Liuius lib.10.ſcribit Papyriū conſulem equites omnes ob inſignem in bellis operam donaſſe corniculis,armillisq; argenteis.

Cōrnĭgĕrŭs.a.um.quod eſt ex genere cornua habentium. κεράτοφυής.ſicut caprigenum,quod ex genere caprarum.

Cōrnĭgĕr. pen. cor. gerens cornua. κεραλοφόρος, κερασφόρος. unde Bacchus corniger dictus eſt, quia ſimulachro Liberi patris cornua adijciebantur,quòd uini inuentor fuerit. Homines enim nimio uini potu truces redduntur.

Cōrnĭpēs, (κερατόπους) penul. cor. animal pedes habens,ſicut equus & capra, & huiuſmodi unguiū aut pedum animalia. Ouid.lib. 2. Faſt. Cornipedi Fauno cæſa de more capella. Nam Faunus caprinos pedes habere fertur.

Cōrnīx, (κορώνη) auis quæ dux auium eſſe dicitur. uulgo ein krey.cornices etiam accipi ſolent pro ijs, qui ſe ſapientiores ac duces aliorum uideri uolunt.unde Cornicum oculos configere,prouerbio dicimus. Huius diminutiuum eſt cornicula.Hieronymus ad Paulinum:Malo alieni operis interpres exiſtere,quàm (ut quidam faciunt informes corniculæ)alienis me coloribus adornare.Eraſ.Chil.

Cōrnū,Cornum, & hic Cornus ſecundum Priſcian.à curuore (ut ſcribit Varro)nominatur.Plinius lib.28.cap.11.Dentes mobiles confirmat ceruini cornus cinis.Idem lib.11. cap.37. Omnibus autem caua & in mucrone demum concreta ſunt cornua:ceruis tantū ſolida & ſingulis annis decidua. Hinc fiunt,unicornium,μονόκερως. bicornium, δίκερως.tricornium, quadricornium. Per translationem cornua fluminum dicuntur flexus,curuitates aluei,quòd multis in locis ad cornuum ſimilitudinem flectantur.Item cornua antennarum ſignificant utranque partem antennæ.Vergil.Cornua uelatarum obuertimus antennarū. Simuliter in prælio cornua dicuntur utraq; pars exercitus.In exercitu enim eſt dextrum & ſiniſtrum cornu, & quod inter utrunq; eſt, dicitur medium. Terentius in Eunucho: In medium huc agmen cum uecti Donax: Tu Simalio in ſiniſtrum cornu, tu Syriſce in dextrū.Cæſar 1.Bell. Gall. Ipſe à dextro cornu prælium commiſit. Item cornu,genus eſt tubæ obtortæ, à quo cornicines dicti ſunt.

Cornu

Cornucopiæ, (κέρας ἀμαλθέας) quod Hercules cum Acheloo in speciem tauri mutato congressus ei detraxit: hoc Naiades acceptum, & omnium fructuum primitijs refertum, Copiæ » consecrarunt: unde apud Ouid. Achelous rigidum fera dex » tera cornu, Dum tenet infregit, truncaq; à fronte reuellit. Naiades hoc pomis & odoro flore repletum Sacrarunt, diuesq; mea bona copia cornu est.

Cōrūpĕtă, (κορυπλίκος) penult. cor. animal quod cornibus petit: id est, ferit.

Cōrnūs, (κρανέα) fœm. gene. tam quartæ quàm secundæ declinationis, secundum Prisc ianum: arbor ramos habēs duritie & rigiditate cornibus similes, fructum circa solstitia facit, primo candidum, postea sanguineum. Vergil. lib. 9. Conlecto sternit iaculo, uolat Itala cornus: id est, telum ex corno factum. Cornum, (κράνιον) gen. neut. fructus. Idem: Baccæ lapidosaq; corna.

Cōrnūtūs. a. um. quod habet cornua. κερατώδης, κεράτινος. Varro 2. de re Rust. cap. 7. Aetas cognoscitur equorū & ferè omnium qui ungulas indiuisas habent, & etiam cornutarum, quòd &c. Potest etiam dici cornutum, quod procedit ex cornu. Martial. Occubuit tandem cornuto ardore potitus. Cornuti quadrupedes, à Veteribus dicebantur elephanti: nam quod in his dentes dicunt, cornua sunt. Sed mirum est, quod scribit Suidas de Cornuto, & dicit duos mirabiles uiros fuisse unum Liuium & Cornutum (κορνοῦτον.)

Cŏrōllă, diminutiuum parua corona. (στεφάνιον.) Proper. Me » iuuat externis positum languere corollis.

Cŏrōllārĭŭm, (ἐπιφορὰ, προσκατάβλημα, ἐπίδοσις.) authore Varro. lib. 1. significat id quod additū est supra mensuram, præterquam quod debitum, tanquam auctarium quoddam. à corollis nomen deductum, quòd hæ, cum placuerant actores, in scena dari solitæ sint. unde & corollaria, dicūtur ipsæ coronæ. Sueton. in August. Itaq; corollaria & præmia alienis quoq; muneribus ac ludis, & crebra et grădia de suo offerebat. Plinius 21. Paulatim & Romæ subrepsit appellatio corollis, inter initia propter gracilitatem nominatis, mox & corollarijs, postquam è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata, dabantur. Cic. in Frumentaria: Noli hoc colligere qui numulis corrogatis de nepotum bonis, ac de scenicorum corollarijs decimam emerunt, (λιμπτῆρα.) Hæc autem, cum precij parui forent, factum est, ut corollarium, pro re leuiori accipiatur. Plin. lib. 9. At illa corollarium id ĕsse, sumpturamq; ea in cœna taxationem confirmans. Apulei. symbolicūs corollarium uocauit posticum concubitum, cum ait: Mihi iam fatigato de propria liberalitate, Photis puerile obtulit corollarium.

Cŏrōnă, est quam Græci στέφανον uocant, à nostris olim strophia, à στρέφειν quod est uertere. Postea per diminutionem strophiola est appellata, deinde à serendo, serta. Et cum uideatur corona à choro dici, caret tamē aspiratione. Puerūt autem apud Romanos diuersorum generum coronæ in magno precio habitæ: scilicet, Triumphalis, quæ fiebat ex lauro & triumphanti dabatur: quoniam ea arbor præcipue est lætitiæ uictoriarumq; nuncia. Obsidionalis, quam liberati ab obsidione dabāt ei, qui ipsos liberauerat, ex gramine decerpto inde, unde obsessos ille seruasset. Nam (ut ait Pli.) summum apud antiquos signum uictoriæ erat, uictos porrigere herbam è terra. Ciuica, quam ciuis ciui, à quo seruatus est in prælio, testem uitæ salutisq; perceptæ dat: & hæc huiusmodi erat primo ilignea, postea magis placuit ex quercu: quia antè causa uitæ in hac arbore hominibus fuit, qui glandibus uescebantur: etiam ex ilice. Muralis erat, qua donabatur ad Imperatore, qui primus murum subijt, inq; oppidum hostium per uim ascendit, & aurea erat. Vallaris, quæ & Castrensis dicitur, similiter aurea, habēs insigne uallī. Hac donabatur qui primus hostium castra pugna introiuit. Naualis quoq; aurea, quasi rostris nauiū insignita, qua donari consueuerat, qui primus maritimo prælio, in nauem hostiū ui transiliebat. Oualis myrtea erat, qua utebantur Imperatores qui ouantes introibant ciuitatē, quando bellū leuiter, & sine cruore perfecissent. Corona etiam dicitur » ornamentum muliebre. Horat. li. 1. Carm. Et scindit hærentem coronam crinibus. Item ponitur pro conuentu hominum circumstante. Item pro circulo circa lunam, (ἅλως) Item pro signo cœlesti, Ariadne Minois filia, quæ conuersa » est à Baccho. Vergil. lib. 1. Georg. Gnosiaq; ardentis decet » dat stella Coronæ. Ferunt Ariadnam coronam dono accepisse à Theseo, inde nupsisse Libero patri, & post eius mortem Liber pater coronam in cœlo collocauit. Alij dicunt hanc coronam dedisse Bacchum Ariadnæ, cum ad Minoën in Creta uenit. Alij dicunt coronam fuisse datam à Venere Baccho, in nuptijs deorum. Hæc Cancro & Leone exoriente occidit. exoritur cum Scorpione nonis Octobris, habet stellas nouem in rotundo dispositas.

Cŏrōnāmēntŭm, coronarum multitudo. στέφανωμα, τὰ στεφανωτικά. Plin. Atria quippe coronamentis referta. Aliquando accipitur pro floribus frondibusq;, & alijs ex quibus coronæ fiunt. Idem: In hortis seri & coronamenta iussit Cato, inenarrabili florum maxime subtilitate.

Cŏrōnārĭŭs. rij. qui coronas conficit. στεφανοπλόκος. Plin. Factum. id est ex ingenio Glyceræ coronariæ dilectæ illi. Et coronarius. a. um. adiectiuū, quod ad coronas pertinet. στεφανωτικός. unde aurum coronarium, ex quo coronæ conficiebantur. Cic. pro lege Agrar. Quod ad quenq; peruenerit ex præda, ex manubijs, ex auro coronario. Coronarium opus, in modum coronæ factum. Plin. lib. 25. cap. 30. Ramos spargit à radice dodrantales, copiarij ac coronarij operis.

Cŏrōnis. pen. pro. coronidis, fœm. generis. (κορωνὶς) summitas, seu apex alicuius rei, uelut montis, aut structuræ alicuius.

Significat & puppim nauis, quòd sit in eius apice curuatum rostrum. Vsque ad coronidem dicimus, cum extremum finem rei cuiuspiam significamus. Coronis etiam interdum » dicitur quod accedit absoluto operi: ut Mart. lib. 10. Sed ni» mius uideor, seraq; coronide longus Esse liber: legito pauca » libellus oro. Idem: Et mage principio grata coronis erit. Postremo grammatici quoties persona actoris eodem metri genere finit, quo cœperat, coronidem uocant: eamq; notant ueluti rostri figuram exprimentibus lineis.

Cŏrōno. as. coronā capiti impono. στεφανόω. Verg. 1. Aen. Cra» teras magnos statuunt, & uina coronant. Plin. lib. 15. cap. 4. Athenæ quoq; uictores olea coronant.

Cŏrōnŭlă. diminutiuum, parua corona. στεμμάτιον.

Cŏrōnŏpūs, oblonga herba est cūfissuris. seritur interim, quoniam radix cœliacis præclare facit in cinere tosta. Plin. lib. 22. cap. 19. Et lib. 21. cap. 16.

Coruphium, piscis de genere canerorum. Plin. lib. 32. cap. 11.

Cōrpŏrālĕ, (σωματικὸν) quod est, uel habet corpus. Incorporale, (ἀσώματον.)

Cōrpŏrātĭo, idem quod corporatura. σωμάτωσις. Colum. lib. 7. Custodiendum est, ne in corporatione, uel statura, uel uiribus impar cum uiolentiore iungatur: nam utraq; res inferiori celeriter affert exitium.

Cōrpŏrātūră, corporis quantitas: hoc est, habitus & status ipsius corporis. Veget. lib. 1. scribit corporaturam boni tyronis implere sex pedum longitudinem. Colum. lib. 7. Humilis enim & modica corporatura pecoris operarij debet esse. Virtu. li. 6. Sed ex cœlo roscidus aër in corpora fundens humorem, efficit ampliores corporaturas.

Cōrpŏrĕŭs. a. um. (σωματικὸς, σωματώδης) quod est ex substantia corporis, ut lapis: è diuerso incorporeus, ut uirtus. Cic. 2. de Nat. Deor. Contrà ille corporeus, uitalis & salutaris, omnia conseruat, alit, auget, sustinet, sensuq; afficit.

Cōrpŏro.as.interficio,& corpus sine anima relinquo. Ennius: Corpus contemplatur, unde corporet uulnere. Hinc fiunt composita,concorporo,(συναωματόω) & incorporo.

Cōrpŭlēntŭs,dicitur homo obesi corporis.μιγαλόσωμος. Plaut. in Epid. Euge corpulentior uidere,quàm agilior. Sic corpulentum pecus apud Colum.lib.6.cap.3. Hinc corpulentia, carnositas. πάχος. Plin.lib.11. cap.53. Somno concoquere, corpulentiæ,quàm firmitati utilius.

Cōrpŭs.poris.(σῶμα) massa ista compacta ex artubus & membris. Seneca: Corpore truncato caput abest. Aliquando pro sola carne ponitur. Cicero Gallo: Ego hic cogito commorari quo ad me reficiam: nam & uires & corpus amisi. Martial. utranque significationem posuit, Viuebant laceri membris stillantibus artus, Inq; omni nusquā corpore corpus erat. Hinc corpulentos dicimus obesi corporis homines.

Corporum tria genera Pomponius esse affirmat. Vnum, quod una specie cōtinetur,ut homo,lapis,lignum. Alterum, quod ex contingentibus:hoc est, pluribus inter se cohærentibus constat:ut ædificium,nauis,armarium. Tertium,quod ex distantibus compactū, utputa ex pluribus corporibus,uni nomini subiectis: ut populus,legio,grex. Vel aliter distinguitur,quia aliqua sunt inanimata,ut lapis. Quædam animata anima uegetatiua,uel sensibili,ut plāta,leo. Quædam anima rationali animata,ut homo.

Cōrrādo.is. (συνάγω) penult.prod. simul,siue totum rado,aufero,uendo alieno. Teren. in Heaut. Nihil relinquo in ædibus,nec uas,nec uestimentum, corrasi omnia. id est, uendidi uel alienaui. Lactan.lib.5. Non propter humanitatem, quæ nulla in his erat,sed ut omnia cupiditatis & auaritiæ instrumenta corraderent.

Cōrrĭgĭă.giæ. à corrigo deductum esse nomen uidetur: & est lorū,quo uerberabantur serui,ut corrigerentur, & emendarentur. Cicc. 2. de Diuina. Quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt obseruanda.

Cōrrĭgo.is.pen.cor.correxi,correctum,ex con & rego,significat emendo.διορθόω,ἀνωθόω. Lactan.lib.4. Antequam mores aliorum corrigas, tuos corrige. Terent. in And. Corrigere mihi gnatum porrò enitere. Cicero ad Qu. Frat. lib. 1. Sic ego,qui in isto homine colendo tam indormiui diu, te me hercule sæpe excitante: cursu corrigam tarditatem tum equis, tum uelis. Inde corrector,emendator. ἐπανορθωτής.

Cōrrĭpĭo.is.penult. cor. reprehendo. ἐπιτιμάω,ἐπιλαμβάνομαι. multi enim corripiuntur, qui tamen non corriguntur. Plinius in Epist. Repeto me correptum ab eo cur ambularem. Corripimus uerò magis uerbis,quàm uerberibus. Proprie autem est aliquid celeriter rapere. λαμβάνομαι, ἀντιλαμβάνομαι. Vergilius: Hic arcumq; manu celeresq; sagittas Corripuit. Adaptatur hoc uerbum ad omnes actus humanos:ut, corripitur somno, corripitur febribus, & multa alia huiusmodi.

Cōrriuārĕ,est riuum ducere,seu facere. Plin.lib.6.cap.14. Angustias impedit corriuatus satis à cautibus liquor. hoc est, permultis ueluti riuis fluens ex solis colliquatione. Idem lib. 3.cap.5. Albula è media ferè longitudine Apennini,finibus Arentinorū profluit,tenuis primo, nec nisi piscinis corriuatus.hoc est,auctus, & primos ex piscinarū beneficio riuos faciens. Sic corriuari amnes & torrentes dicuntur, cum sese ueluti in multos riuos dispergūt. Idem lib.31. cap.3. Plerūq; uerò damnosi torrentes corriuātur detracta collibus sylua. Corriuare etiam dicitur de brutis, cum potandi gratia ad eundem riuum conueniunt. Aliquando transitiuè. συνεχετεύειν. Vnde corriuales,qui duo aut plures eandem amicam habent,uel quòd eundem riuū accedere uideantur: uel quòd inuicem contendant, ut feræ, quæ ex eodem riuo hausium petunt, (ἀντιρασαί.)

Cōrrōbŏro.as.pen.cor.confirmo, roboro,fancio: Cic. de Ora. Ingenia obtundi nolui,corroborari impudentiam. Inde corroboratus, firmatus, confirmatus, cui robur accessit. uide Roboro.

Cōrrōdo.is.simul rodo, pen.pro.uide Rodo.

Cōrrŏgo.as. antepen. prod. rogo multis precibus. uide Rogo.

Cōrrūdă.penu.prod.sylueſtris asparagus. Cato: In harundineto corrudam serito,unde asparagi fiant.

Cōrrūgōs uocant à corriuatione,& sunt aquæ ex montium iugis ductæ ad lauandum aurum,authore Plin. lib.33. cap.4.

Cōrrūmpo.pis (διαφθείρω) contamino,uito,destruo, tam ad animā quàm ad corpus refertur.unde corruptor,(φθορεύς) & corruptela. Plin.lib.3.ca.22. Quæ nec aqua,nec igni posset corrumpi. Teren.in Adelph. Pisces ex sentētia naclus sum, hi mihi ne corrumpantur cautio est. Lactan.lib.3. Cœlites literas corruperunt,ut nouam sibi doctrinam sine ulla radice ac stabilitate componerent. Aliquando est subornare,inuitare,& illicere muneribus. καταδωροδοκεῖν. Plin. lib.7. Aduersis studijs copia odorum corruptum criminantibus.

Cōrrŭptēlă, quod corrumpit, & contaminat. διαφθορά. Terentius in Adelph. Communis corruptela nostrûm liberûm. Cic.2.Officiorum: Melius etiam, quòd largitionem corruptelam dixit esse.

Cōrs,cortis, (ἕπαυλις) uide in dictione Cohors.

Cōrsŏīdēs, (κορσοειδὴς) lapis caniciei hominis similis. Plin. lib.37.cap.10.

Cōrtēx,(φλοιός,κίλυφος,λέπισμα,λέπος) tam masc. quàm fœ. gen.est ueluti coriū cuiusq; rei,ut arboribus liber, & in cæteris rebus crusta quædam ad tegendum data. Nam corium propriè animalium est. Ouid.lib.1. Met. Sentit adhuc trepidare nouo sub cortice pectus. Vergil. Raptus de subere cortex. Idem: Musto circundat amaræ Corticis. Huius diminutiuum est corticula, φολίδιον. Colum. Corticulis resolutis. Hinc decortico.as.& excortico.ἀπολέπω. Vnde etiam

Cōrtĭcōsŭs.a.um. Plin.lib.12. cap.14. Quod in arbore hæsit, ferro depectitur, ideo corticosum. Corticatus. a. um. quod corticem habet. Colum.lib.12. cap.23. Pix corticata appellatur,qua utuntur ad condituras Allobroges.

Cōrtīnă.pen.prod.multa significat. Nam cortinæ sunt uasa in quibus pigmenta colores q; coquuntur,quibus lanæ intingun tur,& uela pinguntur immersa. Plin. lib.19. Decimo fermè die liquatis cortina uelis elutriatum mergitur in experimentum. Et lib.35. Hoc cū fecere,nō apparet in uelis:sed in cortina pingui,mirūq; cum sit unus in cortina color,ex illo alius atq; alius fit,in ueste accipientis medicamnis. Seruius accipit cortinā pro tripode Apollinis. unde oraculum:uel quòd Apollinis tripos corio Pithonis serpentis tectus sit:uel certa illic responsa fundantur,quasi certina. Ver. Neq; te Phœbi cortina fefellit. Vel quia illic cor uatis tenetur. Illuc enim raptæ Phœbades uaticinabantur. Cum aūt hæ cortinæ Apollini Delphico antiquitus dicarentur,alio nomine Delphicæ sunt nuncupatæ. Plin. lib.34. Ex ære factitauere & cortinas tripodum,nomine Delphicas: quoniam donis maximè Apollinis Delphici donabantur. Varr. lib.3. Cortina dicta est,quòd inter terrā & cœlum, à similitudine cortinæ Apollinis. Et à corde,quòd inde sortes primum extimatæ. Cato cortinā plumbeā accipit prouase quo oleum fluit,ubi oleum in torcolario factores premunt,ait enim: Cortinā plumbeam in lacum ponito,quò oleum fluat. Item cortinæ, (περιστόματα, περιπετάσματα) dicuntur aulæa,& uela ad locum cōtegendum. unde Hieronymus lib. Exodi: Decem cortinas facito de byssō retorta. Hæ etiam uelaria,seu uelares à uelis dictæ sunt. Nam uelum plagæ & stragula, inter se germana sunt. Item uelatus in theatro, ex quo egrediuntur recitatores & mimi. Vergil. Magni cortina theatri.

Cōrtīnālĕ,à cortina,sumitur pro loco in quo sunt cortinæ, hoc est,

est,uasa quibus sapa decoquitur. Colum.lib.1. Cortinale uel defrutum fiat,nec angustum, nec obscurũ sit,ut sine incommodo minister,qui sapam decoquit,uersari possit.

Cortinon,gramen est,siue (ut alij uolunt) raphani semen.

Corŭs est mensuræ genus, quadraginta quinq; modios cõtinentis. Modius uero capit,uiginti duo sextaria.

Cŏrŭscārĕ,non solum splendere, sed etiam uibrare significat. ἀστράπτειν,σίλβειν. Cic.3. De Orat. Flamma inter nubes coruscat, cœlum tonitru contremuit. Verg. Talia uociferans sequitur,strictúmq; coruscat Mucronem. Et crispare. Idem Tum syluis scena coruscis.

Cōrŭus,nota auis,omnium nigerrima:ideo niger epitheton est corui. Græcis κόραξ dicitur,quo uerbo aliquando Latini utuntur. Cic. Quare coracẽ istum uestrũ patiamur nos, quòd pullos excludat suos? Inde coruinus,(κορακῖνος) ut coruinũ rostrũ,coruinus adeps. Refert Perottus,cũ apud Alphõsum Siciliæ regẽ Neapoli sub Calisto põtifice esset,se uidisse coruum à rege Britanniæ missum,miro candore conspicuum.

Cōrўcæī, (κωρυκαῖοι) dicuntur curiosi. Cic. ad Att. Omnes enim corycæi subauscultare uidentur quod loquor. Vide in proprijs.

Cŏrўcĭŭm,le bolze da caualcare, (κωρύκιον, κώρυκος) perula, pera,panarium, (βυλάκιον) quod apud nos bulgidion,uel rete, (πλόκιμα) capiens panem. Suid.

Cŏrўdălŭs, (κορύδαλος) pen.cor. auis est galea dicta. κόρυς enim Latinè galeã,nostri,galeritã,à galero,et alaudã uocãt.

Cŏrўlētŭm,locus consitus corylis.

Cŏrўlŭs,penultima cor.arbor & fructus,à nostris dicitur auel lana. Verg.lib.2.Georg. Plantis eduræ Coryli nascuntur. A corylus etiam columna opera dicta sunt, ex corylo arbore facta.

Cŏrўmbī,(κόρυμβοι) uuæ hederarũ,quibus coronabatur Bacchus. Tibul. Sed uarij flores, & frons redimita corymbis. Plin.li.16.cap.34.de hedera loquens: Racemis in orbem circũactis, qui uocantur corymbi. Est etiã corymbus fructus chrysocomæ,siue chrysitis herbæ. Plin.li.2.cap.8.Chrysocome,siue Chrysitis non habet Latinã appellationẽ:palmi altitudine est, comantib.fulgore auri corymbis,radice nigra.

Cŏrўmbĭfĕr, (κορυμβοφόρος) qui fert corymbos,siue hederam. Ouid. Festa corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi.

Cŏrўmbītēs,herba tithymalli species,πλατύφυλλος uocata,nec ullius latiora sunt folia. Pisces necat, aluum soluit radice, uel folijs,uel succo. Plin.lib.26.cap.8.

Cŏrўnēphŏrŏs. (κορυνηφόρος) Latinè dicitur,clauam ferens.

Cŏrўphæŭs, (κορυφαῖος) est cuiusque ordinis caput & præcipuus. Cic.1.De Natu. Deorum: Xenonẽ,quem Philo noster Coryphæum appellare Epicureorum solebat,cum Athenis essem,audiebam frequenter.

Cōrўtī,(γωρυτοὶ) penult.prod.sunt thecæ arcuum,siue sagittarum:quamuis sagittarum propriè dicuntur pharetræ. Nonius Coryci legit. Statius lib.9. Thebaidos: Cœlestibus implet Coryton telis. Verg.lib.10.Coryciq; leues humeris,& læti fer arcus, Paruulus ex humero corytus, & aureus arcus, Pendentesq; sonant aurata lyncе pharetræ.

Cŏrўzā, (κόρυζα) morbus cum humore obturatur nasus. Latinè grauedinem uocant.

Cŏs,cotis,fœmmini gen.lapis quo cultri acuuntur. Liu.1. Ab urb. Atqui hoc animo agitaui,inquit,te nouacula cotem dississurum. Proprie tamen cos,siue cotes,cautes ue dicitur saxum asperum atque abruptum. Vergilius: Quam si dura silex,aut stet Marpesia cautes. Sed quod nos cotem uel cautem dicimus. Græci ἀκόνλω appellant in utroq; significatu. Hinc cotes,siue aconas olearias & aquaticas dicimus,quòd illas ad ferrum oleo,has aqua madefacimus. Huius diminutiuum est coticula,de quo infrà. Et compositum decotes.

Cōsmētă, (κοσμητὴς) pen.prod.ornator,siue ancilla seruiens dominæ ad ornatum. Iuuenalis: Ponunt cosmetæ tunicas. Et Cosmeta,imperator dicitur.

Cōsmĭcŭs,(κοσμικὸς) adiectiuum,idem quod mundanus. Martialis li.7. Cosmicos esse tibi Semproni Tucca uideris: Cosmica Semproni tam mala,quàm bona sunt.

Cōsmĭto, pro cõmitto,m literã in s uertentes ueteres dixere.

Cōsmogrăphĭă,(κοσμογραφία) mundi descriptio.

Cōsmogrăphŭs,(κοσμογράφος) pen.cor.descriptor mundi.

Cōsmŭs,(κόσμος) nomen Græcum,& Latinè dicitur ornatus, & mundus: id est,orbis,à κοσμέω orno & decoro. Ponitur interdum pro ipso unguento, quo quis ornatur. Mart. Quæ cosmi redolent alabastra focíq; deorum.

Cōssī, (σκώληκες ἐκ τῶν ξυλόβρων) uermes in ligno editi,qui apud Phryges et in Ponto pro delicatissimis cibis sumuntur. Plin.lib.17. Luxuria cossos roborum delicatiores adhibuere in cibo. Idem lib.11.cap.33. Nec enim cossi tantum in eo, sed etiam tabani ex eo nascuntur. A similitudine horum cossorum homines rugosi corporis,ab antiquis cossi dicti sunt.

Cōstă,(πλευρά) Verg.lib.3.Georg. Et pedibus subigit terram fricat arbore costas.

Cōstŭs,(κόστος) & diminutiuè κοστάριον. Strabo & Hermo.fœminini generis: & costum neutrum, radix magni odoris,seu arbuscula aromatica. Plin.lib.12.cap.12.

Cōtĭcŭlă,(βάκτρον) diminutiuum est à cote,licet non seruet significatum primitiui. Non enim est parua cos,sed lapis quo fit auri uel argenti experimentum. Modicus quidem est, & raro quaternas uncias longitudinis, binasq; latitudinis excedens.

Cōtĭdiē,(ὁσημέρα, καθ᾽ἡμέραν) quamuis à quoto & die componatur,per c,& non per q scribendum esse quidam,ut Victorin. de Ortographia,existimant, quia tanta est affinitas inter c & q, ut q in c mutari facile patiatur: ut sequor secutus, loquor locutus,quis cuius. Vnde Quint.lib.1.Instit. Frigidiora his alia,ut quicquid c quartam haberet,ne interrogare bis uideremur,& quotidie non cotidie,ut sit,quot diebus. Verum hæc iam inter ipsas ineptias euanuerunt.

Cōtōnĕă,herba à Venetis uocatur,quam Galli Halum nominant,similem cunilæ bubulæ,cacuminibus thymo,dulcem et sitim sedantem.

Cŏtŏnēs, (χειροποιητὸν, λιμένης) penult. correpta, à coton,portus in mari arte et manu facti,qui etiam Cotonia secundum Seruium dicuntur.

Cŏtōnĕŭm,(κυδώνιον) & per excellentiam μῆλον dicitur,est pomi genus. Plin. lib.15. cap.11.

Cŏthŭrnī, (κόθορνοι) tragica calciamenta, quibus calciantur tragœdi,qui in theatro dicturi sunt alta uoce, humile calcia mentorum genus, in modũ crepidarũ, & ἀμφιτραπεζίον: ut dextro & læuo pedi conueniat. Aliquando capitur pro calciamento subleuato subere, quo mulieres grandiores appareant. Iuuenalis: Si breue parui Sortita est lateris spacium, breuiorq; uidetur Virgine pygmæa nullis adiuta cothurnis. Aliquando pro alto dicendi genere. Vergilius: Sola Sophocleo tua carmina dicta cothurno. A cothurno, fit cothurnatus.a.um. Martia. Grande cothurnati pone Maronis opus.

Cōtŭrnix,auis aduena,terrestris magis quàm sublimis. nostri qualeam dicunt: uulgò ein uuahtlin. Græcè ὄρτυξ. unde orygometra, (ὀρτυγομήτρα.) dicta coturnix (autore Festo) à sono uocis.

Cŏtўlē,(κοτύλη) omne concauum poculi,& mensuræ genus, sextarius, iunctura coxæ cum natibus, & pondus nouem unciarũ. Huiusmodi uasis genere Diogenes Cynicus usus est antequam uidisset puerum manu concaua bibentem.

Cŏtўlēdōn,herba,de qua uide Plin.lib.25.cap.13.

Cŏuīnŭm, rheda. unde couinarius eques à Tacito nũcupatur qui ex equo couino depugnabat. Sunt qui equos couinarios,

cataphractos intelligunt. Idem in uita Agricolæ: Media campi couinarius eques ſtrepitu ac diſcurſu complebat.

Cōūs, eſt in talo: id eſt, taxillo numerus cani contrarius, qui & uenus dicitur. & is qui talorum iactu hunc numerum reddi diſſet, ſex lucrifaciebat: & qui canem, unum tantum.

Cōxă, & cōxendix, pro eodē accipiuntur. eſtq; (ut docet Val. lib. 4. cap. 58.) pars ſupra femora. uertebrumq; ipſum quoties uitiatum eſt, aut os illud quod in uertebro uoluitur fractum, coxa uitiata fractá ue dicitur. Græcè ἰσχίον. unde iſchiadici dicuntur coxendicibus laborantes. Plin. lib. 25. Coxendicibus & articulis omnibus cum axungia utiliſſima. Cato incătamentū docet adſanandas coxendices luxas. hoc eſt loco ſuo motas. Suet. de Auguſto: Coxendice, et femore, & crure ſiniſtro, non perinde ualebat, ut ſæpe etiam inde claudicaret. Plin. in Epiſt. Hunc dum ſequitur colligitq; perlene & lubricum pauimentū, fallente ueſtigio cecidit, coxamq; fregit, quæ parum aptè collocata, reluctante ætate male coïit. Celſus lib. 4. Coxis proxima ſunt genua. de oſſe dixit.

C ANTE R.

CRabrōnēs, (ἀνθρῶνοι, σφηκίαι) ueſpis ſimiles ſunt, degunt in ſylueſtrium arborū cauernis, uita bimatum non tranſit, creantur ex equis. Vulgò hornuſſen. Vide Plin. lib. 11. cap. 22. & lib. 70. cap. 13. & lib. 26. cap. 4.

Crāmbē. es. fœm. gen. braſsicæ ſpecies eſt, das gros zám Kœl kraut. de qua uide Plin. lib. 20. cap. 9.

Crānŏs, (κράνος.) ſiue cranium, (κρανῖον) apud Græcos ſignificat capitis caluariam.

Crāpŭlă, (κραπάλη) id eſt luctа capitis, & omnis noxa à uino facta. Plin. lib. 23. ca. 1. Nouitium reſinatum nulli conducit. capitis dolorem et uertigines facit: ab hoc dicta crapula eſt. Siue ἀπὸ τῆ κηλὸς, qua uoce (ut Phocion ait) poëtæ uinum ſignificant: quia κάμειν: id eſt, uibrare faciat. Ariſt. in Problematib. Crapula eſt feruor quidam & inflammatio, quæ plus cōfligat quàm temulentia, quòd illa mentem quatit & alienat: crapula uerò mente conſtante dolorem admouet, ἀπὸ τῆς κάρας: id eſt, à capitis dolore. Crapulam ſedat braſsica. uide Acræpula.

Crāpŭlŏr. aris. deponens, pro uino ſe ingurgitare.

Crās, (αὔριον) non ſolum ſecundum conſuetudinem accipitur pro die proximè futuro, ſicut heri pro die proximè elapſo, ſed etiam pro futuro tēpore. Plautus in Aul. Quæ cras ueniet, perendie foras feratur ſoror. Cicero ad Att. lib. 12. Scies igitur fortaſſe cras, ad ſummum perendie. Horat. Quid ſit futurum cras, fuge quærere. Martial. Cras te uicturum, cras dicis Poſthume ſemper. Neſcio cras illud Poſthume quando uenit.

Crāsis, (κράσις) Latinè dicitur temperamentum, complexio, mixtio.

Crāſsāmĕn. inis. à craſſus. Colum. lib. 12. cap. 25. Semper requieta aqua craſſamen aliquod in imo reperitur. Sic etiam

Crāſsāmēntŭm, (πάχος) craſsities. Gell. Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari craſſamento, eiuſdem longitudinis, derasi atq; ornati ſimiles. Sic Colum. craſſamentum uini fecu lenti dixit. & lib. 12. cap. 25. craſſamen.

Craſſator. oris. notum eſt uocabulum. Cic. de Fat. Hoc modo uīator bene ueſtitus, cauſa craſſatori fuiſſe diceretur, cur ab eo ſpoliaretur.

Crāſsēſcĕrĕ, eſt pinguem fieri. παχύνεσθαι. Colum li. 9. de Turturibus: Nec quia tritico uel alijs frumentis minus craſſeſcant, uerum quod ſemine eius maximè delectantur. Interdum eſt craſſum ſiue denſum fieri. Plin. lib. 1. Qui neq; in nebulam denſetur, nec craſſeſcat. id eſt craſſus fiat. (clū.

Crāſsiuēnĭum, aceris arboris genꝰ, à uenarū craſsitudine di-

Crāſsŭs, (παχυλὸς, παχὺς) pinguis ac ponderoſus. Terentius in Hecy. Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius. Significat & denſum, ſpiſſum. Cicero 1. Tuſc. Craſſus & concretus aër. Plin. lib. 11. cap. 38. Animalium fortiora quibus ſanguis craſsior. Plaut. in Pſeu. Suram ubi aſpicias, ſcias eum poſſe gerere craſſas compedes. Hinc craſsities & craſsitudo, pro pinguedine. σύσασις, παχύτης. Plin. li. 11. cap. 19. Hippopotami corij craſsitudo talis, ut inde tormenta haſtæ. Cæſar 2. Bel. Ciu. Craſsitudo parietum quinq; pedum. Et craſſare, (παχωθεῖν) pinguē facere: ut, Incraſſatus, (παχωθεὶς) impinguatus recalcitrauit.

Crāſtĭnō, aduerbium, idem quod cras. Gell. Si dominus meſsiū ad amicos reiecit, craſtinò ſeges nō metetur.

Crāſtĭno. as. ſignificat diē de die traho, & differo. ἀναβάλλομαι. Hinc procraſtino, & recraſtino, eiuſdem ſignificationis.

Crāſtĭnŭs. na. num. ὁ ἐπιὼν. pen. cor. à cras fit: ſicut ab heri, hesternus: ut dies craſtina. Et nō ſolū pro die ſequēti hodiernū, »ſed pro quolibet alio. Verg. Si uero ſolē ad rapidū, lunasq; ſequentes Ordine reſpicies, nunquā te craſtina fallet Hora.

Crătægŏnŏn, (κρατάγονον) genus ſatyrij herbæ, ſemine linē maiore, duræ ceruicis, cortice rubro, ſapore ſubdulci, quod in montoſis traditur inueniri. Vide Plin. lib. 27. cap. 8.

Crătēră. ræ. pennl. prod. ſiue Crātēr, (κρατὴρ) crateris, cuppa grandis ac patens: ἀπὸ τῆ κεράω, quod eſt tenere, capere, uel potius ἀπὸ τῆ κεράω, quod eſt miſceo. unde & crama & craſsis dicuntur, prima longa, abiecto ν. Nam ſi à κρατέω deſcenderet, prima corriperetur. Quidā aiunt tres urnas continere. urnam uero quartariū dici certum eſt, quòd quatuor »ſextarios contineat. Horat. in Serm. Siue gratis ueteri cra»teræ limus adhæſit. Stat. lib. 10. Thebaidos: Et Bacchus in »altos Crateras paterasq; redit. Verg. Crateraq; duos ſta»tuam tibi pinguis oliui. Idem: Crateras magnos ſtatuunt, & uina coronant. Et crater in fontibus dicitur receptaculum, quod & labrum dicitur, ex quo fiſtiulis aqua decurrit, ſicut & caſtellum. Item ſignum cœleſte, quod oritur decimo ſexto calendas Martij, ueſpere.

Crătērītēs, gemma eſt, inter chryſolithi & electri colorem. Plinius lib. 37. cap. 10.

Crătēs. is. tabula uiminibus contexta. ταρσός. Plautus: Subcratim ut iubeas ſeſe ſupponi. Liu. 10. Ab urb. Ibi medijs ſerè caſtris locus eſt cōſeptus cratibus, pluteiſq; & linteis contextus. Cæſar 7. Bell. Gall. Proximam foſſam cratibus contegunt. Vnde Cratitius. a. um. quod eſt factum ex cratibus.

Crătĭcŭlă, à crates diminutiuum, in quacibi torrentur. Mart. »» Parua tibi incurua craticula ſudet ofella.

Crătĭo. is. cratibus operio. ταρσόω. Plin. lib. 18. ca. 28. Vtiliſsimum ſimul & herbæ arare, deinde cratire, ſerere florem ex fœnilibus, atq; ex præſepibus fœno delapſum ſpargere, priuſquam cratiantur.

Crătŏs, (κράτος) Latinè potentia, imperium.

Crĕārĕ, à carne deriuatur, & ſignificat producere. κτίσαι, δημιουργῆσαι. Cic. 5. de Finib. Etenim omnium rerum, quas & creat natura, & tuetur, quæ aut, &c. Idem 1. Tuſcul. Nam principium extinctum, nec ipſum ab alio renaſcetur, nec à ſe aliud creabit Alij cernendi uerbum à creando deducūt, & creandi uerbum ab eo (ut autor eſt Feſtus) quòd cum aliquid creatum eſt, tunc deniq; uideatur. Dicimus quoq; creare fraudem alicui, commoditatem, cædes, lites, &c. Et de magiſtratu. Cæſar 7. Bell. Gall. Cum ſinguli magiſtratus antiquitus creari, atq; regiā poteſtatem annū obtinere conſueſſent. Hinc creator, (δημιουργός.) creatio, creatrix, creatura, (κτίσις.) Cōpoſita, procreo, quod pro ſimplici ponitur. Recreo. ἀναλαμβάνω. proinſtauro, et quaſi nouam carnem facio. Plin. Sic defecta lōgis ægritudinib. corpora recreantur.

Crĕbĕr, crebra, crebrum, frequens, quaſi creſcens numero, denſus. συχνὸς, θαμινός. Plaut in Amphit. Crebri hoſtes cadūt. Idem in Aulul. Crebro ſalicto oppletus locus. Cic. ad Att. lib. 14. Et in ſcripto multo eſſem crebrior. Hinc aduerbium crebrò, (συχνῶς) frequenter. Plautus in Truc. In urbem crebrò

Verg. 3. Georg. Non tam creber agunt hyemem, ruit aequore turbo.

crebrò conuenio. Cicero de Sen. Delectabatur crebrò funali & tibicine. Crebritas, & Crebritudo, (συχνότης) frequentia, & spissitudo. Cic. ad Att. lib. 13. Colloqui uidebantur in Tusculano cum essem, tanta erat crebritas literarum.

Crēbrēsco. is. bruī. celeber fio, & diuulgor, maius fio. διαθρυλλοῦμαι. A quo percrebresco. Nonnulli scribunt crebesco.

Crēbrīsūrūs, significat uallum crebris suris: hoc est, palis munitum. Festus.

Crēdibilĕ, quod ita uerisimile est, ut facile credi possit. πιστὸν, πιθανόν. Plaut. in Pœn. Credibile æcastor dicit: crede huic mi pater. Cic. 4. Verr. Multa enim quæ scio abs te esse commissa, quòd aut nimium turpia, aut parum credibilia sunt, prætermittam. Credibiliter aduerbium. Cic. pro Deiot. At quam non modò non credibiliter, sed ne suspiciose quidem. Ouid. Credibile est illos pariter uitijs & iocis, &c.

Crēditŏr, dicitur cui debetur ex quacunq; actione, uel persecutione, uel iure. χρέωτης, δανειστής. Caius. De uerb. sig. Creditorum appellatione, non hi tantũ accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, sed omnes quibus ex qualibet causa debetur, si cui ex empto, uel ex locato, uel ex alio ullo cõtractu debetur.

Crēditŭm. δάνεσμα. appellatur id quod nobis debetur.

Crēdo. is. credidi, creditum. πιστεύω. ex cre & do, secundũ Priscianum, quasi à cretum & do, significat dictis uel factis fidem habeo, adhibeo, autoritatem attribuo uel adiungo. Et ponitur uel absolutè. Cicero in Bruto: Audiui equidem ista de maioribus natu, sed nunquã sum adductus ut crederem. Vel cum accusatiuo. Cicero Att. 7. Omnia facilius credere possum, quàm quod scribitis. Vel cum accusatiuo, & datiuo. Idem Famil. 13. Hoc mihi, ut testi, uelim credas. Vel cum datiuo. Idem Fam. 5. Nõ satis credidit homini prudenti. Vergil. Nimium ne crede colori. Vel cum præpositione de. Idem Fam. 3. Bis ad te scripsi, me purgans diligenter, te leuiter accusans in eo, quòd de me citò credidisses. Aliquando fidei committere, seu seruãdum tradere, (παρακατατίθεσθαι) Plaut. in Aul. Vbi is obijt mortem, qui mihi id aurum credidit. Cicero lib. 4. ad Heren. Nam cum canes funguntur officijs luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus? Et non solum credere, sed etiam reuelare ac manifestare significat. Lactant. lib. 4. Iudæi quoq; quibus solis arcanum dei creditum fuerat. Interdum mandare. Colum. libro 2. Vt iam percẽseamus, quot operis in aream perducantur ea quæ terræ credidimus. Quandoq; mutuare, (δανείζειν.) Martial. Dimidium donare Lino, quàm credere totum Qui mauult, mauult perdere dimidiũ. Hinc creditor, et creditũ. Et si construatur cum accusatiuo mediante in, significat immittere, injcere. Vergil. libro 2. Georg. Inq; nouos soles audent se gramina tuto Credere. Interdum ponitur etiam credo pro puto: & hoc uel absolutè. Cic. Fam. 9. Tu enim ipse, qui & me et alios prudentia uincis, omnia credo uidisti, nihil omnino te fefellit. Vel sequẽte quòd, uel quoniam, uel quia. Idem Fam. 13. Quod ad te de decem legatis scripsi, parum intellexisti, credo, quia διὰ ἀμφιβολίας scripserã. Inter credere deo, credere deum, & credere in deum, ecclesiastici hoc interesse putant, quòd credere deum, est credere deum esse: credere deo, est fidem habere deo, siue uerbis eius: credere in deum, est fide bona se conijcere in deũ. Huius uerbi composita sunt, accredo, concredo, quod est omnino credo, siue committo. Columella in Præfat. Iamq; qui ædificari uelmt, fabros & architectos aduocẽt, qui nauigia mari concredere, gubernandi peritos. Veteres creduas pro credas dicebant. Plaut. Ipsus nec amat, nec tu creduas.

Crēdŭlŭs, (ἀπιθὴς) qui omnia facile uel temerè credit. Cicero de Amic. Hæc etiam in fabulis stultissima persona est, improuidorum & credulorum senum. Vnde credulitas, (ταχυπιθεία) credendi facilitas. Plancus Ciceroni: Credulitas enim error magis quàm culpa est: & tamen in optimi cuiusq; mentẽ facile irrepit. Incredulus, qui non facile credit. δύσπιστος, δυσπιστία.

Crĕmāstĕrĕs, (κριμαστῆρες) nerui à quibus testes dependent. Columella lib. 7. Priusquam ferrum admoueas, duabus angustis ligneis regulis, ueluti forcipib. apprehendere testiũ neruos, quos Græci κριμαστῆρας ab eo appellãt, quod ex illis genitales partes dependent.

Crēmēntŭm, (αὔξησις) à cresco: id est augmentum.

Crĕmĭŭm, caro frixa in frixorio, quæ quo magis torretur, eo magis uirtus & humor euacuatur. Psalmographus, Et ossa mea sicut cremium aruerunt. Quidam frixorium uolunt esse: alij durum illud quod in frixorio remanet. Hæc sine classico autore. Cæterum Columella lib. 26. cap. 8. rusticos dicit ita nominare surculos aridos & minutos: quanquã scriptum est Gremia. hæc Græci φρύγανα uocant.

Crĕmo. as. comburo. καίω. Plin. lib. 17. cap. 1. Ad Neronis principis incendia, quibus cremauit urbem. Plin. de Viris illust. Qui libri, quia leues quasdam sacrorum causas continebãt, ex autoritate patrum cremati sunt. Huius compositum est cõcremo. καταφλέγω. Liui. Incluſi cum coniugib. ac liberis, domos super seipsos concremarunt.

Crēmŏr. is. (Hermolaus κρῖμνον dici putat) apud Catonem accipitur pro lacte expresso, ex grano aqua macerato. Celsus: Morbus ipse non patitur, in uicem eius cremor ptisanæ sumendus est.

Crēnæ, (γλυφίδες) sunt incisuræ, à quibus creneta herbarum folia uocantur: hoc est, serrata, sectaq; per ambitum. Hodie quoq; multis locis signa, quibus agrestes numerũ aliquem in ferulis descriptũ habent, crenæ appellãtur. In sagitta quoq; partis extremæ sectio, in quam neruus inserit, arcum tenere uolẽtibus, crena dicitur. Sed & in ipso arcu summa cornua crenas suas habent, in quibus collocatur sedetq; neruus.

Crĕpæ, à principio capræ sunt appellatæ, quòd cruribus crepent.

Crĕpĕrŭs. a. um. penul. cor. idem quod dubius: unde creperum bellum, anceps & dubium. Et senes decrepiti, in dubio uitæ constituti.

Crĕpī, luperci dicti sunt, à crepitu pellicularum, quem faciunt uerberantes.

Crĕpīdă. æ. pen. cor. & Crepis. idis. teste Seruio, Thuscum calciamentum, quod corrigijs ligabatur. Miror quòd quidã poẽta primã corripuerit, sed fuit quia n in s mutauit, secundũ dialectos linguarum. Persius uero ostendit fuisse Græcum, cum ait, Non hic qui in crepidis Graiorũ ludere gestit. Huius diminutiuũ est crepidula. κρηπίδιον. Gell. lib. 13. cap. 12. Omnia fermè id genus, quibus plantarum calces tantum infine teguntur, cætera propè nuda, & teretibus habenis iuncta sunt, soleas dixerũt, nonnunquã uoce Græca crepidulas. Horat. in Serm. Chrysippus dicat sapiens crepidas sibi nunquam, Aut soleas fecit. Quidã hoc nomen à crepitu: hoc est à sono quẽ ambulando reddũt, dicunt appellatũ. Hinc crepidarius. ij. (κρηπιδοποιὸς) qui crepidas cõficit. Et crepidarius. a. um. quod ad crepidas pertinet: ut crepidarium cultellus.

Crĕpīdo. dinis. (λυματώδη, ἐπιγείων) pen. prod. significat oram terræ quam aqua alluit: ex hoc appellata, quòd ibi aqua alluens crepitat cum currit, aut undas appellit. Col. lib. 9. Præiaciuntur in gyrũ moles. Sic enim maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur, & in tranquillo consistens, piscis sedib. suis non exturbatur. Per translationem uero & putei extremam oram, quæ ad ipsum puteũ respicit, quæ uulgò dicitur os putei: & editioris cuiusq; loci extremitatem solemus crepidinem appellare, ut apud Hieron. In crepidine uiæ. Seneca: Quis crederet iacentem super crepidinem Marium, aut fuisse, aut futurũ consulem? Vnde etiam pro abrupti saxi altitudine ponitur. Vergil. lib. 10. Forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi Expositis stabat scalis, & ponte parato.

Crĕpĭtācŭlŭm.

Crĕpĭtācŭlŭm, (σῦστρον, κρόταλον) sistrum, instrumentū quod manibus percussum reddit sonum. Val. lib. 4. cap. 29.

Crĕpito.tas. (ψοφῶ) penul. cor. de cymbalis & huiusmodi dicitur, quamuis & de alijs rebus dici possit, pro crepitum facere. Plin. Myrtata deprehenduntur, crepitantq; in igne.

Crĕpĭtŭlŭm, ornamentum capitis, quod in capitis motu crepitum facit.

Crĕpĭtŭs.tus. (ψόφος, ῥοπορυγή, βρόμος) sonitus & concussio, qui ex impulsu resultat, ut pedentis, quos Stoici liberos esse aiunt. Plaut. in Curc. Vbi quid surripuêre, operto capitulo calidū bibunt, Tristes atq; ebriosi incedunt: Eos egosi offendero, ex unoquoq; eorū eijciam crepitum polentarium. Et crepitus plagarū dixit Cic. in Verr. 7. Crepitus dentium, Cic. 4. Tusc. Crepitus armorum, Plin. lib. 2. cap. 57. Crepitus foriū, Plaut. in Curcul. Crepitus frenorum, Varro libro 2. ca. 7. Crepitus gladiorum, Hirtius lib. 6. Crepitus imbrium, Plin. lib. 12. cap. 1. Crepitus pedum, Cic. in Topicis.

Crĕpo.as. pui. pitum. unde crepitus & crepitare significat aūt sonare. κακᾶν. Plaut. in Men. Dic mihi, nunquam tibi intestina crepant? Cui ille respondit: Vbi satur sum, nulla crepant, quādo esurio crepitant. id est, murmurant et sonant, id quod intestinis inanibus accidere solet. Et intransitiuè ponitur. Plaut. Amph. Orationem comprimam, crepuit foris. Teren. in Adel. Sed quis? nam crepuit foris. Per translationem ponitur pro dolere, queri, accusare. Horat. lib. 1. Carm. Quis post uina, grauem militiā, aut pauperiē crepat? Hinc componuntur, Concrepo: id est personо, διαλαλῶ. ferio, μυκῶ. Cic. Offic. 3. Itaq; si uir bonus habeat hanc uim, ut si digitis cōcrepuerit, possit in locupletū testamenta nomen eius irrepere. Increpo, quod etiam est crepitū uel sonum emittere. Item reprehendere, sed ueluti cum crepitu: id est uerborum pedum ue strepitu. tencer, reprēdere aucun asprement. Cic. 4. Acad. Sed tamen illis uersibus increpant eorum arrogantiam quasi irati. Percrepo, ualde crepo. Cic. in Verr. Locū istum lictoris percrepare totum mulierum uocibus, cantuq; symphoniæ. Et habent penult. cor.

Crĕpundĭă, dicuntur prima munuscula quæ dantur pueris, ut sunt fasciolæ, linteoli, uestes, bullæ, corallia, ensiculi, crepitacula, & puerilia ornamenta huiusmodi, quibus pueri nutricantur: à crepando, id est tinniendo dicta, quoniā infantes huiusmodi crepitaculis maximè gaudent. Plaut. in Rud. Sunt crepundia. D. Ecca, uideo, qua facie sunt. Ensiculus est aureolus primum literatus. Pòst altrinsecus est securicula anceps, itē aurea litera est. Pòst sicula argēteola, & duæ conexæ maniculæ. Et sucula, & bulla aurea est, pater quam dedit mihi natali die. Plin. lib. 11. Semestris locutus est Cræsi filius in crepundijs, quo prodigio totum id concidit regnum.

Crĕpūscŭlŭm. (λαίη) lux dubia, quæ fit ante solis ortum, & ante occasum. ἀμφιλύκη. à crepero, quia tunc multis dubiū est, dies sit iam an nox. Plin. Oriente sole aut occidente, matutini uespertiniue cognominari, prout alterutris eorum mane uel crepusculo contigit. Colu. lib. 7. Iuxta cōseptum saxis & canalibus sal superiectus, ad quem saturæ pabulo libenter recurrunt, cum pastorali signo quasi receptui canitur. nam id quoque semper crepusculo fieri debet. Lucan. Longa repercusso nituere crepuscula Phœbo. Hinc crepusculi apud Sabinos nominati, qui eo tempore erant nati. Et Sidonius horam uespertinam crepusculascentem dixit.

Crēsco.is. creui, sicut cerno. Crescere augeri est. φύομαι, αὐξάνω, προσαύξομαι. Iuuen. Crescit amor nummi quantū ipsa pecunia crescit. Hinc crementum pro augmento. Huius composita sunt accresco, adaugeor. ἐπιφύομαι. Concresco, simul cresco & coniungor. συμπήγνυμαι. unde concretum, (συμπηγός) conglutinatum. Verg. Multa diu concreta modis inolescere miris. Idem: Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ: id est, congelascunt. Decresco, diminuor. Excresco, & increscо, ualde cresco. unde incrementum Recresco, rursus cresco, ἀναφύομαι. Plin. lib. 9. Circa toronem uesci illis, auulsas etiā aiunt, et ex relictis radicibus recrescere. Succresco, inferius uel paulatim cresco. Supercresco.

Crēta dicitur terra tenax, (κράτη, κιμωλία γῆ) à Creta insula, in qua melior est: Vel à crescendo, quoniā proprietas eius est, ut in macerando crescat, quod in primis cretæ Vmbricæ accidit, quam uocant saxum, quæ non nisi poliendis uestibus adhibebatur, duntaxat candidis. Erant & Cimoliæ cretæ duo genera, candidum unum, & alterum ad purpurissum inclinans, utrunque uestibus aptum. Hac medici aduersum morbos utuntur. Laudatur & creta Thessalica. Item quæ argentaria appellatur, nitorem argenteum reddens. Vtilissima creta, qua pedes uenalium trans mare aduectorum notare mos erat. Iuuenal. Nuper in hanc urbem pedibus qui uenerat albis.

Crētātŭs.ta.tum. quod est creta inspersum. Plinius: Tantumq; non cum laureatis fascibus remittо illo, unde cretatis pedibus aduenissent.

Crētērră, (ὐδρεία) situla ad hauriendum aquam. Ennius: Vidimus prope amnem creterris sumere aquam ex ponte.

Crētĭcŭs, substantiuum, (κρητικὸς) genus pedis est, qui constat prima & tertia longis. Alio nomine amphimacrus.

Cretĭō.onis. hæreditatis aditio apud Iureconsul. Cic. ad Att. Ex eo cognoui cretionem testibus præsentib. sexagintaduob.

Crētōsŭs.a.um. quod est creta plenum. κρητῶδης.

Crēuī, creuisti, à uerbo cerno. Cicero de Legib. Quodcunque senatus creuerit, agunto.

Crībro.as. purgo. σήθω. Cribramus enim triticum & huiusmodi, ut à puluere & rebus immundis secernatur. Cribrarius.ria.rium. (κοσκινικὸς) quod ad cribros pertinet. Plin. lib. 18. Item cribraria quæ simili modo in tertio remansit cribro.

Crībrŭm, instrumētum ex pellibus suillis ut plurimum crebris pertusum foraminibus, ad frumenta purganda. κόσκινον, ῥῶμβος, λίκμος. Apuleius: Aspernati latrones clamorē absonum meum, cædentes hinc inde miserum corium, nec cribris iam idoneum relinquunt. Sunt & cribra, quæ è setis equorum, farinæ à furfuribus separandæ gratia facta sunt: farinaria, setacea, & subcernicula dicuntur. Sunt excussoria è lino, & pollinaria à polline, quæ à nonnullis ab incernendo, incernicula dicta sunt, quibus frumenta emundamus.

Crīmĕn, (αἰτία) propriè dicitur delictū. Seneca: Vitam agens simplicem, rectam, sine crimine. Cic. ad Marium: Sunt enim qui, cum meus interitus nihil fuerit Reipub. profuturus, crīminis loco putāt esse quòd uiuam. Idem: Eodem ego te condemnabo crimine. Item appellatur id quod per contentionē alicui obijcitur. (ἔγκλημα) & obtrectatio. Cic. in Phil. Hæreditatem mihi negasti obuenisse: utinā hoc tuum uerum crīmen esset. Et sic dicitur à cerno, sicut à discerno discrimen. » Vergil. Dissice compositam pacem, sere crimina belli. id est, contentiones, iurgia, ex quibus bellum oriatur. Aliquando » ponitur pro falsa suspicione. Idem: Formidine crimen acer » bat. Aliquando pro causa, ut apud eundem: Et crimine ab » uno Disce omnes.

Crīmĭnālĕ, (ἐγκληματικὸν) quod est criminis, ut criminalis causa.

Crīmĭnārī, (ἐπισκήπτεσθαι, διαβάλλειν) est culpare, accusare, contumeliosè reprehendere. & dicimus, Criminor te furtii illi, uel apud illum. Terent. Hoc metui ne crimmaretur tibi, Vnde criminatio uerbale.

Crīmĭnōsŭs.a.um. contentiosum, contumeliosum, & crimen inferens. συκοφαντικός. Colum. lib. 1. Criminosum tamen senatori fuit supra quinquaginta iugera possedisse. Vnde criminosè, aduerbiū. Cic. pro Rosc. Amer. Cum enim aliquid habeat quod possit criminose ac suspiciose dicere, apertè ludificari & calumniari sciens non uideatur.

Crīnēs, capilli. θρίξ: à κείνω, hoc est discernendo, dicti.

Crīnĭcŭlī,

Crīnĭcŭli, ut docet Augustinus super Psalmos, sunt qui fiunt in torquendo. πλόκαμοι.

Crīnīrĕ, (φιλοφᾶν) est crines emittere. Vnde crinitus.a.um. quod multos siue longos crines habet. Vergil. Crinitus Iopas. Transfertur etiam ad arbores. unde à Papinio dictum est, Crinitur arbos: pro eo quòd est frondescit. Et crinita sicla, quam Græci cometam (κομήτλω) dicunt.

Crīnŏn, (κείνον) dicitur lilij genus, aliàs cynorrhodon, & est rubri coloris. Plin.lib.21.cap.5.

Crīsis, Latinè dici potest iudiciū. Vnde dies critici dicti, hoc est iudiciales, & decretorij: de quibus infrà.

Crīspŭs.a.um. adiect. est: ut, crispus capillus: id est, intortus. Plaut. in Truc. Cōpositos, crispos, cinnos tuos unguentatos.

Crīspŭlus diminut. Mart. libro 5. Crispulus iste quis est? uxori semper adhæret Qui Mariane tuæ, crispulus iste quis est?

Crīspo.as.are. Plin.lib.28.cap.8. Pimi cinere crispari capillum. Crispisulcans adiectiuum: ut crispisulcās fulmen. Cic. in Top. At cum in Aiacis nauim crispisulcans igneum fulmen iniectum est, inflammatur nauis necessariò.

Crista, nota est uox: ut crista galeæ, & crista galli. species est herbæ, de qua Plin.lib.27.cap.5.

Crīstārĕ, (πλοκυίζαν) pædicari, & ceuere, non nisi magno cum pudore exponi possunt. Est enim primum mulierū aptè se motantiū dum in re Venerea sunt. Iuuen. Frictum crissantis adorat. Alterum masculorū dum pædicantur. Mart. Sed pædicaris, sed pulchrè Neuole ceues. Ceuere etiā adulantium gestus significat. Persius: An Romule ceues?

Crītæ, Latinè dicuntur iudices, qui musicis agonibus: id est, scenicis præerant.

Crītĭcŭs, (κειτικὸς) pen.cor. iudicās, siue arguens, ἀπὸ τοῦ κείνω, delibero, iudico. Vnde poëtarum interpretes, quos postea grammaticos dixerunt, critici dicebantur, quasi iudicantes de poëmatibus & arguentes. Vnde Seru. super 11. Aeneidos dicit, Critici culpant hoc loco. Et critici dies uocātur à medicis iudiciarij, in quibus de ægritudinibus ratione ferri iudicium potest: quos nostri decretorios uocare possunt, scilicet septimum, decimumquartum, uigesimum, uigesimumseptimum: quòd illis ferè diebus morborum initia lunæ sidus à signis quatuor atq; sex, coitu excepto, uideat.

Crōbўlŏn, (κρώβυλον) Græci appellāt retiolum seu reticulum, quod comam continet.

Crocallis, gemma, quæ cerasum: uel, ut alij, cerā repræsentat. Plinius libro 37.cap.10.

Crocio, uide Crocare.

Crŏcārĕ, & Crŏcirĕ, (κρώζαν) uerba factitia à uoce corui. A quibus crocatio, & crocitus, tus. pen. prod. ipsa uocis corui prolatio. κρωγμός. Et Crŏcito.tas. frequentatiuū. Plaut. Simul radebat pellibus terram, & uoce crocitabat sua.

Crŏcĕātŭs.ta.tum. (κροκάδης) quod crocei coloris est: unde dicimus pannum croceatum, uestem croceatam.

Crŏcĭās, (κροκίας) gēmæ species, à croci similitudine sic dicta.

Crŏcĭnŭm. penult.cor. unguentum, quod μυροκόμαγμα dicitur. Fiebat ex croco trito, & uino præcipuè dulci. Hoc Romani non solum corpora, sed & pulpita spargebant. Propert. Pulpita solennes nō oluêre crocos. Idem: Et crocino nares murcheus ungat onyx.

Crŏcĭnŭs.na.num. idem quod croceus, quod est lutei coloris. κροκοειδὴς, κροκωτός. Plin.li.21.cap.19. Semen his optimum crocinum, nec anniculo uetustius, & in umbra siccatur.

Crocitare, uide Crocare.

Crŏcŏdĭlĭnŭm, (μυροκοδείλινον) quod ad crocodilum pertinet.

Crŏcŏdīlŭs, (κροκόδειλος) pen.prod. animal quadrupes. Hic præomnibus ex minimo fit maximus. Ex ouo enim ad duo & uiginti cubitos excrescit. Quatuor menses hyemales non comedit, & sola bestiarum non habet linguam. Horat. Stercore fucatus crocodili. Ex eo dictum autumant, quòd κρόκον δειλεῖ: id est crocum fugit, ac eius odorem reformidat, quod mella conficientes in Aegypto sternunt, ne mel absumāt crocodili, quoniam mirū in modum eo delectantur. Ex genere amphibio est: uiuit enim in terra & in aqua.

Crŏcŏdĭlæă, animal simile crocodilo. Plin.lib.28.cap.8.

Crŏcŏdĭlĭŭm, herbæ species. Plin.lib.27.cap.8.

Crŏcŏmāgmă, (κροκόμαγμα, ἔκμαγμα Gal.) fex & retrimentum croci, cuius usus est in medicina efficax.

Crŏcŏpeplŏn, (κροκόπεπλον) poëtæ Græci auroram uocant: à uestis coloris crocei.

Crŏcōtă, (κροκωτός) uestis muliebris est, & in festis Bacchi solennis, crocei coloris. Cic. de Arusp. Respon. P. Clodius à crocota, à mitra, à muliebribus soleis, purpureis q; fasciolis est factus repentè popularis.

Crŏcōtŭlă, (κροκάτιον) diminutiuum. Plaut. in Epid. Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.

Crŏcōtŭlārĭŭs, crocotarū uestium infector. Idem in Aul. Cum incedunt infectores crocotularij.

Crŏcŏtillŭm, Veteres ualde exile dicebant. Plautus, Extortis cum crocotillis crusculis. Festius.

Crŏcŏtўrĭŭm, genus operis pistorij.

Crŏcŭs, (κρόκος) uel Crocum, flos qui safranum dicitur. Hinc crŏcĕŭs.a.um. (κρόκινος, κρόκεος) pro colore, qui uulgò dicitur gialdus, de couleur iaulne: ut uestis crocea. Plin.lib.22. ca.18. Mutat enim cum terra colores, hic niger, illic uiridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus. Idem color etiam flammeus dicitur. Plin. Lutei uideo honorem antiquissimū in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum. Et crocatius, & crocinus similiter adiectiua, ut crocinum semen.

Crŏcŭtă, est fera nascens in Aethiopia, dentibus omnia frangens, protinus q; deuorata uentrali calore conficiens. Ex cane & lupo concipi tradunt. Spartianus: Aedita munera, in quibus elephantos & crocutas exhibuit.

Crŏtălŭm, penult.cor. crepitaculum, instrumentum musicum, quo Aegyptij in deorum ceremonijs utebantur. Pulsantur autem laminis quibusdam crotala ex ære rotundis, seu orbiculis sonum ex collisione reddentibus: à pulsatione dicta. κροτῶν enim pulsare atq; percutere est. Sunt qui dicunt crotalum esse annulum æreum, qui ferreo baculo percutiebatur ad sonum fistulæ reddendum. Verg. de Coppa: Coppa Syrissa caput Graia redimita mitella Crispum sub crotalo docta mouere latus. Plin.lib.9. docet crotalia appellari margaritas quasdam resonantes, ceu sono quoq; gaudeant. apud Græcos κρόταλον significat calamū diuisum, præparatūq; ad musicum modulatum.

Crŏtălŭs, (κρόταλος) masc.genere dicitur, qui lingua est expeditiore, & uoce sonanti, ac propè tinnula, & loquaci.

Crŭcĭnŭm uinum, insuaue, quòd bibendo cruciet.

Crūdārĭă, argenti uena, quæ in summo reperta est. Plinius libro 33.cap.6.

Crūdēlis, à cruore, qui est immitis & asper. ὠμός. Cicero pro Deio. Crudelis Castor, ne dicam sceleratum et impium, qui nepos auum in discrimen capitis adduxerit. Verg.6. Aen. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas. Vnde crudelitas.tatis. & crudeliter aduerbium.

Crūdēscĕrĕ, est crudū fieri. ὠμᾶσθαι. à crudeo.es. Inde increduesco & recrudesco quasi renouari, & ad pristinā acerbitatem redire.

Crūdŭs.a.um. recens atq; acerbum: ut crudum uulnus, id est recens, & quasi adhuc cruentū. Val.lib.4.ca.118. Et crudū in passiua significatione, quod non est coctum. ἀτέραμνον. à similitudine crudæ carnis, quæ adhuc cruenta est. Similiter cruda poma dicuntur, quæ acerba & immatura sunt. ἄωρα, σφυρά. Cic. De Sen. Poma quæ cruda sunt, uix auellūtur: quæ aūt cocta & matura, decidunt. Item crudi cibi, qui indigesti & nondū cōcocti sunt in stomacho. Iuuen. Et crudū pauonē in balnea portas. In actiua uero significatione,

Virg. 1 Georg. Et glomerāt sabulo, rapiuntq; crematq; uuluarum.

cation, ut crudus homo, cuius stomachus non facile concoquit, δύσπεπτος. Quintil. Crudo oratori declamandum non putat. Cicero, Quod in cœnã non ueniret, quo esset crudior. Hinc cruditas, ἀπεψία. Colum. lib. 7. Cruditatis signa sunt, crebri ructus, ac uentris sonitus, fastidia cibi.

Crŭĕnto. as. cruore inficio. αἱματόω, αἱμαίνω. Cic. de Arusp. Respon. Secures suas cruentari scelere noluit.

Crŭĕntŭs. a. um. (αἱματηρὸς, αἱματώδης) quod cum cruore est: ut, cruenta uictoria. Sallust. Cauete ne inulti animam amittatis, neu capti potius sicut pecora trucidemini, quàm uirorum more pugnantes, cruentam atq; luctuosam uictoriam hostibus relinquatis. Aliquando ponitur pro crudeli: ut, cruenta uox, et cruenta oratio. Huius contrariũ est ineruentus. a. um. (ἀναίμωτος) quod est sine sanguine. Idem, Neq; tamen exercitus Pop. Romani lætam aut incruentam uictoriam retulit.

Crŭmēnă, (βαλαντίον) penul. prod. loculus, à κρεμάω suspendo, quòd plerunq; suspensa gestetur. Quidã cum h scribunt, » ἀπὸ τ῀ χρήματος, quæ est pecunia. Iuuenalis, Quis enim te deficiente crumena. id est pecunia. continens pro contento. Crumenula diminutiuum est.

Crŭŏr. oris. sanguis, qui ex aliquo uulnere spargitur. αἷμα ἰχώρ. Verg. 8. Aeneid. Tepidusq; cruor fumabat ad aras.

Crūs, crūrĭs, (σκέλος) tibia, quòd illo curramus. Sunt autem crura à genibus usq; ad inferiorem pedem, non æquali modo ducta, sed teretibus suris extantibus, sensimq; tenuatis firmata. Tibia est os, sura caro posterior. crus ex sura & tibia constat, cuius diminutiuum est crusculum. σκελίδιον. Martial. » Pectus cicadæ, cruscul{um}q; formicæ.

Crŭsmă. atis. propriè dicitur sistrum, & uelut cymbalum quoddam tintinabulis refertum, quo gestientes mulieres oblectabantur: dictum ἀπὸ τ῀ κρούειν, hoc est à crepando, quem sonum emittere uideatur dum pulsaretur. Martial. lib. 6. Ede » re lasciuos & Bethica crusmata gestus, Et Gaditanis ludere dicta modis. Bethica autem crusmata uocat, quòd ijs mulieres Hispanæ uti solerent: quemadmodum & hodie Venetæ puellæ: uocant autem sua lingua, un cymbano.

Crŭstă. æ. (πλὰξ, ὄστρακον) significat id excrementũ, quod uel ob putredinem, uel concretionem super alicuius rei superficie nascitur. Verg. lib. 4. Georg. Concrescunt subitæ curren » ti in flumine crustæ. Itẽ crusta, qua quid integitur. ut Crusta locustæ, Plin. Crustæ & emblemata argenti cælati, Cic. Idem Plinius, Crustas parietũ excisas tabulis marginatis inclusas esse. Huius diminutiuum est crustula. Iuuen. Nos colaphum incutimus labenti crustula seruo. Crusta etiam dicitur, quam uulnus seu hulcus ducit, quãdo solidatur, qua detracta ferè remanet cicatrix.

Crūstārĕ, (κονιᾶν) crustam inducere, & ueluti emblemata quædam alicui operi applicare. uulgò tunchen, glasieren. Plin. lib. 15. cap. 17. Mala uero generosissima eadem ratione crustant gypso uel cera. Vnde crustati parietes, (κεκονιαμένοι τοῖχοι:) id est crusta marmoris intecti. Secabantur enim marmora in laminas, & parieti apponebantur. Primus apud Rom. Mamura eques, domus suæ parietes crusta marmoris legitur è Formijs in Cælio monte operuisse. Hinc uasa quæ uitreis crustis tecta sunt, crustata dicuntur. Et crustata animalia, crustis intecta. Crustuosus. a. um. quod crustam habet.

Crūstārĭŭs, (κονιατὴς) qui incrustat. Plin. Habuit & Teucer crustarius famam.

Crūstārĭŭs. a. um. quod ad crustas pertinet. Vnde crustariæ tabernæ, in quibus crustata opera uenduntur.

Crūstŭlātă. æ. (τὰ μαλακόστρακα) idem quod crustulum. Spartianus: Pentapharmacum edulij genus est, ex quinq; confectum, quod reperisse dicitur Helius uerus Romano. imperatori: hoc est, sumen, phasianus, pauo, crustulata & aprugna.

Crūstŭlŭm, (ψάμιον) est eorum quæ comeduntur, siue sit pars panis, uel placentæ, uel alterius edulij. Verg. Patulis nec parcere quadris Fatalis crusti. Vnde per diminutionem crustulum. Horat. Vt crustula blandi Doctores, elemẽta uelint ut discere prima. Quod genus dulciarij esse putat Porphyrio. Varro de Lingua Latin. Crustulum à crusta pultis, eo quòd ut corium exuritur, crusta dicta.

Crūstŭmĭnă, pira sunt quæ ex parte rubentia putantur, glaciola nunc dicta: à Crustumino oppido sic appellata. De his Plin. lib. 15. cap. 15. & lib. 23. cap. 7. Item Colum. lib. 5. cap. 10. & lib. 12. cap. 10.

Crūx, (σανὶς) furca, siue patibulum, in quo damnati figuntur. dicta à κρούειν, quod est ferire, pulsare. Plaut. in Curc. Collum obstringe, abduce istum in malam crucem. Cice. 7. Verr. Statim deinde iussu Prætoris in crucem esse sublatũ. Crux etiam dicitur, quicquid nos cruciat, torquet, & affligit. Terent. in Eunuc. Et illis crucibus, quæ nos nostramq; adolescentiam habent despicatam. Hanc Veteres gabalum uocauere. Varro, Nos barbari, quòd innocẽtes ingabalum suffigimus hommes: uos non barbari, quòd noxios absoluitis. Hinc crucio. as. torqueo, affligo. ἀνιάω. Plaut. in Bac. Vt ipsus se cruciat ægritudine. Terent. in Eun. Quæ nos semper omnibus cruciãt modis. A quo cruciatus. tus. (πόνος) tormentum, afflictio. Cruciamentum: ut cruciamenta morborũ, Cic. Cruciabilitas. tatis, Plaut. Et Cruciabiliter aduerb. ut cruciabiliter interfecti, Hirt. Hinc etiam Crucifigo. gis. (ἀνασταυρόω, σταυρόω) in crucem tollere. Quint. lib. 7. cap. 2. Inuenerunt ducem crucifixum.

Crўptă, (κρύπτη) subterranea cauerna, uel testudo: à κρύπτω, occulto. Iuue. Et solitus mediæ cryptã penetrare Saburræ.

Crўptĭcŭs. a. um. (κρυπτικὸς) significat occultum & subterraneum. Sidonius, Potens antiquus crypticis arcubus fornicauit. Iul. Firmicus crypticos homines appellat secreta fidelĩ taciturnitate custodientes.

Crўptŏpŏrtĭcŭs, nomen compositum ex Græco Latinoq;, & significat subterraneus porticus, cum amplis senestris, quibus refrigerandi gratia per æstatem utimur. Potest etiam dicĩ porticus undiq; septa, & quasi sepimento parietum abscondita, tãquam subterranea. Plin. in Epist. Subest cryptoporticus subterraneæ similis, æstate incluso frigore riget, contentaq; aëre suo, nec desyderat auras, nec admittit.

Crўstallŭs, fœm. gen. & Crystallum dicitur ex κρύος, quod est gelu, & στέγω, contraho. Nam (ut scribit Plinius) ex gelu uehementiore concreto nascitur. Non alibi certè reperitur, quàm ubi hybernæ niues rigent, glaciemq; esse certum est. Vnde Crystallinus. a. um. (κρυσταλλινος) pen. cor. quod » est ex crystallo. Martial. Frangere dum metuis crystallina » frangere peccas. Iuuenalis, Grandia tolluntur crystallina » maxima rursus Murrhina, deinde adamas notissimus & Beronices.

C A N T E T.

Cĕtĕs, è dentium genere, sicut & gelasini, & dichastires. uide in Dens.

Ctēnĭātrī, (κτηνίατροι) sunt medici iumentorũ & pecorũ, quasi mulomedicos dixeris. Firmicus, Centauro oriente qui natus fuerit, aut auriga erit, aut equorũ nutritor, aut mulomedicus, aut equitarius. Hunc Columella & Varro ueterinarium uocant: uulgò marckstaller.

Ctēnŏs, (κτῆνος) Latinè iumentũ dicitur. unde Cteniatrus.

C A N T E V.

Cŭbă Sabinis uocatur, quam militares lecticam, unde uidetur deriuatũ esse cubiculũ. Festus. aliter Cumba, & aliter Comba.

Cŭbātŭs. us. (κοίτη) ipsa cubandi actio. Plin. Si in cubatu tonuerit, oua pereunt.

Cŭbĭcŭlārĕ, (θαλαμικὸς) quod ad cubiculum pertinet: ut uestis cubicularis,

cubicularis, qua in cubiculis utimur: & cubicularis lectus, apud Cic. lib. 5. Tusc. quæst.

Cŭbĭcŭlārĭŭs, qui in cubiculo ministrat. κατακοιμιστής. Plutar. Cice. Hunc uestri ianitores, hunc cubicularij diligunt.

Cŭbĭcŭlŭm, locus in quo cubile sternitur, ut ibi supercubetur, οἴκημα, κοιτών. Seneca ad Luc. Quid prosunt multa cubicula in uno iacetis. Val. lib. 1. cap. 5.

Cŭbīlĕ, (κοῖτος, ἀνὰ) pen. prod. lectus, quòd in eo cubetur: & cubilia loca, in quibus feræ cubant. Dicitur & de structura. Plin. lib. 35. Ea, inquit, maxima moles fuit, nec sedit in cubili. Vtitur hac uoce Vitruuius lib. 2. Cubile salutatorium, dicitur in quo simulachra deorum imponi solent: quod & lararium alio nomine dicitur. Cic. 2. Tusc. Abducet Patrocles credo, ut collocet in cubili, ut uulnus obliget.

Cŭbĭto. as. frequētatiuum. κοιτάζω. Cic. pro Cælio, Et propter nocturnos quosdam inanes metus tecum semper pusio cum maiore sorore cubauit.

Cŭbĭtŭs, & Cubitum, utroq; modo dicitur, curuatura brachij ubi lacerto iungitur. πῆχυς, ἀγκών. Plaut. in Cas. Pectus mihi agit nunc cubito. Idem in Stic. Cubitis depulsa de uia. Accipitur etiam pro mensura cubiti. Plin. lib. 7. Inuenimus in monumentis Salaminæ Cautimenos filium in tria cubita triennio accreuisse. Constat autem cubitū ex sex palmis digitisq; quatuordecim: ut autor est Vitr. lib. 3. Sesquipes, hoc est pes unus cum dimidio facit cubitū. Pes est sexta pars altitudinis in corpore nostro, cubitus quarta. Est præterea cubitus regius, qui maior est cōmuni cubito tribus digitis, sicut refert Herod. lib. 1. Est & cubitus geometricus, qui tantum ualet, quātum sex nostra cubita, ut Origenes, Augustinusq; tradiderunt. A cubitus pro mensura fit adiectiuum cubitale. πηχυαῖος. ut herba cubitalis. Plin. Cauea cubitalis, Liu. id est uno cubitu alta. Inuenitur etiam substantiuè, pro ornamento cubiti. Hora. in Serm. Ponas insignia morbi, Fascio las, cubitale, focalia.

Cŭbo. as. bui. bitum. quamuis cubatio non cubitio: sicut et eius composita, quæ tam primæ quàm tertiæ coniugationis inueniuntur: ut accubo. as. & accumbo. is. Decubo. as. & decumbo. is. Incubo. as. & incumbo. is. Recubo. as. & Recumbo. is. Occubo. as. & occumbo is. Verg. Nec adhuc crudelib. occubat umbris. id est, iacet mortuus. Idē, Seu uersare dolos, seu certæ occumbere morti. Secubo. as. & secumbo. is. quod est seorsum & separatus cubo. Propert. Miles depositis anno sus secubat armis. Liu. 39. Per iocum adolescens uetat eam murari, si per aliquot noctes secubuisset religionis causa, ut uoto pro ualetudine sua facto liberetur. Habet tamen cumbo aliqua composita, quæ non habet cubo. ut discumbo, quod est cibi capiendi gratia iaceo, non discubo, procumbo, non procubo. Similiter cubo habet aliqua composita, quæ nō habet cumbo. ut excubo, non excumbo, supercubo, nō supercumbo. Est autem cubare, iacēre. κατακεῖσθαι, κοιμᾶσθαι. ut Cubare in lecto. Plaut. cubare in specu. Plin. cubare in faciem. cubare supinus, apud Iuuenal. Et absolutè apud Cic. Cum iste etiam cubaret, in cubiculum introductus. Sic ire cubitum, & surgere cubitu, Cat. Dicitur & de ægrotis. Horat. Cubat hic in ualle Quirini. id est ægrotat, sicut interpretes exponunt. Cic. lib. Tusc. Itaq; narrabat eum grauiter & copiosè de ipso nihil esse bonum, nisi quod honestum esset, cubantem disputasse. Col. lib. 7. Cubitorem bouem appellat, qui sæpe decumbit ex pertinaci cōtumacia. Quod quidem uitium fame & siti tollendū esse censet, non igni alijs ue tormentis.

Cŭbŭs, (κύβος) est figura ex omni latere quadrata: quales sunt tesseræ, quibus in alueolo luditur, ex quo ipsæ appellatæ. In numeris etiam cubus dicitur, quum omne latus eiusdem numeri æqualiter in se solutus: sicut fit, quando ter terna dicuntur, atq; idem ipse numerus triplicatur.

Cŭcŭbo. as. penult. cor. proprium est uocis noctuæ. ὑλάω. Ouidius, Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

Cŭcŭlio, est (ut Capitolin. docet) genus pilei uiatorij, quo capite obtecto uagari nocte solent. Cato de re Rust. ca. 2. Quæ opera per imbrem fieri potuerint, nouos fieri centones, cuculiones ue familiam oportuisse sarcire. Videtur autem cuculionem hic pro cucullo accepisse.

Cŭcŭlŭs, pen. cor. & Cŭcūllŭs per duplex ll, auis nota. Martialis, Quamuis perplures cuculus cantauerit annos. Horat. in Serm. Cui sæpe uiator Cessisset magna compellans uoce cucullum. Cucullus etiam genus uestis est. Iuuen. Sumere nocturnos meretrix angusta cucullos. Vnde constat monachos nostros male uti hoc uocabulo cuculla, fœminino genere. Sunt qui accipiant pro nautico aut rustico tegmine, ad arcendas pluuias. Col. Cultam uestitamq; familiam magis utiliter, quàm delicatè habeat, munitam diligenter à uento pluuiáq;, quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, uel sagis cucullis. Iuuen. Contentusq; illic uento duroq; cucullo. Lege Cuculio. Græci κόκκυξ, uel κόκκος. Itaq; cum cuccus Græcum sit nomen, cucculus est diminutiuum, per duplex cc, in prima.

Cŭcŭmæ. pen. cor. uasa ænea sunt ad calefaciendū aquam. Petronius Arbiter in Saty. Frangitur ceruix cucumæ, igneq; ualescētem restinguit. Budæus scribit cucumam esse genus baculi ferrati. Iurisc. ad legem Iuliam de sicarijs: Sed & si claui percusserit, aut cucuma in rixa: quamuis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam eius pœnam. Hinc cucumella, diminutiuum.

Cŭcŭmĕr & Cŭcŭmis, huius cucumeris (σίκυος) pen. cor. à curuore dicitur. Verg. Crescet in uentrem cucumis, nec fera comantem. Plin. lib. 20. cap. 22. Cucumeres quasi curui merces. Est & cucumis piscis, apud Plin. lib. 32. cap. ult.

Cŭcŭmĕrārĭŭm, (σικυών) locus, in quo sunt cucumeres. Pro tugurio custodiarum Cyprianus posuit. Solet enim fieri tugurriaculum, in quo custos uigil obseruat, ne cucumeres auferantur ex cucumerario.

Cŭcŭmĭŏn, diminutiuum Græca forma, Latinè uero cucumula. σίκυον.

Cŭcūrbĭtă, (κολόκυνθα) proprie auguria est. Plin. lib. 19. ca. 5. Cucurbita omni modo fastigiatur, uaginis maximè uitilib. coniecta in eas postquam defloruit. Crescit qua cogitur forma: plerunq; & draconis intorta figura. Libertate uero pensili concessa, iam uisa est nouem pedū longitudinis, &c. Sed apud Celsum lib. 2. cap. 11. cucurbitam, & per diminutionem cucurbitulam eam appellari legimus, quæ nunc uulgò uentosa dicitur, siue ein schrepf hœrnli. Hac utuntur medici ad sanguinem leui scarificatione educendum. ait enim, Vsus cucurbitulæ præcipuus est, ubi non in toto corpore, sed in parte aliqua uitium est.

Cŭcūrbĭtīnă, (κολοκυνθίνα) pira dicimus, & cucurbitinas ficus, ob cucurbitæ similitudinem. Cato de re Rust. cap. 7.

Cŭcūrbĭtārĭŭm, (κολοκυνθών) locus in quo seruntur cucurbitæ.

Cŭcūrbĭtārĭŭs, (φιλοκολόκυνθος) amator cucurbitarum.

Cŭcūrbĭtŭlă. uide Cucurbitam.

Cūcūrĭo. is. (κοκκύζω) pen. prod. gallorū propriū est. Ouid. Cucurire solet gallus, gallina gracillat.

Cūdo. is. cusi & cudi, à cædendo, ut quibusdam uidetur. Verg. Ac primum silicis scintillam excudit Achates. Seru. id est feriendo elicit: nam cudere, ferire est. κόπτω, τυπόω, κολάπτω. unde & incus dicitur, quòd illic aliquid cudamus: id est, feriamus. Cuditur pecunia dū imprimitur. Terent. in Heaut. Argentum cudo, quod tibi dem. Pastiuū protulit idem Terentius in Eunuh. At enim in me isthæc cudetur faba. quod est, in me hoc malum recidet, in me hæc uindicabitur culpa. Vt laborat id solum in quo cuditur: id est, batuitur faba cum siliquis exuitur. Vel quòd quidam male coctam fabam, & quæ non maduerit, sed dura permanserit, supra caput co-

qui,ueluti ipsi irati granum saxo cõminuunt,tum uniuersum malum ad cocum peruenit. Huius composita sunt,accudo,excudo,incudo,procudo,percudo & recudo, quod est iterum cudo. Varro,Vt hi solent qui uetera metalla recudunt. & habent penult. prod.

Cũiãs, cuiãtis (ποδαπὸς) significat unde, & non tantum patriam,gentem,nationemq; innuit,(ut apud Cic.lib.5. Tusc. quæst. Socrates quidem cum rogaretur,cuiatem se esse diceret:Mundanum,inquit. Totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur) sed etiam partes & sectam: ut, Cuiates philosophi uos estis? Stoici ne, an Epicurei? Sic nostras & uestras. Cic. Non solum etiam ista uestra oratoria,sed et hæc etiam leuia nostratia. Dicitur & cuiatis cõmuni genere. unde apud Plautum frequenter legitur, Cuiatis es? id est cuius patriæ & gentis? Actius, Qui neq; cuiatis esset,unquam potuimus multa rogantes scire.

Cũiŭs,cuia,cuium, antiqui dicebant: ut meus,mea,meum. & per q, quius scribere solebant. refertur autem ad personam
» hominis. Verg. Dic mihi Damœta,cuiũ pecus? an Melibœi? Terent. in And. Cuiũ puerũ hic apposuisti? dic mihi. Idem in Eun. Quid uirgo,cuia est? Plaut. in Curc. Cuiam uocem audio? Nunc potius interrogamus per Cuius genitiuum à qui,quæ,quod,ad quem non respondetur semper in eodem casu in possessiuis tam pronominibus quàm nominibus. Plaut. in Amph. Cuius es? Amphitryonis inquam Sosia.

Cũiũsmŏdi, uox est indeclinabilis, composita ex genitiuo cuius, à quis & modus. admiratiuum est, & interrogatiuum. Plaut. in Men. Cuiusmodi homines erũt? E. Ego et Menæchmus, & parasitus eius. Et aliter apud Cic.2. de Inuent. Quòd si hæc cũ summè inutilia, tum multò turpissima sint, legem cuiusmodi sit, in præsentia conseruari à iudicibus. id est,en la sorte quelle est. Cuiusmodicunq; Cic. pro Cluent. Nam illud me nõ præterit, cuiusmodicunq; mater sit,tamen in iudicio filij de turpitudine parentis dici uix oportere. id est,quelle quelle soit. Id Salustius diuisionem enunciauit. Neq; solum ciues,sed cuiuscũq; modi genus hominum, quod modò bello usui foret,&c.

Cũlcitrã, (τάπλωμα) à calcando,ad quietem paratur: dicta quòd in ea tormentum,uel sagum, aliudue quid inculcetur. Non est ergo quæ super nos habetur, cum dormimus, sed super quã quiescimus. Cic.lib.4. Tusc.quæst. Eripiamus huic ægritudinem,quo modo collocemus in culcitra plumea,psallriam abducamus. Vnde culcitra diminutiuum.

Cũlcitŭlă,fasciculus quidam ligneus in sacris dicebatur.

Cũlĕus, (κοπὶς) uter,siue saccus lino uel canabi, uel corio factus,ab occulendo: id est claudendo. Eo utimur ad portanda frumenta. Plin.lib.7. Iunius Valens meruit in prætorio diui Augusti centurio,uehicula cum culeis donec eximanirentur, sustinere solitus. Factus est etiam culeus pœna parricidarum. Nam parricidæ sanguineis uirgis uerberati, in culeo cum cane,simia, & gallo,& serpente inclusi mari inji» ciebantur. Vnde Iuuen. Quis tam perditus, ut dubitet Se» necam præferre Neroni? Cuius supplicio nõ debuit una pa» rari simia, nec serpens unus,nec culeus unus. Est & culeus nomen mensuræ uiginti amphorarũ capacis,uel triginta modiorum. Nam duo culei (ut Bassus ait) modij quadraginta sunt. Priscianus, Culeus,hac nulla est maior mensura liquoris. Vel quadraginta urnas, ut est apud Plinium & Columellam. Hinc sesquiculeare dolium apud Columellam,est triginta amphorarum, quasi unum & dimidiatum. Culeus item pro coleo,id est testiculo,ponitur,ut suprà dictum est.

Cũlex,generaliter est uermiculus paruus,alatus,(κώνωψ.) Vide Plinium lib.11. cap.2. Plaut. in Curc. Vt muscæ,culices, pedesq;,pulicesq;,cimices.

Cũlignã,(ξυλίχνη) potatorium uas. Cato, Culignam in fœno graeco ponito,ut bene oleat.

Cũlinã,(μαγειρεῖον) pen.prod. ut Varro de uita Po.Ro.scribit,dicta est ab eo, quòd ibi colebant ignem locupletiorẽ domus. Iuuenalis continens pro contento posuit, scilicet pro cibis coctis, cum inquit, Sequitur sua quemq; culina. Inde culinarius,(μαγειρικός.) & culinor.aris.(μαγειρεύομαι) quod est culinam exerceo. Vide etiam in Colina.

Cũllĕŏlă, sunt cortices nucum uiridiũ, similitudine culeorum quibus oleum aut uinum continetur, cuius diminutiuum uidetur. Vide inferius Culioca.

Cũlullŭs,calix fictilis,quo in sacris utebãtur pontifices,& Vestiales uirgines. Accipitur & prourceolo. Horatius, Re» ges dicũtur multis urgere cululis, Et torquere mero,quem » perspexisse laborant.

Cũlmĕn, (στέγος τὸ) quod culmis tegitur. Ab antiquis culmina dicta sunt tecta,quia ædificia de culmo:id est paleis è messibus contegebant. Verg.1. Ecloga, Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.

Cũlmŭs, (καλαμος, καλαμη, ἀνθέριξ) frumẽti calamus, à radice usque ad spicam:dictus, quòd colatur,qui & columus dicebatur. unde & columen primo, postea culmen. Vergil.1. » Georg. Ne grauidis procumbat culmus aristis. Ibidẽ, Culmumq; leuem stipulasq; uolantes. Vbi Seruius, Culmus dicitur ipse calamus:stipulæ uero,folia quæ ambiunt culmum. Dicuntur etiam culmi (ut docet Varro) qui in summo campo nascuntur,quòd summum culmen teneant.

Cũlpă,(ἁμαρτία)ut scribit Donatus,est eius qui nesciens aliquem læsit. Plautus in Epid. Mihi ut ignoscas,si quid imprudens culpa peccaui mea. Idem in Merc. Disjiciũt,culpam meam isthanc non esse ullam.

Cũlpo.as.are. contrarium est uerbo laudare. Plaut in Bacch. Illum laudabunt boni,hunc etiam ipsi culpabunt mali. Vnde culpito.as.are. frequentatiuum. Plaut in Cistel. Verum haud metuo ne iurandum nostrum quisquam culpitet.

Cũltĕr,et Cultrum,(μαχαιρα) Propert. Et canis in nostros nimis exporrecta dolores, Cum fallenda meo pollice cultra forent. Festus,Clunaculum,est cultrum sanguinarium. Hinc cultellum & cultellus,(μαχαιρὶς,μαχαιρίδιον,μαχαίριον) diminutiua. Est autem culter,quo utimur in mensa. Iuuen. » Spectat & chironomonta uolanti Cultello,donec peragat » dictata magistri Omnia,nec sanè minimo discrimine refert Quo gestu lepores,& quo gallina secetur.

Cũltellātŭs,qui formam cultelli habet: ut dorsum cultellatum Plin.lib.32.cap.2. Cultratus.a.um. ut cultratus mucro, quĩ scindit uelut culter. Plin.li.13.ca.9. Folia cultrato mucrone.

Cũltrārĭŭs, minister qui uictimam cultro immolat:qui alio nomine dicitur uictimarius. Sueton.in Calig. Admota altaribus uictima succinctus pomparum habitu, elato altè malleo cultrarium mactauit.

Cũltŭs. us.à colo. is. dicitur, & modò ad rem rusticam pertinet. Cic.de Legib.1. Nullius autẽ aëricolæ cultu stirps tam diuturna. Modo extra rem rusticam:ut cultus animi, cultus & curatio corporis, cultus deorum. Græcè σκευασία,ἕξις, σκευὴ,κόσμος,παιδεία.

Cultio.onis. cultura. Cic.de Senect. Qui se agri cultione oblectabant. (cĩ.

Cultor.oris. Cic.de Off. Alij ueritatis cultores, fraudis inimi

Cultura.ræ.cultio,cultus. Cic.de Senect. Hesiodus de Cultura agri scripsit.

Cŭm,(συὺ,μετὰ) cũ genitiuo præpositio copulatiua,quæ ablatiuo solet coniungi notanti societatẽ & coniunctionem animi:ut,Summa cum beneuolentia,summa cum hilaritate illũ excepi. Item si comite aliqua persona quis fecerit quippiam: ut,Cum Socrate profectus sum:&, Mihi cũ illo negociũ est: &,cũ hoste pugno. μετά. In compositione uero postposita inuenitur:ut mecũ,tecum,secum,quicũ,quibuscum. Interdũ ornatus uel metri causa. Aliquando aduerbiũ est, & accipitur

pitur pro quando. ὅτε, ἡνίκα. Verg. Cum faciam uitula pro frugibus ipse uenito. Cic. Nõnihil me consolatur, cum recordor quãta me complecteris beneuolentia. Iungitur modo indicatiuo: ut, cum dico, cum dicebã, cum dixi, cum dicam. Modò subiunctiuo: ut, cum dicerẽ. Interdũ pro dum. ἐπειδή. Cic. Cum me in Aphricã contulissem. Interdum pro quamuis, et exigit Tamen, iũgiturq; subiunctiuo. Cic. pro Deiot. Cum in omnibus causis grauiorib. initio dicendi cõmoueri soleam, tamen in hac multa ita me perturbãt. Aliquando pro quoniã, siue pro causa, & similiter subiunctiuo iungitur: ut, Cum inueniam Latinos proprio sermone hæc parum attigisse, conatus sum pro uiribus. Iunguntur quandoq; cum, & tum. καὶ καί. licet idem ferè significent, diuerso tamen modo ordinantur. Nam in cum est quiddam minus, in tum quiddam maius, & hoc duobus modis fit: ut aut generale præcedat, & sequatur speciale: aut ambo sint specialia. Primo modo sic Quint. Quod cum omnibus confitendũ est, tum nobis præcipuè, qui rationem dicendi à bono uiro non separamus. id est omnibus multum, mihi autem maxime. Altero modo. Idem, Quod opus Marcelle Victori tibi dicamus, quem cum amicissimum nobis, tum eximio literarũ amore flagrantem, dignissimum hoc mutuæ in nos charitatis pignore iudicamus. id est, multum propter amorem tuum in nos, plus tamen propter amorem literarũ. Aliquãdo etiam cum & tum coniunctiuo iunguntur. Cic. Graui teste priuatus sum amoris erga te mei, patre tuo clarissimo uiro, qui cum suis uirtutib. tum uero te filio superasset omnium fortunas, si te ante uidisset quàm uita discederet. Quando autem fit sub duobus uerbis, fieri debet sub eodem modo & tempore: ut Cic. in principio lib. De Nat. Deor. Cum multæ res in philosophia nequaquã satis adhuc explicatæ, tum difficilis Brute (quod tu minimè ignoras) quæstio est de natura deorum. Ponitur quandoque tum sine cum, geminatum uel triplicatum in rebus paribus. Quint. Nec indignetur Herodotus æquari sibi Titum Liuium, tum in narrando miræ iucunditatis, clarissimiq; candoris, tum in concionibus, suprà quàm enarrari potest, eloquentem. ita dicũtur omnia tum rebus tum personis accommodata. Ponitur nonnunquam tum pro aliquando. ποτὲ μὲν, ποτὲ δὲ. Cic. Tum hoc, tũ illud argue. id est, modo hoc, modo illud. Quandoq; pro tunc. τότε. Verg. Tum primum nostri Cacum uidere trementem. Quandoq; est aduerbiũ ordinis pro deinde. ἔπειτα. Idem, Aeneas matri Eumenidum, magnæq; sorori, Ense ferit sterilemq; tibi Proserpina uaccam, Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras. Quandoq; pro præterea. Idem lib. 2. Tum uox tetrum inter odorẽ. Sunt qui distinguant, ut quando præpositio est, cum c scribi debeat. quando aduerbium seu coniunctio, cum q. Sed cum ratio non sit satis ponderosa, iam doctorum usus obtinuit, ut cum c semper scribatur. quare unusquisque prout uoluerit, scribat. Veteres cum aduerbium erat, quom dicebant.

Cũmalter, una particula, antiqui pro cum altero usurpabant, breuitatis gratia.

Cum dicto, (ἅμα λέγων, σὺν τῷ λόγῳ) significat statim post uerba, & uix dum finito sermone. Apul. Et cum dicto sutili centuculo, faciẽ suam iamdudũ punicãtem præ pudore obtexit.

Cũ imperio est, (ἀρχὴ) dicebatur de eo, cui nominatim demandabatur à populo imperium.

Cummaxime, (ὅτι μάλιστα) una pars est, & significat nimis. Terent. in Hecy. Hanc Bacchidem amabat, ut cummaxime tum Pamphylus, eum pater uxorem ut ducat, orare cœpit.

Cum partim, ueteres dixere pro partim. Cato, Ibi pro scorto fuit in cubiculum, surreclitauit è conuiuio cum partim illorum, iam sæpe ad eundem modum erat.

Cum potestate est, (αὐτοκράτωρ) dicebatur de eo, qui à populo alicui præficiebatur negocio: seu qui magistratum gerebat. Cicero libro secundo Artis ueteris, Felix an infelix, priuatus an cum potestate sit.

Cum primis, (ἐς τὰ πρῶτα) significat in primis. Apul. Hic cũ primis nobilis ac facundus. Sic dicitur Cumprime.

Cum stomacho aliquid facere. (κακοσομάχως) dicimus, hoc est, cum indignatione siue fastidio.

Cum tempore, (χρόνῳ) hoc est, cum mora & spacio temporis.

Cum uenia tua, (σοὶ τὰ θαρρήκως, συγχωρῆντ' & σὺ) dicimus, hoc est pace tua, & te permittente.

Cũmãtilis, color, (κυματίας) qui & cæsius, & cæruleus alio nomine dicitur. Nam Græci κύματα fluctus uocant. Plaut. Cumatilem togam aut plumatilem. Cymatilis.

Cũmbã, Sabini uocant lecticam. Suprà Combam scriptum habes, & alibi Cubam.

Cũmẽrã, pen. cor. uas ingens uimineum, uel etiam fictile, quo frumenta conduntur, ut inquit Acron. Modò dicitur uas quod capit quinque uel sex modios, quod lingua Sabinorum trimodium uocatur. Horat. lib. Serm. Cur tua plus cumeris
» laudes granaria nostris?

Cũmẽrũm, uas nuptiale, à similitudine cumerarum dictum.

Cũmĩnũm. uide in dictione Cyminum.

Cũmũlãrẽ, implere, coaceruare, & quasi ad cumulum addere. σωρεύειν, ἐπιτιθέναι. Tractum à mensuris, quibus nihil potest addi: & dicimus, Cumulo tibi honores, & cumulo te honoribus. Cic. ad Att. lib. 14. Non possum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd uulgò hominum opinio socium me adscribat tuis laudibus. Hinc cumulatim, aduerb. pro acerbatim. Var. de re Rust. li. 3. cap. 17. Quibus in tenebris cum cumulatim positum est, in doliis fiunt pingues. Siue cumulatè, abundanter. Cic. 2. de Diuin. Quæ ut bene, cumulateq; perfecta, de diuinatione ingressi sumus his libris scribere.

Cũmũlũs, pen. cor. proprie dicitur maiorũ rerum ueluti aceruus quidam. σωρός. Liuius 10. ab Vrbe, Corpus eo die quia obrutum superstratis Gallorum cumulis erat, inueniri non potuit. Vergilius cumulum pro altitudine & quasi acumine
» aquæ posuit 1. Aeneid. Insequitur cumulo præruptus aquæ mons. Et cumulus est, qui additur mensuræ plenæ, (πρόσθλιμμα) ut inquit Festus.

Cũnæ, & Cũnãbũlã, (κοιτίδες) pro eodem accipiuntur, dicta quasi cynæ, & cynabula. Nam κυίειν Græci eniti dicunt, et parere, & υ in u Latinè conuertitur. Sunt autem lectuli, in quibus infantes solent iacere, uel loca in quibus nascuntur. Cice. 1. Tusc. Iidem si puer paruus occidit, æquo animo ferendum putant: si uero in cunis, ne quærendum quidem. Dicuntur & incunabula. nã in præpositio hoc loco nihil significat, sicut & in aliquibus dictionibus, ut columis & incolumis. Sunt qui cunabula & incunabula à cunis deducãt, & ea proprie dici existiment, quæ ad cunas muniendas et ornandas pertinent, in quibus iacet & conditur infans. Plautus in Amph. Sed puer ille quem ego laui, ut magnus est, & multum ualet, nec cum quispiam colligare quiuit in cunabulis. Et in Tru. Fascijs opus est, puluinis, cunis, incunabulis. Per translationem idem in Pseudolo. Sed istic seruus Caristo huc qui aduenit, quid sapit usq; à cunabulis. id est usq; ab infantia, uel usq; à puero: hoc est, ab ea ætate quæ in cunabulis agitur: Colum. Cum à primis cunabulis, si modo liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit. Liu. lib. 4. Ab incunabulis imbutum odio tribunorum. Verg. lib. 3. cunabula pro initijs posuit: Mons Idæus ubi, & gẽtis cunabula nostræ
» Centum urbes habitant. Similiter Cic. lib. De opt. or. Non fuit de oratoris quasi incunabulis dicere. Cic. in Sall. An ulla alia putas rudimenta & incunabula uirtutis? rudimenta pro initijs & incunabula pro nutrimentis dixit. Quandoque incunabula uocamus nutritionem puerilem, à cunabulis. Suetonius de Vespas. Quare princeps quoq; & locum in cunabulorum assiduè frequentauit.

Cũnctãtor, procrastinator. μελλητὴς, χρονοτρίβος. Liuius 6. ab Vrb.

Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum.

Cūncti, (σύμπαντες) significat quidem omnes, sed qui sunt coniuncti: omnes uero, etiam si sunt disiuncti, & diuersis locis.
» *Verg.* Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret. *Idem* 1.
» *Aeneid.* Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.

Cūnctŏr.aris.atus.cum c ante t, à cunctus fit: contor.aris.cū o, sine c, à contus, quæ est pertica: & ambo significant immorari, differre. μίμναν: ab eo, quòd cuncti simul sine difficultate moueri non possint: uel ab eo, quòd qui contis uada rimantur, paulatim procedunt. *Liu. lib.* 1. Alij dum cunctantur in ripis inter pugnæ fugæq; consiliū oppressi. *Colum.* Nam dispendiosa est contatio, (ἀναπάλωσις) primū quod auibus prædam, cæterisq; animalibus præbet. Cunctāter, cum mora. χρονίως. Incunctanter, sine mora. σπουδῇ. *Liu. lib.* 1. Tum illū haud cunctāter discidisse eotem ferunt. Ponitur quandoq; cunctari, pro dubitare. ὀκνεῖν. *Suet. de Aug.* Cunctari se ne si superesset, eriperet legibus reum. Quādoq; pro manere,
» *Vergil.* Reginam thalamo cunctantem. A cunctor fiunt composita, percunctor, & recunctor, quod est iterum moror.

Cūnctātio, (μίμνησις, ὄκνος) mora seu dubitatio.

Cŭnĕātim, significat per cuneos. κατὰ σῆφη. *Ammian.* Imperator cuneatim stipatus. *Cæsar* 7. *bel. Gal.* Hostes re noua perterriti, muro, turribusq; deiecti, in foro ac locis potentiorib. cuneatim constiterunt.

Cŭnĕātŭs.a.um. quod est in formā cunei factū. ἐσφηνωμένος. Vnde à Liuio forma scuti cuneatior appellatur, cuius summa latius, imum strictius erat: & cuneatus ager, apud *Colu.* in cunei formam factus, utputa cum est longus pedes centum, latus ex utraq; parte pedes uiginti, & altera pedes decem. *Plin. lib.* 3. Hispania cuneatur angustiys. id est in cunei formā efficitur. Hinc Excuneatus, de quo in dictione Cuneus, & discuneatus. uide loco suo.

Cŭnĕŭs, quo scindimus ligna. σφῆν. Huius prima pars acutior est, ut quamuis rimulam facile intret, sequens autem latior
» & amplior. *Verg.* Nam primi cuneis scindebāt fissile lignū. per translationem sumitur pro peditū multitudine, in cunei formā redacta, quæ cuncta in acie prima angustior, deinde latior procedit, (σῆφος) ut *Veget. lib.* 2. scribit. Ab huius etiā cunei similitudine dictā sunt loca in theatro: id est graduum ordines, in quibus uulgò spectatores stabāt inter sedentium subsellia. *Iuuenalis*, Digna tuo, cuneis an habent spectacula totis, Quod securus ames. *Vitru. lib.* 7. Cunei spectaculorum in theatro ita diuidantur, ut anguli trigonorū, qui currunt circa curuaturam circinationis, dirigāt ascensus, scalasq; inter cuneos ad primā præcinationem. Inde theatrum eleganti epitheto cuneatum dicitur. *Vergilius*,
» Cuneati hic læta theatri. Excuneati, ab *Apul.* dicti sunt, quibus sedendi locus non fuit in cuneis confertis. Sed & constipatā turbam, cuneos dicimus. *Cyprian.* Stipatus clien
» tum cuneis. *Verg. li.* 4. *Georg.* Per cuneos, geminatus enim
» populiq; patrumq;.

Cŭnĕŏlŭs. li. diminutiuū à cuneus: quo utitur *Cic. de Vniuer.*

Cŭnĭcŭlŭs, (λαγῶπος) animal lepori simile, qui sub terra effossa latêre solitus est. *Martial.* Gaudet in effossis habitare cuniculus antris. Ideo autē hoc nomine appellātur, ut *Varro de re Rusti. ca.* 12. scribit, quod sub terra cuniculos ipsi facere soleant, ubi lateant in agris. Est & cuniculus foramen sub terra occultum. κάνομον. aut ab animali, quod simile est lepori, cui subter fossa terra latere est solitum: aut à cuneorum similitudine, qui omnem materiā intrant findentes. *Festius* cuniculum neutro genere enunciauit. *Plin.* Tentata per cuniculum fuga. *Cæsar* 7. *bel. Gal.* Et aggerē cuniculis subtrahebant. Vnde cuniculis oppugnare, per translationem: hoc est dolo & fraude aliquid moliri, & negociū alicui facessere. Et agere cuniculos, quod uulgus minare dicit, uel minas facere. *Cæsar* 8. *bell. Gall.* Eodem tempore tectos cuniculos agū ad caput fontis. *Cic.* 3. *Off.* Quid si pater fana expilet, cuniculos agat ad ærariū: iudicet ne id magistratib. filius? Cuniculus insuper pro canali accipitur. *Plin. lib.* 9. *cap.* 38. Item cuniculus est diminutiuum à cuneo, à quo cuniculus animal appellatus est, ut inquit *Varro*. Vnde

Cŭnĭcŭlātĭm, aduerbium. *Plin. lib.* 9. *cap.* 33. Iam distinctione uirgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim undata.

Cŭnĭlă, (quæ & cunilago quandoq; à *Plinio* dicitur, ab *Aristotele* κόνυζα) herba est, quam *Theodorus Gaza* pulicarem uertit, quia pulices necat. *Colum. libro* 10. Cunilæ nostratis, quam satureiam rustici uocant. Huius uero herbæ multa sunt genera. Nam quædam bubula appellatur, & semen pulegij habet, quod contra serpentes in uino bibitur. Quædam satureia, à Græcis origanum Heracleoticū. Tertia à Græcis muscula, à nostris cunilago, odoris fœdi, radicis lignosæ, foliys asperis: cuius manipulum si quis in domo posuerit, omnes è tota domo blattas ad eam tradunt conuenire. Prodest aduersus omnia uenenata. *Vide Plin. lib.* 19. *cap.* 8.

Cūnīrĕ, est stercus facere. Dictum à cunis infantium, quæ sæpe stercore fœdantur.

Cūnĭlingi, dicebātur homines sordidissimi, à cunnis lingēdis.

Cūnnŭs per duplex nn, pars mulieris, pudenda. ὑστέρα, *Lucia.* τὸ μόριον τὸ γυναικεῖον.

Cūpă, uasa uinaria maiora, quæ uulgo uegetes appellantur.
» *Lucan.* Namq; ratem uacuæ sustentant undique cupæ. Cupis enim naues in mari sustinentur, cum ipsarum latera cariq; resarciuntur: à priscis caupæ dictæ, à cauo. Vnde caupones à caupis.

Cŭpēdĭnārĭi, (ψωποποιοί) qui esculenta & poculenta uendunt. *Terent.* in Eunucho, Ad macellum ubi uenimus, Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij omnes. Cetarij, lanij, coqui, fartores, aucupes.

Cupedinariūm forum, & Cupedinis forum, à cupiditate: uel quòd ibi fuerit domus Cupedinis Romani equitis. *Varro* libro Rerum huma. Numerius Equitius Cupes, & Macellus Romanus singulari latrocinio multa loca habuerūt infesta. His in exilium actis, publicata sunt eorum bona, et ædes ubi habitabāt dirutæ: itaq; ædificatus est locus, in quo uendebantur ea, quæ uescendi causa in urbem erant allata. Itaq; ab altero macellum, ab altero forum Cupedinis appellatum est.

Cŭpĕncŭs, lingua Sabinorum, sacerdos appellatur.

Cŭpēs, & Cupedia. orum. ab antiquis dicebantur lautiores cibi, siue cupiditas lautiorum ciborum, quòd rebus cupidinis alimenta præbent. *Plaut.* in Sticho, Melius dicis, nihil moror cupedia. Cupedia, cupediæ, idem *Cic.* 4. *Tusc.* Aegrotationi autem talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, peruicacia, liguritio, temulentia, cupedia, & si qua sunt similia. Cupedula. æ. diminutiuū. *Gellius*, Conijciabamus ad cœnulam non cupedulas ciborum, sed argutias quæstionum. Est etiam Cupes, qui lautiores cibos frequentat. *Plaut.* in Trin. Blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, auarus.

Cŭpīdŏ, fœm. gen. pro cupiditate, quamuis cupiditas leuior sit quàm cupido. *Lucil. lib.* 19. Cupiditas ex homine, cupido ex stulto nunquam tollitur, quòd cupiditas pars sit temperatior defluens à cupidine.

Cŭpĭdŭs, auidus. πλεονεκτικός. Genitiuo iungitur, & nonnunquā ablatiuo. *Terent.* in Hec. Eius uidendi cupidus. *Plaut.* in Pseud. Vino modò cupidæ estis. Cupidè aduerb. *Cice.* pro Rosc. Ego uero cupidè & libenter mentiar tua causa. *Terent* in Adel. Egomet conueniam ipsum, ut cupidè accipiat. A cupidus fiunt comparatiua & superlatiua: cupidior, cupidissimus & cupiditas, (ἐπιθυμία.) item cupienter.

Cŭpĭo.is. cupiui, cupitum, significat optare, desyderare. *Cice.* 4. *Verr.* Quem igitur ab ijs equitibus Rom. qui istius causa

cupiunt omnia, qui ab eo benignissimè tractati sunt, condemnari necesse esset, &c. Cupire in quarta coniug. apud antiquos legitur. Lucret. lib. 1. Perfringere ut arcta Naturæ primus portarum claustra cupiret. Cupiens nomen. Plautus in Mil. Huius cupiens corporis est. Cupienter aduerbiū. Plaut. in Pseud. Stulte haud scimus, frustra ut simus, cum quid cupiente rdari Petimus nobis, quasi quid in rem sit possimus noscere.

Cupressus, (κυπάρισσος.) uide in dictione Cyparissus. Vergil. Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum.

Cuprum, (κύπριος χαλκὸς) genus quoddam æris. Vnde apud Palladium cuprini claui dicuntur. Legimus quoque Cyprium.

Cūr, interrogādi aduerbium significat quare. τίνος ἕνεκα, διὰ τί. licet quidam quur per q scribendum putent, & à quare syncopen atq; apocopen deductum, a & e literis detractis. Terent. in And. Cur me excrucio? cur me macero? cur meā senectutem huius solicito amentia? Et sine interrogatione. Cicero pro Rosc. Com. Nam fuit caussa, cur tantum laborem caperes.

Cūrā, (φροντὶς) est flagrans in corde stimulus. unde dicta est solicitudo, anxietas, quasi cor eda, quod cor edat, et excruciat. Vergil. Quando hæc te cura remordet. Quandoq; ponitur pro studio & diligentia, ut salus tua est mihi curæ: id est ad salutem tuam studium adhibeo. Quandoq; pro opere quod adhibita cura fit. Martial. Teq; piget curæ præmia ferre tuæ. id est præmia operis abs te facti. Quandoque pro amore. Vergilius, At regina graui iamdudū saucia cura. Idem etiam apud inferos, inter monstra habitantia in faucibus inferorum ponit Curas, quasi deas aliquas: Et ultrices posuere cubilia Curæ.

Cūrātio, ut docet Donatus, medicorum est. cura mentis, cūratura diligentiæ. Cic. ad Tyron. De medico: & tu bene existimari scribis, & ego sic audio: sed planè curationes eius non probo. Inuenitur etiam curatio pro iiunctione muneris. ἐπισκοπία. Plaut. Quæ mea curatio est. Liuius lib. 2. Quod facile appareat, non tam ad honorem eius curatio altior fastigio suo data esset factum.

Cūrantiă. æ. idem quod curatio. Cicero ad Quin. frat libro. 2. Quòd me admones de nō curantia, suadesq;, ut meminerim Iouis orationem.

Cūrātŏr, generali nomine dicitur præpositus alicui negocio. ἐπίτροπος, διοικητὴς, κηδεμὼν, ἐπιμελητὴς, ἐπόπτης, ἔφορος. Festus scribit curatorē esse, qui pupillis loco tutoris datur, quasi qui pupillariū bonorum curam gerat. Sic curator, qui rei frumentariæ & agris diuidundis præpositus est. & à Gellio Catulus dicitur curator restituendi Capitolij. Sueton. in Calig. Curatorem munerum ac uenationum, per cōtinuos dies in conspectu suo catenis uerberatum, nō prius occidit, quàm offensus putrefacti cerebri odore. Sallust. Cæterū de Repub. nostra, cuius huc curator missus es, paucis accipe.

Cūrātōrĭus. a. um. (ἐπιμελητικὸς) quod ad curatorem pertinet: ut curatoria actio.

Cūrcŭlĭo. pen. cor. huius curculionis. m g. (non per g, ut patet ex Plauto, qui Comœdiam inscripsit Curculionem, prologū per primas literas uersuum Curculio scripsit) animal paruum frumentum corrodens: quasi gurgulio, eo quòd nihil in eo penè aliud quàm guttur uidetur. Græcè φὼξ. Est etiā curculio (aut potius gurgulio) φάρυγξ. uia patens, seu fistula in gutture, per quam spiritus attrahitur atq; emittitur. Is constat ex ossibus flexuosis & mollibus, quasi ex anulis in catenæ modum compactis & imperfectis. Dicitur etiam spiritalis fistula, quæ semper patet, ut spiritus liberum habeat exitum, qui ad pulmonem corq; defertur. Trachiam arteriam medici appellant: Plinius Arteriam asperam.

Cūrĭă, (βουλευτήριον, ἀρχεῖον) à cura dicta, duplex est, sacrorum scilicet et senatus. In curijs enim uel sacerdotes res diuinas: uel magistratus humanas curabāt. Et non solum pro loco, sed etiam pro hominibus sumitur. βουλή. Lucanus, Victo iure minax iactatis curia Gracchis. Curiæ etiam nominātur, in quibus uniuscuiusque partis Pop. Ro. quid geritur: quales sunt hæ in quas Romulus populum distribuit numero triginta, quas quoniam tunc Reipub. curam per earum partium sententiam expediebat, curias appellauit. His postea additæ aliæ quinque fuere, ita ut in sua quisque curia sacra publica faceret, feriasq; obseruaret. Curia in qua habebatur senatus, templum erat. habebatur autem modo in æde Apollinis, modò in delubro Concordiæ. modò in hoc, modo in illo templo. Curia Calabria, nuncupata est à uocandis calendis, nonis, & idibus. Curia Hostilia, quam primum ædificauit Hostilius rex Romanorum. Curia Romana, dicitur Pontificis Maximi patrumq; & minorum pontificum conuentus: quòd in ea totius orbis terrarum, & Christianæ Reipub. negocia curentur, nec minus profana quàm sacra.

Cūrĭālēs dicuntur, qui sunt eiusdem curiæ. φυλέται, πάροικοι. sicut tribules, eiusdem tribus. Curiales flamines, curiarum sacerdotes. Curiales mensæ, in quibus immolabatur Iunoni, quæ Curis est appellata. Plaut. in Aul. Nam neq; quisquam curialium Venit, neq; magister, quem diuidere argentum oportuit. Cic. 2. Off. Theophrastus quidē Cimonem Athenis etiam in suos curiales Latiadas hospitalem fuisse.

Cūrĭātŭs. a. um. adiectiuum, ut curiata lex, à curiatis comitijs dicta: id est tributim coacta. Et curiata comitia, conuentus qui litium causa in curijs fiebant. de quo & in dictione Comitium.

Cūrĭo. nis. sacerdos curiæ. in curijs enim sacerdotes ita res diuinas curabant, sicut senatus res humanas in curia Hostilia curare solebat, ut scribit Varro. Vulgò uicarium appellāt. Et Curio maxim. cuius autoritate curia, omnesq; curiones regebantur. Curiones quoq; dicti sunt præcones. Iul. Capitolinus: Ille qui curionem dici iussit, impostura fecit, & passus est. Euseb. lib. 4. Eccle. hist. Misso curione ad populum, iubet uoce maxima protestari Polycarpum, tertiò confessum se esse Christianum. Plau. uero in Aul. agnum curionem appellat macilentum, tāquam ob curam sit emaciatus, confectusq;. unde à cōtrario Apul. in Flor. agnum optimum & pinguem dicere uolens, appellauit incuriosum. Item Curiones dicti sunt quidam Romani ciues.

Cūrĭōnātŭs. us. ipse magistratus.

Cūrĭōnĭŭm, dicebatur æs quod dabatur Curioni, ob sacerdotium curionatus.

Cūrĭōsŭs, (πολυφρων, κηδόπτης) à multa cura dicitur, siue in bonum, siue in malū. In malum, quoties plus diligētiæ quàm oporteat, rebus uel nostris uel alienis adhibetur. In bonum, cum cura supra modum utimur ad res bene gerēdas. Est igitur curiosus, qui multum siue diligenter aliquid curat. Cic. Appio Pul. Ita est homo non modò prudens, uerumetiam æquus uir & curiosus. Et pro Sest. Etenim animus eius uultu, flagitia parietibus tegebantur. Sed hæc obstructio, nec diurna est, neque obducta, ita ut curiosis oculis perspici non possit. In bonum quoque Col. lib. 3. usus est aduerbio: Sin autem ipsam uitem sternere uoles, iuxta radicem ita, ne ipsam lædas curiose (μετ' ἐπιμελείας) fodito. Similiter incuriose. ἀμελῶς, ἀπολυφρόνως. Gell. Si quis non incuriose legat. Non est ergo curiosus, à parua cura, uti Valla putauit, sed à diligenti & optima. De deriuatione quoq; cum dicat, Curiosus nō tam à cura, quàm à curia uidetur descendere, cuius compositum magis est in usu, incuria. ἀμέλεια. id est negligentia: & si curia à cura dicatur, non ei assentio, neq; de compositione ut à curia componatur incuria: sed dico ita uenire curiosus à cura, per adiectionem literæ i, quemadmodum & curia, nisi à curio sumere uelimus. Similiter incuria per adiectionem i,

nem i, liquet non à curia, sed à cura componi, quod significatio eorum apertè declarat. Nam cura & incuria, diuersa sunt & oppositа, ex aduersáq; eorũ significatione facile monstratur incuria à cura componi, quoniã in negatiuè stat: & alterius significatio ex contrario alterius edocetur, eo quòd sicut cura diligentia est, ita incuria negligentia, ut Cicero in Lælio ostendit: Vituperanda est rei maximè necessariæ tanta incuria. Quod non significaret, si à curia componeretur. nam esset locus à curia diuersus: quoniam curia locus erat, ubi curas publicas gerebant, & ubi cura sacrorum publica. Nec adiectionem literæ i, in curiosus & in incuria, nisi euphoniæ causa factam puto, quod non recte sonet curosus & incura. Curia uero accepisse i arbitror, ut aliam à cura significationem caperet, & nihilominus primitiui naturã semper oleret. A curiosus fit curiositas. πολυπραγμοσύνη. pro affectione & diligentia: ab incuria incuriosus. Plinius: Rebellat sæpe humor incuriose datus. Aliquando incuriosus capitur pro pingui, ut Apud Apuleium.

Cũris, (χεῦς) lingua Sabinorum hasta dicitur: unde Romulus Quirinus, qui eam ferebat, est dictus: & Romani à Quirino Quirites dicuntur. Et Iuno Curitis, quia eandẽ hastam ferre putabant.

Cũrmũndŭlă, pira erant gratissimi saporis, corticis tenerrimi: quapropter à multis nequaquam corio detracto edebantur.

Cũro.as.are.aui.atum. significat operam dare, in re aliqua elaborare, rei alicui studere, incumbere, diligentiam curamq; adhibere. In qua significatione ponitur interdum absolutè. Teren. And. Perterrefacias Dauum, obserues filium, Quid agat, quid cum illo cõsilij captet. Sos. Sat est. curabo. Idem, Hanc fidem sibi, me obsecrauit, qui se sciret nõ deserturum, ut darem. Dau. Curabitur. Et hoc aliquando cum ut. Cice. Fam. 16. Cura igitur nil aliud, nisi ut tu ualeas. Aliquando cum ne. Idem Fam. 2. Vnum illud te præcipuè rogo, ut cures ne quid mihi ad hoc negocij aut oneris accedat, aut temporis. Interdum cum accusatiuo. Cic. Att. 8. Tu fasciculũ, qui est M. Decurioni descriptus, uelim cures ad eum perferendum. Et Fam. 7. Mandatum tuum curabo diligenter, sed homo acutus ei mandasti potissimum, cui expediret illud uenire quàmplurimi. Idẽ Att. 1. Signa quæ curasti, ea sunt ad Caietam exposita. Sic curare pecuniam (ποιεῖσθαι) significat pecuniam ad dissoluendum conficere, & comparare. Idem L. Cincio H S. DCCC. prosignis Megaricis, ut tu ad me scripseras, curaui. Et curare se (φιλοσωματεῖν) Plautus Pseud. Qui se, suamq; ætatem bene curant, edunt, bibũt. Scortantur illi, sunt alio ingenio atq; tu, qui neq; Tibi bene esse patere, & illis quibus est, inuides. Cicero Fam. 16. Cura igitur te, & confirma. Vergilius: Corpora curamus, fessos sopor irrigat artus. Significat quoq; hoc uerbum mederi, curationem adhibere, (ἰᾶσθαι, θεραπεύειν.) Cicero De Senectute. Adolescentes grauius ægrotant, & tristius curantur. Idem in Pison. Et cum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses, excusatione te uti ualetudinis, quòd diceres uinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari. In passiua significatione sic usus est Cicero Tuscul. lib. 3. An quod corpora curari possint, animorum nulla medicina sit? Et cum ablatiuo, addita præpositione ab. Idem pro Cluent. Mulier exclamat se ab eo nullo modo curari uelle, quo curante omnes suos perdidisset. Sic Acad. lib. 2. quis enim potest, cũ existimet à deo se curari, non & dies & noctes diuinum nomen horrere? Hius cõposita sunt, accuro. unde accuratus. Concuro. Plautus Bacch. Magis unum in mente est mihi. Nunc satis ut commode pro dignitate obsonij hæc concuret coquus. Procuro, de quo alibi. Percuro, perfecte curo. Colu. libro 7. Hic idem sanguis nisi missus fuerit saniem creabit: quod si suppurauerit, tarde percurabitur.

Cũrrĭcŭlõ, aduerbium, significat cursim, statim, celeriter. δρομαίως. Plaut in Epidic. Nam ut apud portum te conspexi, curriculò occœpi sequi. Terentius in Heaut. Curriculò percurrere.

Cũrro.is. cucurri. cursum, cuius composita quandoq; geminãt syllabam, quandoque non. Vergilius libro 4. Decurrêre iugis, alij de parte patentes Transmittunt cursu campos. Liuius lib. 22. Quà cuiq; proximum fuit decurrerũt. Cato contra Pisonem: Video hac tempestate concurrisse omnes aduersarios. Teren in Hecy. Vna illarum interea properè præcurrit. Est autem currere, celeriter ire, gradum præcipitare, intenta celeritate uiam quasi uorare. Cic. Attic. 10. Præreijt uillam meam Curio, iussitq; mihi nunciari, mox se uenturum: cucurrit Puteolos, ut ibi concionaretur. Sic currere cursum, currere spacium dicimus. Plin. lib. 11. cap. 51. Mira præterea sunt de uoce digna dictu. In theatrorũ orchestris scobe aut harena superiecta deuoratur, & in rudi parietum circumiectu, dolys etiam inanibus currit eadem cõcauo uel recto parietum spacio. Et Cicero currere orationem dixit, de Finibus. Ab hoc uerbo participiũ est currens. Vnde currentem incitare dicimus, pro incitatum iam & in rem aliquam incumbentem instantius hortari uel impellere. Cic. Attic. Quod me hortaris, ut eos dies consumam in philosophia explicanda, currentem tu quidem. Legitur quoque curritur impersonaliter. Terent. in prol. Heaut. Si qua laboriosa est, ad me curritur. Cicero in Ver. Curritur ad prætorium. Composita huius uerbi sunt accurro, (προστρέχω) quod est ad aliquem locum, uel hominem auxiliandi complacendi ue causa curro. Terent. in And. Ibi tum exanimatus Pamphilus Bene dissimulatum amorem, & celatum indicat: Accurrit, mediam mulierem complectitur. Concurro simul curro. ὁμοδρομῶ, συντρέχω. Lact. li. 2. Tum uero alacres ad deorum templa concurrunt. Aliquando significat contra, siue aduersus currere. Nam cum duo exercitus collatis signis prælium in »eunt, concurrere dicuntur. Verg. Audetq; uiris concurrere »uirgo. Sallust. Maximo clamore cum infestis signis concurrunt. id est, simul omnes aduersus currunt. Circumcurro, à à quo circumcurso, περιτρέχω. Decurro. Discurro. (διατρέχω) per diuersa loca curro, aut huc & illuc curro. Excurro, (ἐκτρέχω) extra curro: quod uerbum in maxima celeritate positum est, & tam reditum, quàm abitum habet. Cic. Appio Pul. Mandaui utriq; eorũ, ut ante ad me excurrerent, ut tibi obuiã prodire possem. Aliquando de malo intelligitur, (ἐπεξέρχομαι) cum fiunt excursiones à militibus, quæ idem sunt quod incursiones. Nam excursiones (ἐκδρομαὶ) uocantur respectu illorum, à quibus recedunt. Incursiones, (ἐσβολαὶ) respectu eorũ in quos incurritur. Liu. lib. 1. In fines Romanos incurrerũt populabundi magis quàm iusti more belli. Incurro, (ἐσβάλλω) introcurro. Intercurro, (διατρέχω) inter medium curro. Occurro. Præcurro, id est antecurro, προτρέχω siue cito anteeo. Terent. in Eunuch. Abi, præcurre, ut sint domi parata omnia. Procurro. Percurro, (διατρέχω) perficiẽ, siue ad finẽ usq; curro. Recurro. (παλινδρομέω.) retro curro, aut cito sequor. Cic. Terent. Etsi Desippo quoq; ita imperaui, sitatim ut recurret. id est, subitò reuertetur. Hinc recurso. as. (ἀνατρέχω) quod est sæpe currendo & recurrendo, aut uoluendo & reuoluendo eo. Verg. Vrit atrox Iuno, & sub nocte cura recursat. Succurro, trãscurro, (ὑπατρέχω) ultro, uel de loco ad locum subitò uado. Teren. in Eunuc. Tu abi, atq; obsera ostium intus, dum ego transcurro ad forum.

Cũrrũcă, parua auis quæ alienos pullos proprios putans, nutrit. ἰπνηΐς, ἀποδαίς alibi. Iuuen. Tu tibi nunc curruca places, fletumq; labellis Exorbes.

Cũrrŭs. us. uehiculi genus. ἅμαξις, ἅμαξα. dictum, quod eo ueteres ueherentur ad cursum. Vergil. Quadrijugo inuehitur »curru. Hoc nomine bigæ etiã & quadrigæ, unde triumphales

phales currus, continentur. Per translationem ponitur pro triumpho. Huius diminutiu. est Cūrrĭcŭlŭs, uel curriculum, breuissimū uehiculi genus, quòd eo ueteres ad cursum in ludis uterentur. Cur. lib. 8. Aliorum turbati equi in amnem præcipitauere curricula. Est etiam curriculum cursus. ὁρόμ&, δολιχός. Iuuenal. Et totas effudit habenas Curriculo, quem si reuoces subsistere nescit. Cic. pro Rabir. Exiguum nobis uitæ curriculum natura circunscripsit, immensum gloriæ. Plaut. in Epid. Nam ut apud portum te conspexi, curriculo occæpi sequi, uix modo adipiscendi potestas data est. Item curriculum significat tempus. Verg. lib. 8. Curriculo expulerat somnum cum fœmina primum. id est, medio tempore. Et curriculum, locum siue interuallum ubi curritur denotat, à carceribus ad calcem, qui καθιόδρομ& dicitur Græcè. Apul. Quos sæpe in curriculo uectores fuisse constat.

Cūrsĭm, aduerbium, significat currendo. δρομαίως. & incursim, celeriter. Cæl. Nullus sum, nisi meam rem propero incursim perdere. Plaut. Cursim curram: quod est, currendo curram.

Cūrso. as. sæpe curro, uel cōtinuo, sæpe uado. προσπίπτω, ἀναφέχω. Cic. in Cato. Alij scandant malos, alij per foros cursent. Teren. in Hecy. Trepidari sentio, et cursari horsum sursum. Hinc aliud frequentatiuum cursito. ἀμιροδρομέω. Diom. Sunt quædam iteratiuorū, & iteratiua sæpe in tres gradus deducūt uerba: quale est uideo, deinde uiso, & quod plus est, uisito. Item curro, deinde curso, & cursito. Terent. in Hecy. Hodie mihi haud potestas data est, ita cursitando atq; ambulando totum hunc contriui diem.

Cūrsŏr, qui currit. δρομεύς. & cursor tabellarius dicitur, à celeritate eundi. Martialis: Cursorem sexta tibi Rufe remisimus hora.

Cūrsōrĭŭs. a. um. (δρομικὸς) quod ad cursum pertinet, ut nauis cursoria. Sidonius: Tiphim cursoriam ascendi.

Cūrsūră. æ. idem quod cursus. δρόμημα. Varr. Equi alij sunt idonei ad rem militarem, alij ad uecturam, alij ad admissuram, alij ad cursuram. Plautus in Bacch. Vbi pro disco damnum capiam, pro cursura dedecus.

Cūrsŭs. us. & Cūrsĭo, (δρόμος) currendi actum significant, quod & de nauigante & equitante potest intelligi. Plin. lib. 12. cap. 19. Hi recto cursu per sinus impellunt. Cice. ad Cass. Sin oppressus ibi erit, omnis hominum cursus est ad uos.

Cūrtŭs. a. um. incultus, quasi mutilus. κολοβός. Horatius: Nunc mihi curto Ire licet mulo, uel si libet usque Tarentum. mal en point, sans accoustrement. A Martiale dictus est curtus calix: id est fractus. Et à Persio curta suppellex, & à Ciceronе curta sentētia. Hinc curto. as. à quo decurto, (κολοβόω.) de quibus in dictione Decurtatus.

Cūruāmĕn, ipsa curuatio. ἀπικαμπή, κλίμα. Ouidius lib. 2. Metamorph. Sectus in obliquum est lato curuamine limes. Gel. Sub alio atq; alio cœli curuamine.

Cūruēsco, curuus fio. κυρτῶμαι. Huius compositum est incurueuesco: quod protulit Cicero in Tusc. Ramos baccarū ubertate incurueuescere.

Cūruīpēs, dicitur qui curuos habet pedes. ἀγκυλόπους.

Cūrŭlĕ neutri gen. per simplex r: & curulis fœmin. gen. sedes ex ebore, qua maiores magistratus utebantur in curru. Horatius lib. 1. Epist. Cuilibet hic fasces dabit eripietq; curule, Cui uolet, importunus ebur. Nam senatores qui curulem magistratum: hoc est, maiorem honorem gessissent, honoris gratia in curiam uehi soliti erant curru, in quo sella esset, supra quam considerent. Curules etiam dicebantur equi quadrigales, uel magistratus qui curulibus uehebantur. Lucan. lib. 3. Prætor adest, uacuæq; loco cessere curules.

Cūruo. as. flecto deorsum, aspicio capite deflexo. καμπυλιάζω, κάμπτω, κύπτω. Vergil. 2. Georg. Ithurios taxi curuantur in arcus. Plin. lib. 16. cap. 42. Et palma arborum ualida, in diuersum enim curuatur. Lactan. lib. 2. Quia curuant cœleste animal ad ueneranda terrena. Idem in eodē: Ille uobis sublimem uultum dedit, uos in terram curuamini. Huius composita sunt, accuruo, quod est iuxta curuo. Columella lib. 4. Nam fragilis est ea parte materia, qua torta & accuruata, cum deponeretur, cœperat uitium. Recuruo, (ἐπικάμπτω) rursus curuo. Idem libro 3. Omnis nux unam radicem mittit, & simplici stylo prorepit, cum ad scrobem solidum radix peruenit, duritia humi coërcita recuruatur. Incuruo est eiusdem cum simplici significationis.

Cūruŭs. a. um. quod est inflexum ac contortū. ἐπικαμπής, καμπύλος. Verg. 2. Georg. Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem. Tibul. Et properat celeri curua senecta pede. Vergil. 3. Aen. Et littore curuo. A quo incuruū, ualde curuum. Teren. in Eun. Incuruus, tremulus, labijs demissis. Donat. Incuruus, (κυρτὸς) ualde curuus: sicut infractus, ualde fractus. Procuruus. Vergilius: Neque illa procuruam Expectant falcem. Recuruus. Curuum etiam dicitur bura, quæ quasi temo est inter boues.

Cūso. as. frequentatiuum à cudo. à quo accuso, excuso, incuso, & recuso.

Cūspis, fœm. gen. acuta illa pars gladij, hastæ, claui, & huiusmodi. ἀκιδοφαρὶς, ἀκχμή. Mart. Aetolia cuspide fixit Aprum. Cuspis longa pro ueru. Mart. lib. 14. Spumeus in longa cuspide fumet aper. Cuspides, pro tubulis fictilibus. Varr. 1. de re Rust. cap. 8. Inde enim aliquot colligatæ libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuso, quos cuspides appellant, qua humor aduentitius transire possit. Hinc componitur tricuspis. τριγλῶχις. & deriuatiuum cuspido. as. ἀκιδοφαρίζω. quo usus est Plin. lib. 11. Vrorum cornibus barbari septentrionales potant, urnasq; binas, capitis unius cornua implent, alij præfixa his pila cuspidant.

Cūstōdēlă, à ueteribus custodia dicebatur.

Cūstōdĭă, obseruatio, ein huot, uuacht. item carcer. Columella lib. 1. Nam illa solennia sunt omnibus circūspectis, ut Ergastuli mancipia recognoscant, ut explorent an diligenter uincta sint, an ipsæ sedes custodiæ satis tutæ munitæq; sint. Quandoq; etiam ponitur pro eo, qui custodit. Tribul. Sed precium si grande feras, custodia uicta est. Quandoq; pro eo qui custoditur, (ὁ ἐν τῇ φυλακῇ φυλακώμενος.) Suet. in Domit. Nec nisi secreto atque solus, pleraq; custodias, receptis quidem in manu catenis audiebat. Et. ff. de Reorum custodia scribitur, Ne quis receptam custodiam sine causa dimittat. Et alibi: Etsi custodia se interfecerit, uel præcipitauerit, militis culpæ ascribitur.

Cūstōdiārĭŭm, locus in quo quis aliquid custodit. Cypria. Derelinquetur filia Sion, sicut casa in uinea, & sicut custodiarium in cucumerario.

Cūstōdio. is. iui. itum. obseruo. φυλάττω, σώζω. Gellius li. 1. Parsimoniam apud ueteres Romanos, & uictus, atq; cœnarum tenuitas, non domestica solum obseruatione ac disciplina, sed publica quoq; animaduersione, legumq; cōplurium sanctionibus custodita est. Cice. Dolabellæ: Fac ut diligentissimè teipsum mi Dolabella custodias.

Cūstōdītio, (φύλαξις) est opera ad aliquid custodiendū sumpta.

Cūstōdītŭm, (τὸ φυλαγμένον) quod cum custodia est. Incustoditum. ἀφύλακτον. quod sine custodia est. Mart. Incustoditis & apertis Lesbia semper liminibus peccas.

Cūstōs. odis. (φύλαξ) qui rem aliquam tuetur & curat. Vnde custodem ostij. θυρωρὸν. dicimus, qui curat ne quis iniussus ingrediatur. Custodem horti. κηπωρὸν. qui prohibet aliquem in eum ingredi, uel damnum facere. Custodem sacrorum. θεωρὸν. qui sacra ministrat atq; obseruat. Vergilius: At domus Herculei custos Pinaria sacri. Cice. lib. 7. Offic. Malus enim custos est diuturnitatis, metus.

Cūtĭōnēs, dicti uidentur à contractione, quasi Curtiones,

quòd in emendis uendendisq; mercibus tardi perueniant ad iusti precij finem.

Cũtis, pellis siue corium. χρὼς, δέρμα. Plin. Ergo cutis ipsa sensu caret maximè in capite, ubicunq; per se ac sine carne est, uulnerata non coit, ut in bucca cilioq;. Huius diminutiuum est Cuticula. δερμάτιον. Composita sunt, intercus, morbus: intercutaneum, quod intra cutem est: subcutaneum, quod est sub cute: subtercutaneum, quod subter cutem est. Recutiti etiam à cute dicuntur Iudæi: id est, circuncisi: & cute, hoc est præputio, priuati.

CANTEY.

CYămeă, gemma quæ fracta fabæ similitudinem præfert. Plin. lib. 37. cap. 11. Cyamea nigra est, sed fracta ex se fabæ similitudinem parit.

Cyămŭs, (κύαμος) faba, genus leguminis, & magicalis est.

Cyănĕus, (κυάνεος) color cæruleus. Var. Cyanea penula amictus grassatur. Dicitur & Cyanus. Plinius: In nomine est & Cyani colos. Hinc Cyanos gemma appellatur, ex iaspidum genere colore cæruleo.

Cyăthīsto, (κυαθίζω) uerbum: id est, potum pedetentim capio, Plautus, Non scis quis ego sim, qui tibi sæpissimè Cyathisso, apud nos quando potas?

Cyăthus, (κύαθος) calicis genus, à χέω quod est fundere dictus, mutatione literæ aspiratæ in tenuem. Successit autem in simpuli locum in cõuiuijs, ut docet Varro. Inde translatus est ad mensurã, quorum duodecim sextarium complent.

Ad cyathum stare, uel à cyathis esse (κυαθίζειν) dicebatur οἰνοχόος, qui potus mensuram cyathis (id quod antiqui solebant) metiebatur. Apuleius pocillatorem dixit, alij pincernam. Plinius libro 22. scribit, cyathum per se pendere drachmas decem.

Cybīstētērēs. (κυβιστητῆρες) urinatores dici possunt: à quibus eodem nomine & saltatores quidam appellati sunt, qui in caput conuolui, manibus, pedibusq; adductis didicerant: à cubo, id est tessera, uerbo deducto, qui cum in alueolum iacitur, hoc modo cõuoluitur. Vnde cybistema, neutri generis, illud genus saltationis & exercitij dicitur à Luciano in capite de gymnasijs. Bud. in Annot.

Cybĭum, (κύβιον) piscis genus, quod ita scissum est, ut medium æquè pateat in omnes partes ad similitudinem tesserarum. Plinius lib. 32. Cybium est concisa pelamis. Cybium scribit Budæus, appellatum illud uas à Græcis, quod Latini quadrantal appellabant. Dictum ea ratione quæ superius posita est in cybio pisce.

Cyclămĭnum, herba: de qua uide Plin. lib. 25. cap. 9.

Cyclăs. adis. (κυκλὰς) uestis fœminea rotunda. Nam Græci κύκλον circulum, & κυκλόω circundo dicunt. Iuuen. Hæ sunt
» quæ tenui sudant ex cyclade. Propert. Et longa cyclade
» uerrit humum. Videtur autem esse uestis tenuissima, explicatilis & spaciosa, qualem solent hodie Romanæ & Florentinæ ac Senenses mulieres in Italia gestare.

Cycli, (κύκλοι) quasi circuli, loca erant Athenis, ubi aliqui ueniebant. Id autem nomen est tractum à circulari circumsistentia uendendorum. Cyclus enim rotundum significat.

Quare Menander ait: Itaq; ego mihi uideor per deos immortales uidere, me ipsum inductum currere circum ac uenire.

Cydărum, pen. cor. genus nauiculæ.

Cydōnĭa mala. uide in dictione Cotoneum.

Cygnŏlŏgo. is. apud Martianum ponitur pro dulciter canens in similitudinem cygni, qui moriturus amœnè canit.

Cygnŭs uel cycnus, (κύκνος) Latinè olor, auis candida, ansere maior, argutam uocem habens, & cum ad mortem peruenit, maximo dolore angitur, adeò ut flere uideatur. Ouidius:
» Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cătator cygnus funeris ipse sui. Hora. Donatura cygni, si libeat, sonum. Carmen est Choriambicum Asclep. Fuit autem cygnus Phaëthontis amator, post illius interitum diutino fletu in hanc alitem mutatus esse dicitur in fabulis. Cygneus. a. um. (κύκνεος) ut uox cygnea, quæ est cygni. Quandoq; cygneus dicitur candidus.

Cylindrăcĕus. a. um. quod est factum ad similitudinem cylindri: hoc est teres & oblongum. κυλινδροειδής. Plin. scribit siliquas piso, quod genus leguminis est, cylindraceas esse. Et Anaximander dixit terram esse formæ cylindraceæ.

Cylindrus, (κύλινδρος) columnula lapidea rotalis, qua rei rustícæ scriptores aream æquari iubent. Verg. 2. Georg. Area
» tum primum ingenti est æquanda cylindro. Cato cap. 129. Aream ubi frumentum teratur sic facies: confodiatur minuta terra, amurca bene conspergatur, ut combibat plurimum, ubi bene comminuta terra fuerit, cylindro, aut panicula coæquato. Tractum nomen ἀπὸ τοῦ κυλίειν: id est, à uoluendo.

Præterea cylindrus dicitur omne quod rotatu facile est. Cic. De Fato: Sed reuertatur ad cylindrum, & turbinem suum, quæ moueri incipere, nisi pulsa non possunt. Id autem cum accidit suapte natura, quod superest, & cylindrum uolui & uersari turbinem putat. Sunt & cylindri lapilli teretes: hoc est, oblongi atq; uolubiles, quibus mulieres & donabantur, & ornabantur. Plin. lib. ult. de beryllis, qui mira longitudine placebant, ait: Ideo cylindros quidam ex his facere malunt, quàm gemmas, quoniam est summa cõmendatio in longitudine. Ex quibus uerbis colligitur cylindros oblongos esse, gemmas uerò quadratas aut rotundas. Solinus similiter scribit: Indici reges hoc genere gemmarũ in longissimos cylindros amant fingere. In qua significatione quidam chelydros scribi debere putant, quasi genus illius ornatus simile esset spiris serpentium, quos chelydros appellant.

Cylĭsmă. atis. (κύλισμα) uolutabrum, uolutatio.

Cylix, (κύλιξ) poculum, & Calix Latinè dicitur.

Cylydrŏs genus serpentis, ex κυλίω uoluo, ὕδωρ serpens, quasi uolubilis serpens, quòd eundo sæpe se inuoluat. Apud bonos autores Chelydros tantum legitur.

Cyllo, cyllonis, uidetur idem significare quod mutilus, debilis, & cui crassa sunt genitalia. Cice. in Sallust. Quicquid impudicarum, cyllonum, parricidarum, sacrilegorum debitorum fuit in urbe, municipijs, colonijs. Italia tota, sicut in fretis subsederant omnis perditi, ac notissimi, nulla parte castris apti.

Cymă, fœtus, partusq; brassicæ, quasi κύημα, quod fœtum significat. Celsus: Mali est succi brassica, magisq; etiã cyma eius. Plinius lib. 9. Ex omnibus brassicæ generibus suauissima est cyma siue quyma, etsi inutilis habetur. Columel. Maior pars eius brassicæ in cymam prosilit. Cymata etiam dicuntur hæc à Columella quæ uere proximo post primam sectionem à caulibus colliguntur: uel (ut alij dicunt) tenuiores caulículi. Plin. lib. 19. cap. 8. uide Cyma.

Cymătĭlis, (κυματίας) uestis illa dicitur, quæ instar undarum fluctuat: ab undis & fluctibus, quæ cymata nominãtur. Nã cymatilis ex eo nomen accepit, quod fluctuũ similis, & textura ipsa fluctus imitetur, qualia hodie uestimenta symbalota nominãt, quæ magis cymbalota dici debẽt. Aliter cumatilis.

Cymbă, (πορθμεῖον, κύμβη) genus nauis piscatoriæ. Iuue. Atq;
» una transire uacum tot millia cymba. Cymbula. æ. dimin. Plin. in Epist. Sæpe maiores minoribus, uelut cymbulæ onerarij adhærescunt.

Cymbălistæ, (κυμβαλισταὶ) qui pulsant cymbala: sicut tympanistæ, qui tympana pulsant. Apuleius De deo Socratis: Barbara autem strepitu cymbalistarum & tympanistarum & choraularum.

Cymbălum, (κύμβαλον) instrumentum musicum quod in sacris matris deũm cum tympanis habebatur. Vnde cymbalissare, cymbala quatere. Cassius Hemina. lib. 4. Mulier cantabat tibijs Phrygijs, & altera cymbalissabat.

Cymbĭum,

Cymbium, genus poculi uinarij procerum, ac cymbæ simile, quæ Græcè κυμβίον dicitur. Ver. li. 3. Inserimus tepido spumantia cymbia lacte. Videtur diminutiuum à cymba. Alij cymbium quasi cissymbium per syncopen dici uolunt, à cissos hedera, quòd ex ligno hederæ fieret. Sed & ab Apuleio cymbium dicitur, quod Latinè Seruius situlam uocat.

Cyminum, (κύμινον) pen. prod. quod nos y in u uertentes, cuminum dicimus. Est autem cyminum & satiuum, & syluestre, quaternis aut quinis foliis, ueluti serratis, multis ægritudinibus magno usui, sed pallorem bibentibus gignit. Persius: Et pallentis grana cymini.

Cynanchē, (κυνάγχη) à canibus dicta est, quos infestat: præfocatio est nocturna maximè, pituita crassa & lenta in fauces ceruicesq; delata: ἀπὸ τῶ κυὸς καὶ ἄγχω. id est, à cane & suffoco, quod est angere.

Cynasonas, acus, quibus mulieres caput exornant Festus.

Cynegetica, (κυνηγετικὰ) dicūtur uolumina de uenatione conscripta. κυνηγὸς ὁ κυνηγέτης uenator. Plauius Vopiscus refert Olympium Nemesianum scripsisse Cynegetica.

Cynipes. is. (κύνιψ) pen. cor. musca minutissima longis cruribus, in capite habent rostrum, quo perforant pellem hominis. Nascuntur ex humore, & iuxta aquas abundant.

Cynocephalea, (κυνοκεφαλέα) herba canino capiti similis. κεφαλὴ caput dicitur. Plinius lib. 30. cap. 2. scribit Sistirniten uocari.

Cynocephali, (κυνοκέφαλοι) pen. cor. bestiæ similes hominibus præter capita canina, in Aethiopia, uiolenti ad saltum, feri morsu. Augustinus lib. 16. De ciuit. Dei: Quid dicam de cynocephalis, quorum canina capita atque ipse latratus magis bestias, quàm homines confitentur. Plinius libro 7. Gens quam Cynocephalos uocamus, lacte uiuunt. Vide Gell. lib. 9. cap. 5.

Cynodontas, (κυνόδοντας) dentes caninos dicunt, qui in ultimo senio oriuntur.

Cynoglossa, (κυνόγλωσσον) herba quæ dicitur lingua canis. γλῶσσα enim lingua dicitur. Dicitur & cynoglossus. Plinius lib. 25. cap. 8.

Cynomyia, (κυνομυῖα) musca canina. κύων κυὸς canis. μυῖα musca, quæ sanguinem ab animalibus exugit. Hæc præcipuè canum auribus insidet, & uulnerat eas. Est & genus herbæ, de qua Plin. lib. 25. cap. 25.

Cynorrhodos, (κυνόῤῥοδον) pen. cor. rosa syluestris: id est canis rosa, sic dicta quia eius radix ad morsum canis rabidi uni cum remedium oraculo quodam compertum fuit. Quidam dicunt esse lilij genus rubens. Plin. lib. 25. cap. 2.

Cynosorchis, (κυνὸς ὄρχις) quasi caninus testis, herba quæ & orchis, & Cynosarconia dicitur, foliis oleæ mollibus ternis, paruisq;, semipedis longitudinis, in terra stratis, radice bulbosa, oblonga, duplici ordine. superiore, quæ durior est, & inferiore quæ mollior. Edūtur ut bulbi cocti, in uineis forte inuenti. Plin. lib. 27. cap. 8.

Cynosbatum, (κυνόσβατος.) alij cynospaston, genus rubi: folium habet uestigio hominis simile, fert & uuam nigram, in cuius acino neruum habet Plin. lib. 24. cap. 14.

Cynozolon, alias chamæleo niger, herba sic dicta, quòd fœtore eius ricini canum auribus decidant. Alij cynozon dicūt. uide Plin. lib. 22. cap. 18.

Cynomorium, herba quæ & Orobanche dicitur. Plin. lib. 22. cap. 25.

Cynum, metallum.

Cyparissus arboris nomen, & per synær. Cypressus, deinde cōuersione y in u Cupressus dicitur. Vergilius: Aëriæ quercus, aut conifera cyparissi. Idem, Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum. Dicta cyparissus, quòd corpus eius à rotunditate in aërem erigitur. Vnde & conos dicitur alta rotunditas, quo nomine & fructus eius appellatur. Hæc arbor natu morosa est, & Plutoni sacra: quoniam succisa non regerminat. Ideo funebri signo ad domos defunctorū illam posuere maiores. Petro. in Saty. Gaudent ferali circum tumulata cupresso. A cyparissus fit cyparisinus, (κυπαρίσινος) & à cupressus cupresinus deducitur.

Cyphi (κῦφι) thymiamatis compositio est, dicata dijs, qua abunde Aegyptij sacerdotes utuntur. Constat (ut Plutarchus ait) ex melle, uino, uua passa, cypero, resina, seselli, aspalatho, myrrha, bitumine, iunco, bryo, calamo, utroq; iunipero, cardamomo, lapatho.

Cyperon, (κύπερον) genus est herbæ palustris, seu iunci angularis, quæ & Cyperus. Vide Plin. lib. 21. cap. 15.

Cypirus uerò, (ξιφίον, κύπειρον uel κύπερον) alia herba est, quæ gladiolus dicitur, radice bulbosa, & odore uicino nardo. Est & per se Indica herba quæ cypēris uocatur, gingiberis effigie, commanducata croci uim reddens.

Cyprinus, (κυπρῖνος) genus piscis, de quo Plinius lib. 32. cap. 11. & Aristoteles.

Cyprium Sabini bonum appellant.

Cyprium æs, (κύπριος χαλκὸς) dicitur quod uulgari usu nominatur cuprium. unde cuprini claui. Plinius: Teritur cyprio ære in cyprio mortario. Cyprium absolutè, pro ære cyprio: hoc est, quod ex Cypro insula aduehitur. Plinius libro 36. cap. 26.

Cyprus dicitur uua florēs, & species quædam extrinsecus uirgulti in Aegypto, ferens etiā floridum quendam in modum florentis uuæ prolatum. Sed uidetur magis (ut inquit Hieronymus) ad fructum uitis respicere, cum dicitur in Canticis: Botrus Cypri dilectus meus mihi in uineis in Gaddi. Plin. lib. 12. cap. 24. dicit arborem odoratam in Aegypto foliis & semine coriandro similem, coquitur in oleo, & exprimitur. Inde unguentū regale, quod Cyprus siue Cyprinum dicitur. unde in Canticis scribitur, Cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula & cinamomum, cum uniuersis lignis Libani. Nascitur in multis locis, sed in Cypro insula odoris suauitate præstat, ideo Cyprus est appellata.

Cypselli, (κύψελοι) aues quæ & hirundines: dictæ ex eo quòd nidum specie cypselli (id est cistellæ) ex luto fingunt. Plin. lib 10. cap. 29.

Cyrcerum, nauis Asiana prægrandis. Plautus: Cum percontor portitores, ecquæ nauis uenerit ex Asia, negant uenisse. Conspicatus sum interim cyrcerum, quo maiorem non censeo. uide Circerus cum iota.

Cyrius, (κύριος) Latinè proprius, autenticus, dominus. unde

Cyrnea, uasis uinarij genus. Plaut. Cadus erat uini, inde impleui cyrneam. Melius Cirnea ἀπὸ τῆς κίρνης.

Cysius & Cysthus perperam hic, antea per y scribebantur. sunt enim Græcæ stirpiū uoces: κισσὸς, id est hedera, & κίστος frutex medicis notus. Plinius meminit lib. 24. cap. 10.

Cytinus, (κύτινος) flos satiuæ punicæ, ut balaustium syluestris, ut est apud Dioscor. Plinius uero cythinum interpretatur pomum ipsum immaturum, & primum partum eius florere incipientis. Flores uero ipsos in ipso cytino erumpentes balaustia, natura astringentis. Solet tamen appellatio hæc & ad alia quoq; genera congruere, Dioscorides. Appollinaris herbæ flores cytinos appellauit.

Cytisus, (κύτισος) penult. cor. genus fruticis inter campos & syluas, ouium pabulum, quod lac auget. Vergilius: Dum Cytiso pascentur apes. Item Plinius libro de Animal. 13. Inuentus primo in Cythno insula, ut ait idem, inde translatus in Cycladas & urbes Græcas. Colum. lib. 13. cap. 28. Cytisum (quem Græci aut zeas, aut carnicin, aut triphasin uocāt) quàm plurimū habere expedit, quòd gallinis, apibus, ouibus, capris & omni generi pecudum utilissimus est. Idem libro decimo. Vtraque Cytisus. Est enim satiua, & altera suæ sponte.